ãnũ obseruetur qñ Alla dr. Dicetur etiã
Alla. ad oẽm missam de die per annum
preterq̃ a .lxx. vsq3 ad vigiliam pasche. q
exceptis vigiliis extra dñicã et tempus
pasche contingentibus: exceptis etiam
quatuor tẽporibus que extra ebdõam pẽ
thecostes cõtigerint. ¶ Feria .iiii. Lectio
epistole beati iacobi apostoli. V.

Carissimi. Patiẽtes estote: vsq3 ad
aduentũ dñi. Ecce enim agricola
expectat preciosum fructũ terre. patien-
ter ferens: donec accipiat tẽporaneũ q se
rotinũ. Patientes igitur estote et vos: q
confirmate corda vestra. quoniã aduen
tus dñi appropinquabit. Nolite ingemis
cere fratres in alterutrũ: vt nõ iudicemi
ni. Ecce enim iudex: ãte ianuã expectat.
Exemplũ accipite fratres carissimi exi-
tus mali longanimitatis. laboris et pa-
tientie p ppbetas: qui locuti sunt in no-

mine dñi nostri iesu christi. ¶Initium sancti euangelii secundum Marcum. i.

PRincipium euangelii iesu xpi filii dei: sicut scriptũ est in isaya pphe-ta. Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciem tuam: qui preparabit viam tuã ante te. Vox clamãtis in deserto: parate viam dñi: rectas facite semitas eius. Fuit in deserto ioannes baptizãs et predicãs baptismũ penitẽtie: in remissionem peccatorũ. Et egrediebatur ad eum omnis iudee regio. et hierosolymite vniuersi: & baptizabantur ab illo in iordanis flumine. confitentes peccata sua. Et erat ioannes vestitus pilis camelorũ: et zona pellicea circa lumbos eius. Et locustas: et mel siluestre edebat: et predicabat dicẽs. Venit fortior me post me: cuius non sum dignus procumbens/soluere corrigiam calciamentorum eius. Ego baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos: spiritu sancto. ¶Si aliquod festũ vnde fieri debeat seruitiũ in hac quarta feria contigerit epl'a prenotata et euangeliũ legantur in quinta feria si vacauerit: sin autem oĩno pretermittantur eo anno. ¶Feria sexta Lectio Isaie prophete. li.

HEc dicit dñs deus. Audite me qui sequimini qđ iustũ est: et queritis dñm. Attendite ad petram. vnde excisi estis. et ad cauernam laci. de qua precisi estis. Attendite ad abraham patrem vestrum: et ad sarã que peperit vos. Quia vnũ vocaui eũ: et benedixi ei. et multiplicaui eum. Consolabitur ergo dñs syon: et consolabitur omnes ruinas eius. Et ponet desertum eius quasi delicias et solitudinẽ eius quasi ortum domini. Gaudiũ et letitia/inuenietur in ea: gratiarum actio: et vox laudis. Attẽdite popule meus: et tribus mea me audite. Quia lex a me exiet. et iudicium meũ: in lucẽ populorum requiescet. Prope est iustus meus et egressus est saluator meus: et brachia mea populos iudicabunt. Me insule expectabunt: et brachium meum sustinebunt. Leuate oculos vestros in celum: & videte sub terra deorsum. Quia celi sicut fumus liquescent: et terra sicut vestimẽtum atteretur: et habitatores eius sicut hec interibunt. Salus autẽ mea in sempiternũ erit. Et iustitia mea non deficiet Audite me: q scitis iustũ: populus meus lex mea in corde eorũ. Nolite timere obprobriũ holm: et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimẽtũ. sic comedet eos vermis. et sicut lanã: sic deuorabit eos tinea. Salus aũt mea: in sempiternũ erit: et iustitia mea: in generationes generationũ. ¶Scdm matheũ. iii.

IN illo tempore. Venit ioãnes baptista. predicans in deserto iudee: et dicens. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnũ celorũ. Hic est eñi de quo dictum est: per isaiam prophetã dicentem. Vox clamantis in deserto. parate viam dñi: rectas facite semitas eius. Ipse autem ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum: et zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autẽ eius erat locusta: et mel siluestre. Tũc exibat ad eum hierosolyma: et omnis iudea: et omnis regio circa iordanem. et baptizabantur ab eo in iordane: confitentes peccata sua. ¶Si vero sexta feria nõ vacauerit: predicta epistola et euangeliũ omnino pretermittentur: et hoc per totũ aduentum: et a **Dñe ne in ira.** vsq ad quinquagesimã: et ab octa. pasche vsq ad primam dñicam ante ascensionẽ dñi obseruetur. A **Deus oĩm.** vero vsq ad aduentum dñi: si quarta et quinta feria nõ vacauerint: tunc in sexta feria legantur epistola & euangelium de quarta feria si vacauerit: sin autẽ/omnino pretermittantur. Nunq enim legantur epistola & euãgelium de quarta feria in secunda feria: vel in tertia feria neq epistola & euangeliũ de sexta feria in quinta feria. Non enim debet seruitiũ anticipari secundũ vsum sarum. ¶Dominica secunda aduentus domini. Ad missam. Officium.

POpulus syõ ecce dñs veniet ad saluandas gẽtes et auditã faciet dñs gloriam vocis sue: in letitia cordis vestri. ps. Qui regis israel intende: q deducis velut ouem ioseph. Repetatur officium. scz Populus. Gloria patri. Oratio.

Excita dñe corda nostra ad prepa-randas unigeniti tui vias: vt per eius aduentum purificatis tibi menti-bus seruire mereamur. Qui tecū viuit et regnat. ¶ Ad romanos. xv.

Fratres. Quecūq; enī scripta sūt ad nostrā doctrinā scripta sūt: vt per patientiā et cōsolationē scripturarū spem habeamus. Deus autē patiētie et solatii: det vobis idipsum sapere in alte-rutrum scḋm iesum xpm: vt vnanimes vno ore honorificetis deū et patrem dñi nostri iesu christi. Propter quod suscipi-te inuicē: sicut et christus suscepit vos in honorē dei. Dico enī christū iesum mini-strū fuisse circumcisionis propter verita-tē dei: ad cōfirmandas promissiones pa-trū. Gentes autē super misericordia hō-norare deū: sicut scriptū est. Propterea confitebor tibi in gētibus dñe: et nomini tuo cātabo. Et iterū dicit. Letamini gē-tes cū plebe eius. Et iterū. Laudate oēs gentes dñm: et magnificate eū oēs ppři. Et rursum ysayas ait. Erit radix iesse: et qui exurget regere gentes: in eum gen-tes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credēdo: vt abundetis in spe et virtute spiritus san-cti. Gr. Ex syon species decoris eius: deus manifeste veniet. ℣. Congregate illi sctōs eius qui ordinauerunt testamentum eius super sacri-ficia. All'a. ℣. Virtutes celi mouebuntur: et tūc videbunt filiū hoīs venientē in nubibus celi cū potestate et maiestate magna. Sequentia.

Regnantē sempiterna per secla su-sceptura concio deuota concrepa. Dignas laude factori reddendo debita. Qui in bōdiē superna celica eius vultus exhilarata. Quem expectant oīa terrea eius vultu examinanda. Districtum ad iudicia. Et tremendum in potentia. Qua nos saluat christe clemētia propter quos passus es dira. Ad te pōli astra subleua nos a quibus sorde tergis secula. Et remuneratio-nes veniens tempore perituri. Qui ad tibi fine crimina pacifica. Et sic tua sanctissi-ma in nouissima. Et cū regna possidebimus superna. Qui regnas secula per infinita.

¶ Secundum Lucam. xxi.

In illo tempore. Dixit iesus disci-pulis suis. Erunt signa in sole et luna et stellis: et in terris pressura gentium: pre confusione sonitus maris et fluctuum. Arescentibus hoībus pre timore et expe-ctatione: que superuenient vniuerso or-bi. Nā virtutes celorū mouebuntur. Et tūc videbūt filiū hoīs venientē in nube: cū potestate magna et maiestate. His au-tē fieri incipientib': respicite et leuate ca-pita vestra: quoniā appropinquat redē-ptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneā: et oēs arbores. Cū pro-ducūt iam ex se fructū: scitis quoniā pro-pe est estas. Ita et vos cū videritis hec fi-eri: scitote quoniam prope est regnū dei. Amē dico vobis: qa nō preteribit gene-ratio hec: donec oīa fiant. Celū et terra transibūt: verba autē mea nō transibūt. Off'. Deus tu cōuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. ostende nobis dñe mi-sericordiā tuā: et salutare tuū da nobis. ℣. Be-nedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē ia-cob: remisisti iniquitatē plebis tue. ℣. Mi-sericordia et veritas obuiauerūt sibi: veritas de terra orta est: et iusticia de celo prospexit. Secreta.

Placare qs dñe humilitatis nostre precib' et hostiis: et vbi nulla sup-petūt suffragia meritorū: tuis nobis suc-curre presidiis. Per dñ. Prefatio quotid. Cō. Hierusalē surge et sta in excelso: et vide iocunditatē q̄ veniet tibi a deo tuo. Postcōm.

Repleti cibo potuq; spiritalis ali-monie supplices te domine depre-camur: vt huius participatiōe mysterii doceas nos terrena despicere: et amare celestia. Per dñm nostrum. ¶ Feria .iiii. Lectio zacharie prophete. viii.

Hec dicit dñs deus exercituū. Re-uersus sum ad syon: et habitabo in medio hierusalē. et vocabitur hieru-salē ciuitas veritatis: et mons dñi exer-cituū: mons sanctificatus. Hec dicit dñs exercituū. Adhuc habitabunt senes et anus in plateis hierusalē: et viri baculus in manu eius: pre multitudine dierum. Et platee ciuitatis complebūtur infan-tibus: et puellis ludētibus in plateis ei'. Hec dicit dominus exercituū. Si difficile videbitur in oculis reliquiarū populi huius in diebus illis: numquid in oculis

meis difficile erit dicit dñs exercituum.
hec dicit dñs exercituũ. Ecce ego salua-
bo ppl'm meũ de terra oriẽtis. ꝛ de terra
occasus solis. et adducã eos ꝛ habitabũt
in medio hieru'lm. ꝛ erũt mihi in ppl'm. ꝛ
ego ero eis in deũ. in veritate et iustitia.
Dicit dñs omps. ¶ Scdm Matheũ. x'.
IN illo tpe. Dixit iesus turbis iude
orũ: et discipulis suis. Amen dico
vobis: inter natos mulierũ non surrexit
maior ioanne baptista. Qui aũt minor
est in regno celorũ: maior est illo. A dieb'
autẽ ioannis baptiste. vsqꝫ nunc: regnũ
celorũ vim patitur. ꝛ violenti rapiunt il
lud. Oẽs enim prophete ꝛ lex: vsqꝫ ad io
annẽ prophetauerũt. Et si vultis recipe
re: ipse est helyas. qui venturus est. Qui
habet aures audiẽdi: audiat. ¶ Feria. vi
Lectio Isaie prophete. lxii.
HEc dicit dñs deus. Super muros
tuos hierusalẽ constitui custodes:
tota die ꝛ tota nocte in perpetuũ nõ tace
bũt. Qui reminiscimini dñi ne taceatis
et ne detis silẽtiũ ei. donec stabiliat: et do
nec ponat hierusalẽ laudẽ in terra. Iura
uit dñs in dextera sua. et in brachio forti
tudinis sue. Si dedero triticũ tuũ. vltra
cibũ inimicis tuis: et si biberint filii alie-
nigene vinũ tuũ: in quo laborasti. Quia
qui cõgregabũt illud comedẽt. et lauda
bũt dñm: et qui comportant illud bibẽt
in atriis sctis meis. Trãsite. trãsite p por
tas: preparate viã ppl'o planũ facite iter
et eligite lapides et eleuate signũ ad po-
pulos Ecce dñs auditũ fecit in extremis
terre. Dicite filie syõ ecce saluator tu' ve
nit. ꝛ ecce merces ei' cũ eo. ꝛ op' illius co
rã illo. Et vocabũt eos ppl's sctũs: redẽ
pti a dño. Tu autẽ vocaberis q̃sita ciui-
tas: et nõ derelicta. ¶ Scdm Ioãnem. i.
IN illo tpe. Ioannes testimoniũ p
hibebat de dño: et clamabat dicẽs
hic erat quẽ dixi: qui post me venturus
est. ante me fact' est. quia prior me erat.
Et de plenitudine eius. nos oẽs accepi-
mus: gratiã p gratia. quia lex per moy-
sen data est. gratia et veritas. per iesum
xp̃z facta est. Deũ nemo vidit vnq̃. Uni
genit' fili' q̃ est in sinu p̃ris ipse enarrabit
¶ Dñica. iii. aduẽt'. Ad missam. Offm.


GAudete in dño semper:
iterũ dico gaudete: mo-
destia vestra nota sit om
nibus hoibus: dñs ppe
est: nihil solliciti sitis: sed
in omni orõne petitiões
vestre innotescãt apud deũ. ps. Et pax dei
que exuperat omnẽ sensum: custodiat corda ve-
stra: et intelligentias vestras. Oratio.
AUrem tuã q̃sumus dñe precib'
nostris accõmoda: et mentis no-
stre tenebras grã tue visitatiõis illustra.
Qui viuis. ꝛc. ¶ Ad corinthios. i. iiii.
FRatres. Sic nos existimet homo
vt ministros christi: et dispẽsato-
res ministeriorũ dei. Hic iam queritur:
inter dispensatores. vt fidelis quis inue-
niatur. Mihi autẽ pro minimo est vt a
vobis iudicer. aut ab humano die sed ne
q̃ meipsum iudico. Nihil enim mihi cõ
scius sum: sed non in hoc iustificatus suz
Qui autẽ iudicat me: dñs est. Itaqꝫ noli
te ante tempus iudicare: quoadusqꝫ ve
niat dñs. qui et illuminabit abscondita
tenebrarũ: et manifestabit consilia cordi
um. Et tũc laus erit. vnicuiqꝫ a deo. Gr.
Qui sedes dñe super cherubin: excita potentiã
tuã et veni. V. Qui regis israel intende: qui de-
ducis velut ouem ioseph. Alleluya. V. Exci-
ta domine potentiam tuam et veni: vt saluos fa
cias nos. Sequentia.
QUi regis sceptra: forti dextra: so-
lus cuncta. Tu plebi tuam ostẽ-
de magnam excitando potẽtiam. Pre-
sta illi: dona salutaria. Quem predixe-
runt: prophetica vaticinia. A clara poli
regia. In nostra iesu: veni domine arua
¶ Secundum Matheum. xi.
IN illo tpe. Cum audisset ioannes
in vinculis opera christi: mittens
duos de discipulis suis. ait illi Tu es qui
venturus es: an alium expectamus. Et
respondẽs iesus: ait illis. Euntes renun
ciate ioanni: que audistis et vidistis. Ce
ci vident: claudi ambulant: leprosi mun
dantur. Surdi audiunt: mortui resur-
gunt. pauperes euangelizantur. Et bea
tus est: qui nõ fuerit scãdalizatus in me.
Illis autẽ abeuntibus: cepit iesus dicere
ad turbas de ioanne. Quid existis in de

sertū videre? Arundinē vento agitatā?
Sed qd existis videre? hoiem mollibus
vestitū? Ecce qui mollibus vestiūtur in
domibus regum sunt. Sed qd existis vi-
dere? Prophetā? Etiā dico vobis: ꝗ plus
ꝙ prophetā. Hic est eni: de quo scriptū est.
Ecce ego mitto āgelū meū āte faciē tuā:
q̄ ꝑparabit viā tuā ante te. Offer. Bene-
dixisti dñe terrā tuā: avertisti captivitatē iacob
remisisti iniqtatē plebis tue. ℣. Operuisti oia
pctā eoꝝ: mitigasti oēm irā tuā. ℣. Ostēde nobis
dñe miam tuā: ꝛ salutare tuū da nobis. Secreta.

Devotionis nostre tibi dñe quesu-
mus hostia iugiter immoletur:
que et sacri peragat instituta mysterii: ꝛ
salutare tuū nobis mirabiliter operetur.
Per dñz. Prefatio quotid. Cōio. Dicite
pusillanimes cōfortamini et nolite timere: ecce
deus noster veniet et salvabit nos. Postcōio.

Implozamus dñe clemētiā tuā vt
hec divina subsidia a viciis expia-
tos: ad festa ventura nos ꝑparēt. Per do.

¶ Fer. iiii. quatuor tpꝝ. Ad missā. Offm.

Rorate celi desuper: et nu-
bes pluant iustū: aperia-
tur terra et germinet sal-
vatorē. Ps. Et iustitia ori-
atur simul: ego dñs creavi eū.
Sequat oro sine. Dñs
vobiscū. sed tantū cū Oremus. Oratio.

Presta qs ops deus: vt redēptiōis
nre ventura solēnitas: ꝛ ꝑsentis no-
bis vite subsidia conferat: et eterne bea-
titudinis premia largiatur. Per eūdem
¶ Lectio Isaie prophete. ii.

In diebus illis. Dixit isaias ꝓphe-
ta. Erit in novissimis diebus pre-
paratus mōs domus dñi in vertice mō-
tiū: et elevabitur sup colles. Et fluent ad
eū oēs gētes: et ibūt ppli multi et dicent.
Venite ascēdam⁹ ad mōtē dñi. et ad do-
mū dei iacob: et docebit nos vias suas. ꝛ
āmbulabim⁹ in semitis ei⁹. qꝛ de syon exi-
bit lex et verbū dñi de hierlm. Et iudica-
bit gētes: et arguet pplos multos. Et cō-
flabūt gladios suos in vomeres: et lāce-
as suas in falces. Nō levabit gēs contra
gentē gladiū nec exercebūtur vltra ad ꝑ-
liū. Dom⁹ iacob venite ꝛ āmbulem⁹ in lu-
mine dñi dei nri. Gr. Tollite portas prin-
cipes vestras: et elevamini porte eternales: ꝛ in-
troibit rex glie. ℣. Quis ascēdet in mōtem dñi
aut qs stabit in loco scō ei⁹: innocēs manib⁹ et
mūdo corde. Hic nō repetat Gr. sed statī
sequatur Dñs vobiscū. ꝛ Oremus. Oro.

Festina qs dñe ne tardaveris ꝛ au-
xiliū nobis supne virtutis impē-
de: vt adventus tui cōsolationis sublevē-
tur: qui in tua pietate cōfidunt. Qui vi-
uis. et cetera. Hic dicitur memorie cōmu-
nes. Ep'a. Lectio Isaie prophete. vii.

In diebus illis. Locut⁹ est dñs ad
achaꝫ dicēs. Pete tibi signū a dño
deo tuo in ꝓfundū inferni: sive in excel-
sum supra. Et dixit achaz. Nō petā: ꝛ nō
tēptabo dñm. Et dixit. Audite ergo do-
mus david. Nunqd parū vobis est mo-
lestos esse hoībus: qꝛ molesti estis ꝛ deo
meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis
signū. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū
et vocabit nomē ei⁹ emanuel. Butyꝛū ꝛ
mel comedet: vt sciat reprobare malū: ꝛ
eligere bonū. Gr. Prope est dñs oīb⁹ invo-
cātibus eū: oīb⁹ q̄ invocāt eū in veritate. ℣. Lau-
dē dñi loqtur os meū: ꝛ bñdicat oīs caro nomē
sanctū ei⁹. Repetat Gr. Scdm Lucā. i.

In illo tpe. Missus est angelus ga-
briel a deo ī civitatē galilee cui no-
mē nazareth. ad virginē desponsatā viro
cui nomē erat ioseph. de domo david: ꝛ
nomē virginis maria. Et ingressus āge-
lus ad eā: dixit. Ave grā plena dñs tecū:
bñdicta tu in mulieribus. Que cū audis-
set turbata est in sermōe ei⁹: ꝛ cogitabat
qualis esset ista salutatio. Et ait āgel⁹ ei
Ne timeas maria: invenisti eni gratiā
apd deū. Ecce cōcipies in vtero ꝛ paries
filiū: et vocabis nomē ei⁹ iesum. Hic erit
magn⁹: ꝛ fili⁹ altissimi vocabitur. Et da-
bit illi dñs de⁹ sedē david pris eius: et re-
gnabit in domo iacob in eternū: ꝛ regni
eius nō erit finis. Dixit aūt maria ad an-
gelū. Quomodo fiet istud qm virū non
cognosco. Et respōdens āgelus dixit ei.
Spūs sctūs supveniet in te: et virt⁹ altis-
simi obumbrabit tibi. Ideoq et qd nascet
ex te sctm: vocabitur fili⁹ dei. Et ecce eli-
zabeth cognata tua: et ipsa cōcepit filium
in senectute sua. Et hic mēsis est sextus
illi q̄ vocatur sterilis: qꝛ nō erit impossi-

bile apud deū omne vbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dñi. Fiat mihi scdm verbū tuū. Off. Aue maria gratia plena dñs tecū: benedicta tu in mulieribus et bñdict⁹ fructus vētris tui. ℣. Ideoq3 et qd nascet ex te sctm vocabitur fili⁹ dei. Et dr cū suo ℣. Secreta

Salutari ieiunio competentes dñe hostias immolam⁹: presta vt ad natiuitatem panis eterni his officiis preparemur. Per eundē. Prefatio quotid. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Postcōio.

Salutaris tui dñe munere saciati: supplices deprecamur: vt cui⁹ letamur gustu renouemur effectu. Per d.

Feria. vi. quatuor tēporū. Officium.

Prope esto dñe: et oēs vie tue veritas initio cognoui de testimoniis tuis: quia in eternū tu es. Ps. Beati immaculati in via: q ambulāt in lege domini. Oratio.

Excita qsumus dñe potentiā tuā et veni: vt hi qui in tua pietate confidūt ab omni citi⁹ aduersitate liberentur. Qui viuis. Lectio Isaie prophete. xi.

Hec dicit dñs de⁹. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascēdet. Et requiescet sup eū spūs dñi spūs sapiētie et intellectus: spūs cōsilii et fortitudinis. spūs sciētie et pietatis: et replebit eū spūs timoris dñi. Nō scdm visionē oculorū iudicabit: neq3 scdm auditū auriū arguet. sed iudicabit in iustitia pauperes: et arguet in equitate p mansuetis terre. Et percutiet terrā virga oris sui: et spū labiorū suorum interficiet impiū. Et erit iustitia cingulum lumborum eius. et fides cinctorium renum eius. Grad.

Ostēde nobis dñe miam tuā: et salutare tuū da nobis. ℣. Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Repetat Gr. Scdm lucā. i.

In illo tpe. Exurgens maria abiit in mōtana cū festinatiōe in ciuitatē iude: et intrauit in domū zacharie: et salutauit elizabeth. Et factū est vt audiuit salutationē marie elizabeth exultauit infans in vtero ei⁹. Et repleta est spū scto elizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fruct⁹ vētris tui. Et vnde hoc mihi. vt veniat mr dñi mei ad me. Ecce eīn vt facta est vox salutatiōis tue in aurib⁹ meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et btā q credidisti: qm pficiētur ea q dicta sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm: et exultauit spūs me⁹: in deo salutari meo. Offr.

Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. ostēde nobis dñe misericordiam tuā: et salutare tuū da nobis. ℣. Bñdixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob: remisisti iniquitatē plebis tue. ℣. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi: veritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit. Secreta.

Sacrificiis qs dñe salutaribus his diebus aptemur propensius qbus illud est mysteriū celebrandū: cui seruit oīs executio mādatorū. Per d. Prefatio quotid. Cōio. Ecce dñs veniet: et oēs scti ei⁹ cū eo: et erit in die illa lux magna. Postcōio.

Perfice qs dñe miā tuā pplo supplicāti: quē tuo refectū largitate donorū et instātius gratiā postulare maiorē: et fiducialius sperare cōcedas. Per d.

Sabbtō. iiii. tpm. Ad missam. Officiū.

Veni et ostende nobis faciē tuā dñe qui sedes super cherubin et salui erimus. Ps. Qui regis israel intēde: q deducis velut ouē ioseph. Oēs orationes sine Dñs vobiscū. dicuntur: preter vltimā q est ante epistolā: sed tantū cū Oremus. Et oēs lec. cū suis titulis legātur. Oremus.

Deus qui cōspicis q ex nra praui tate affligimur: concede propici⁹ vt ex tua visitatione cōsolemur. Qui viuis. Lectio Isaie prophete. xix.

In diebus illis. Clamabunt ad dominū a facie tribulantis: et mittet eis saluatorē et ppugnatorē qui liberet eos. Et cognoscetur dñs ab egypto: et cognoscent egyptii dñm in die illa. et colēt eū in hostiis et muneribus. et vota vouebūt dño et soluent. Et percutiet dñs egyptum plaga: et sanabit eam. Et reuertētur egyptii ad dñm: et placabitur eis: et sanabit eos: domin⁹ deus noster. Grad.

A summo celo egressio eius et occursus ei⁹ vs

ex ad summū eius. ℣. Celi enarrāt gloriā dei: ꝫ opa manuū eius annūciat firmamentū. Nō repetat gr̄. sed dicat statim Oremus. Oro.

Concede q̄s oēs deus: vt q̄ sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filii tui noua natiuitate liberemur. Qui tecum

Lectio Ysaie prophete. xxxv.

Hec dicit dn̄s. Letabitur deserta et inuia: et exaltabit solitudo: ꝫ florebit quasi liliū. Germinās germinabit: ꝫ exaltabit letabūda et laudās. Gl'ia libani data est ei: decor carmeli et saron. Ipsi videbunt gl'iam dei: et decorē dei nostri. Cōfortate man' dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes cōfortamini et nolite timere. Ecce de' noster vltionē adducet retributiōis: de' ipse veniet et saluabit nos. Tūc aperient̄ oculi cecorū: et aures surdorū patebūt. Tūc saliet sicut ceru' claudus: et apta erit lingua mutorū. Quia scisse sunt in deserto aque: et torrētes in solitudine. Et q̄ erat arida in stagnū: ꝫ sitiens in fontes aquarū. Ait dn̄s oēs. Gr̄. In sole posuit tabernaculū suum: et ipse tanq̄ sponsus procedēs de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsq̄ ad summum eius. Oratio.

Indignos nos q̄s dn̄e famulos tuos quos actiōes ꝓprie culpa cōtristat: vnigeniti filii tui aduentu letifica. Qui tecū viuit. Lectio Ysaie ꝓphete. xl.

Hec dicit dn̄s. Super montē excelsum ascende tu q̄ euangelizas syō: exalta in fortitudine vocē tuā qui euangelizas hierusalem. Exalta noli timere: dic ciuitatibus iude. Ecce deus vester. Ecce dn̄s de' in fortitudine veniet: ꝫ brachiū eius dn̄abitur. Ecce merces ei' cum eo: et opus illius corā illo. Sicut pastor gregē suum pascet. in brachio suo cōgregabit agnos ꝫ i sinu suo leuabit eos dn̄s deus noster. Gr̄. Qui sedes dn̄e super cherubin excita potentiā tuā et veni. ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. ... Excita dn̄e potentiā tuā et veni vt saluos facias nos. Sequatur. Oremus. Oratio.

Presta q̄s oēs de': vt filii tui vētura solēnitas: et presentis nobis vite remedia cōferat ꝫ p̄mia eterna cōcedat. Per eūdē. Lectio Ysaie prophete. xlv.

Hec dicit dn̄s xp̄o meo cyro: cui' apprehēdi dexterā. vt subiiciā āte faciē eius gētes. et dorsa regū vertā: ꝫ aperiā corā eo ianuas. et porte nō claudētur. Ego ante te ibo: ꝫ gloriosos terre humiliabo. Portas ereas cōterā: et vectes ferreos cōfringam. Et dabo tibi thesauros abscōditos: et archana secretorū: vt scias q̄a ego dn̄s: q̄ voco nomē tuū de' israel. Propter seruū meū iacob: ꝫ israel electū meū. Et vocaui te noīe tuo assimilaui te et nō cognouisti me. Ego dn̄s et non est ali': extra me nō est deus. Accinxi te ꝫ nō cognouisti me: vt sciāt hi q̄ ab ortu solis, et q̄ ab occidēte: q̄m absq̄ me nō est de'. Ego dn̄s: et nō est alter. Formās lucē. et creans tenebras: faciēs pacē, ꝫ creās malū. Ego dn̄s: faciēs oīa hec. Rorate celi desup ꝫ nubes pluāt iustū: aperiatur terra et germinet saluatorē. et iustitia oriatur simul. Ego dn̄s: creaui eū. Gr̄. Excita dn̄e potētiā tuā et veni vt saluos facias nos. ℣. Qui regis israel intende: q̄ deducis velut ouē ioseph. q̄ sedes sup cherubin: appare corā effraim beniamin et manasse. Sequit̄ Oremus. Oro.

Preces ppl'i tui q̄s dn̄e clemēter exaudi: vt q̄ iuste ꝓ pctis nr̄is affligimur pietatis tue visitatiōe consolemur. Qui viuis. Lectio danielis ꝓphete. iii.

Angelus dn̄i descēdit cū azaria et sociis ei' in fornacē: ꝫ excussit flāmā ignis de fornace: ꝫ fecit mediū fornacis quasi vētū roris flātē. Flāma aūt diffusa est sup fornacē cubitis quadraginta nouē: et incēdit quos repperit iuxta fornacē de chaldeis ministros regis q̄ eā incēdebāt. Illos aūt oīno nō tetigit ignis, neq̄ cōtristauit: nec q̄cq̄ molestie intulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore, laudabant et glorificabāt: ꝫ bn̄dicebāt deū in fornace dicentes. Duo clerici de scd̄a forma: in supplicieus ad gradū chori cātēt tractū.

Benedictus es dn̄e deus patrū nostrorū. ℣. Et laudabilis et gloriosus in secula. Chor' idē repetat. Clerici ℣. Et benedictum nomen glorie tue qd̄ est scm̄. Chor' dicat. Et laudabile et gl'iosum in scl'a. Clerici ℣. Benedict' es in tēplo scō glorie tue. Chorus. Et laudabilis et gl'iosus in scl'a. Clerici. ℣. Benedict' es super thronum sanctū regni tui. Chorus. Et

laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es super
sceptrum diuinitatis tue. Chorus. Et lauda-
bilis. Clerici. ℣. Benedictus es qui sedes sup
cherubim intuens abyssos. Chorus. Et lauda
bilis. Clerici. ℣. Benedictus es qui ambulas
super pennas ventorum. Chorus. Et laudabi
lis. Clerici. ℣. Benedicant te oēs angeli et san
cti tui. Chorus. Et laudent te et glorificent in
secula. Clerici. ℣. Benedicant te celi/ terra ma
re/et omnia que in eis sunt. Chorus. Et lau-
dent et glorificent in secula. Clerici. ℣. Gloria
patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. Chor⁹. Et laus
et honor ꝛ potestas ꝛ imperium. Clerici. ℣. Si
cut erat in principio et nunc ꝛ semper: ꝛ in secu
la seculoꝝ amen. Chorus. Et laus et honor ꝛ
potestas et imperium. Deinde clerici reīn-
cipiunt primū ℣. tractus. et pcantetur a
choro. et postea dicat sacerdos. Dñs vo
biscum. et Oremus. Oratio.

Deus qui trib⁹ pueris mitigasti
flāmas ignium: concede ꝓpici⁹: vt
nos famulos tuos non exurat flāma vi
cioꝝ. Per dñm. Hic dicuntur memorie
cōsuete. Epl'a. Ad thessalonicēses. ii.ca.

Fratres. Rogamus vos p aduē-
tum dñi nostri iesu xpi/et nostre
congregatiōis in ipsum: vt non cito mo
ueamini a vestro sensu/neq3 terreamini
neq3 per spiritū/neq3 per sermonē neq3
per epistolā/tanq̄ per nos missam. qua
si instet dies dñi. Ne quis vos seducat
vllo modo. Quoniā nisi venerit discel-
sio primū. et reuelatus fuerit homo pec
cati filius perditionis. qui aduersatur ꝛ
extollitur supra omne quod dicitur de⁹
aut quod colitur: ita vt in templo dei se
deat/ostendēs se tanq̄ sit deus. Non re-
tinetis. quoniā cū adhuc essem apd vos
hec dicebā vobis. Et nūc quid detineat
scitis: vt reuelet in suo tēpore. Nam my-
steriū iā operatur iniquitatis: tantū vt
qui tenet/nūc teneat. donec de medio fi
at. Et tūc reuelabitur ille iniquus/ quē
dñs iesus interficiet spiritu oris sui. ꝛ de
struet illustratiōe: aduēt⁹ sui. Duo cleri
ci i scda forma i cappis nigris ad gradū
cho. simul dicāt totū ꝛ itegrū istū tractū.

Qui regis israel intende: q̄ deducis velut
ouē ioseph. ℣. Qui sedes sup cherubin
appare: corā effraim beniamin et manasse. ℣⁹.

Excita dñe potentiā tuā et veni: vt saluos faci-
as nos. Secundum Lucam. iii.

Anno q̄ntodecimo imperii tibe-
rii cesaris. procurante pontio pi
lato iudeā. tetrarcha autē galilee hero-
de. philippo autē fratre eius tetrarcha
yturee/et traconitidis regionis. et lysa-
nia abiline tetrarcha. sub principib⁹ sa-
cerdotū/anna ꝛ cayphą: factū est verbū
dñi sup ioannē zacharie filiū in deser-
to. Et venit in omnē regionē iordanis:
ꝑdicās baptismū penitētie/in remissio-
nē peccatoꝝ: sicut scriptū est in libro ser
monū ysaie prophete. Vox clamātis in
deserto: parate viā dñi/ rectas facite se-
mitas eius. Omnis vallis implebitur:
ꝛ oīs mōs ꝛ collis humiliabitur. Et erūt
praua in directa: ꝛ aspera in vias planas
Et videbit oīs caro salutare dei. Offer.

Exulta satis filia syon: ꝑdica filia hierusa-
lem ecce rex tuus veniet tibi sanctus/ ꝛ saluator
℣. Loquetur pacē gentibus. et potestas eius a
mari vsq3 ad mare: et a flumine vsq3 ad termi-
nos orbis terre. Secreta.

Super has hostias fideliū domi-
ne quesumus propicio vultu re-
spice: et quia nostris meritis non vale-
mus: his potius muneribus tuo occur-
sui cōmendemur. Qui viuis et regnas
cum deo patre. Prefatio quotid. Cōio.

Exultauit vt gigas ad currendā viam a sum-
mo celo egressio eius: et occursus eius vsq3 ad
summum eius. Postcōmunio.

Quesumus dñe deus noster vt sa-
crosancta mysteria que pro repa
rationis nostre munimine contulisti: et
ꝑsens nobis remedium esse facias et fu
turū. Per. In quacūq3 feria dies natiui
tatis dñi cōtigerit: semp ieiunia quattu
or tēporū in tertia ebdōa aduentus dñi ce
lebrentur. ¶ Dominica. iiii. aduētus do
mini. Ad missam. Officium



Memēto nři dñe in bene
placito populi tui. visita
nos i salutari tuo ad vi-
dēdū in bonitate electo
rū tuoꝝ/ in letitia gētis
tue/vt lauderis cū here
ditate tua. Ps. Peccauimus cū patribus no-
stris: iniuste egimus iniquitatē fecimus. Orō

Excita q̃s dñe potentiã tuã et veni
⁊ magna nobis virtute succurre
vt per auxilium gratie tue quod nostra
peccata prepediunt: indulgentia tue p-
piciationis acceleret. Qui viuis et reg-
nas cum. Ad philippenses. iiii.

FRatres. Gaudete in dño semper
iterũ dico gaudete. Modestia ve-
stra nota sit oĩbus hoĩbus. dñs eñ ppe
est. Nihil solliciti sitis: sed in oĩ oratiõe ⁊
obsecratiõe cũ gratiarũ actiõe petitiões
vestre innotescãt apud deũ. Et pax dei
q̃ exuperat oẽm sensum: custodiat cor-
da vestra ⁊ intelligẽtias vestras. In xp̃o
iesu. dño nr̃o. Gr. Prope est dñs oĩbus in-
uocantibus eũ: oĩbus q̃ inuocãt eũ in veritate. ℣.
Laudẽ dñi loquet̃ os meũ: ⁊ benedicat oĩs caro
nomẽ sanctũ eius. Alla. ℣. Veni dñe et noli
tardare: relaxa facinora plebis tue. Sequẽtia.

IUbilem⁹ oẽs vna. Deo nostro q̃
creauit oĩa. Per quẽ cuncta cõdi-
ta sũt secula. Celoꝝ plurima luce corru-
sca: ⁊ diuersa sunt sidera. Sol mũdi sce-
ma: noctiũ decus luna ceteraq̃ splẽden-
tia. Mare/solũ/alta/plana/ac profunda
flumina. Aeris ampla spacia q̃ discur-
runt aues ventis: atq̃ pluuia. Hec simul
cuncta: tibi deo soli patri militãt. Nũc
⁊ in euũ sine fine per secla: laus eorũ tua
gloria. Qui pro salute nostra prolẽ vni-
cã. Pati in terrã misisti: sine culpa: sz ob
nostra delicta. Te trinitas precamur:
vt corpora nostra et corda. Regas et p-
tegas: ⁊ dones peccatorum veniam.
Secundum Joannem. primo.

IN illo tẽpore. Miserunt iudei ab
hierosolimis sacerdotes et leui-
tas ad ioannẽ: vt interrogarent eũ. Tu
quis es? Et cõfessus est et non negauit.
Et confessus est: quia non sum ego xp̃s.
Et interrogauerunt eũ. Quid ergo? he-
lyas es tu? Et dixit. Non sum. Prophe-
ta es tu? Et respondit. Non. Dixerũt er-
go ei. Quis es? vt responsum dem⁹ his q̃
miserũt nos. Quid dicis de teipso? Ait.
Ego vox clamantis in deserto: dirigite
viã dñi. sicut dixit isaias ppheta. Et qui
missi fuerãt: erãt ex phariseis. Et inter-
rogauerũt eũ: ⁊ dixerunt ei. Quid ergo
baptizas. si tu nõ es xp̃s. neq̃ helyas. ne-
q̃ ppheta? Rñdit eis iohẽs dicẽs. Ego
baptizo in aqua: medius aũt vestrũ ste-
tit quẽ vos nescitis. Ipse est q̃ post me vẽ-
turus est. q̃ ãte me fact⁹ est: cui⁹ ego nõ
sum dign⁹ vt soluã eius corrigiã calcia-
mẽti. hec in bethania facta sunt trãs ior-
danẽ: vbi erat ioãnes baptizans. Offer.
Confortamini ⁊ iam nolite timere: ecce enim
deus noster retribuet iudiciũ: ipse veniet ⁊ sal-
uos nos faciet. ℣. Tunc aperientur oculi cecorũ
⁊ aures surdoꝝ audiẽt: tũc saliet claud⁹ quasi
ceruus: ⁊ clara erit lingua mutorũ. Secreta.

SAcrificiis presentibus q̃s dñe pla-
catus intende: quibus ad filii tui
natiuitatem suscipiendã purificemur.
Per eundem. Prefatio quotidiana. Cõio.
Ecce virgo concipiet et pariet filiũ: et voca-
bitur nomen eius emanuel. Postcõmunio.

POpulũ tuũ q̃s dñe donoꝝ tuoꝝ
largitate prosequere: vt a malis
oĩbus sacramẽtoꝝ tuoꝝ virtute prote-
ctus: ad ineffabile mysteriũ celebrandũ
⁊ mẽte preparetur ⁊ corpore. Per dñm.
¶ Feria. iiii. Lectio Johelis prophete. ii.

HEc dicit dñs. Exulta filia syon: et
letamini in dño deo vestro qui de-
dit vobis doctorẽ iustitie. et descendere
faciet ad vos imbrẽ matutinũ et seroti-
nũ. sicut in principio. Et implebũtur a-
ree frumẽto: ⁊ redundabunt torcularia
vino et oleo. Et scietis: q2 ego dñs deus
vester habitans in syon in mõte sancto
meo. ⁊ in hierusalẽ sctã. ⁊ alieni nõ trãsi-
bũt p eã amplius. Et erit in die illa. stil-
labũt mõtes dulcedinẽ: ⁊ colles fluẽt la-
cte. ⁊ p oẽs riuos iuda ibũt aque. et fons
de domo dñi egredief. ⁊ irrigabit torrẽ-
tẽ spinaꝝ. Egyptus in desolationẽ erit
⁊ idumea in desertũ perditiõis: p eo q̃
iniq̃ egerũt in filios iude/ et effuderunt
sanguinẽ innocentẽ in terra sua. Et iu-
dea in eternũ habitabitur: ⁊ hierusalẽ in
generatione et generationẽ. Et munda-
bo sanguinẽ eoꝝ quẽ nõ mundauerã: ⁊
dñs cõmorabit in syon a seculo: et vsq̃
in seculum. Secundum Lucam. vii.

IN illo tpe. Exiit sermo in vniuer-
sam iudeã de iesu: ⁊ oẽm circa re-
gionẽ. Et nũciauerunt ioanni discipuli
eius: de oĩbus his. Et conuocauit duos

de discipulis suis iohēs: ꝛ misit ad iesuz dicēs. Tu es ꝗ̄ venturus es: an aliū expectamus? Cū aūt venissent ad eum viri: dixerunt. Johēs baptista. misit nos ad te: dicēs. Tu es ꝗ̄ venturus es. an aliū expectamꝰ? In ipa aūt hora curauit multos a languoribus suis ꝛ plagis. ꝛ spiritibus malis. ꝛ cecis multis donauit visuz. Et respōdēs dixit illis. Eūtes renūciate ioāni ꝗ̄ vidistis ꝛ audistis. Quia ceci vidēt: claudi ambulāt/leprosi mūdantur/surdi audiūt/mortui resurgūt/ pauperes euāgelizant. Et beatus est qui nō fuerit scādalizatus in me. Et cū discessissent nūcii ioānis: cepit dicere de ioanne ad turbas. Quid existis in desertū videre? Arundinē vēto agitatā? Sed qd existis videre? Hominē mollibꝰ vestimētis indutū? Ecce ꝗ̄ in veste p̄ciosa sunt/ ꝛ in deliciis: in domibus regū sunt. Sed qd existis videre? Prophetā? Etiā dico vobis: ꝛ plusꝗ̄ ꝓphetā. Hic est de quo scriptū est. Ecce mitto āgelū meū āte faciē tuaz: ꝗ̄ preparabit viā tuā ante te. Dico eni vobis: maior inter natos mulierꝝ ꝓpheta ioāne baptista nemo est. Qui aūt minor est in regno celorꝝ: maior est illo.

¶ Feria. vi. Lectio zacharie ꝓphete. ii.

Hec dicit dñs. Lauda et letare filia syon: qꝛ ecce ego venio et habitabo in medio tui. ait dñs. Et applicabuntur gētes multe ad dñz in die illa: ꝛ erūt mihi in ppl'z. Et habitabo in medio tui ꝛ scies qꝛ dñs exercituū misit me ad te. Et possidebit dñs iudā partē suā in terra sctificata: ꝛ eliget adhuc hierusalem. Sileat oīs caro a facie dñi: qꝛ cōsurrexit de habitaculo sctō suo. Dicit dñs: oīs.

Secundum Marcum. viii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Videte et cauete a fermento phariseorꝝ: ꝛ fermēto herodis. Et cogitabāt ad alterutrū dicētes: qꝛ panes nō habemus. Quo agnito: ait illis iesus. Quid cogitatis. qꝛ panes non habetis? Nondū cognoscitis nec itelligitis? Adhuc cecatū habetis cor vestrū. Oculos habētes nō videtis. ꝛ aures habētes nō auditis? Nec recordamini qū ꝗ̄nqꝫ panes fregi in quinqꝫ milia. et quot cophinos fragmētorū plenos sustulistis? Dicunt ei. Duodeciz. Qū ꝛ septē panes in quattuor milia hoīm. quot sportas fragmētorꝝ tulistis? Et dicūt ei. Septē. Et dicebat eis. Quō nondū intelligitis? Et veniūt bethsaida: ꝛ adducūt ei cecū. Et rogabāt eū: vt illū tangeret. Et apprehēsa manu ceci: eduxit eū extra vicum. Et expuēs in oculos eius. et impositis manibus suis: iterrogauit eū si aliqd videret Et aspiciēs: ait. Video hoīes velut arbores ambulātes. Deinde iterū imposuit manus super oculos eius: et cepit videre. Et restitutus est: ita vt clare videret oīa: ꝛ misit illū in domū suā dicens. Uade in domū tuā: et si in vicū introieris: nemini dixeris.

¶ In vigilia natiuitatis domini. Ad missam Officium.



Hodie scietis qa veniet dominꝰ ꝛ saluabit vos: ꝛ mane videbitis gl'iaz eiꝰ. ps. Dñi est terra ꝛ plenitudo eiꝰ orbis terrarꝝ ꝛ vniuersi qui habitāt in eo. Si hec vigi. in dñica euenerit: dr cātꝰ super kyrie. Sanctꝰ ꝛ Agnus. sicut in fes. sim. ix. lec. sin autē dr cātus ferialis. Oratio.

Deus ꝗ̄ nos redēptionis nostre annua expectatiōe letificas: presta. vt vnigenitū tuū quē redēptorē leti suscipimus: venientē quoqꝫ iudicē securi videamus dñm nrm iesū xp̄z filiū tuū. Qui te. Nulla fiat mēo. Unus puer accolitꝰ legat hāc lec. alba idutꝰ ad gradū chori: tñ si dñica fuerit legat i pulpito et sēp cū suo titulo. Lectio Isaie ꝓphe. lxii.

Hec dicit dñs. Propter syon nō tacebo. ꝛ ꝓpter hierusalē nō qescam donec egrediat vt splēdor iustus eius. ꝛ saluator eius vt lāpas accēdatur. Et videbūt gētes iustū tuū: ꝛ cuncti reges inclytū tuū. Et vocabit tibi nomē nouuz: qd os dñi noīauit. Et eris corona glorie in manu dñi: ꝛ diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: ꝛ terra tua nō vocabitur āplius desolata. Sed vocaberis volūtas mea in ea: et terra tua inhabitabit: qa cōplacuit dño in te. Deinde absqꝫ interuallo legatur. epistola. Ad Romanos. primo.

FRatres. Paulus seruus iesu xpi. vocatus apostolus. segregatus in euāgeliū dei. qd ante pmiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. q factus est ei ex semine dauid scdm carnē: q pdestinatus est filius dei in virtute scdm spiritū sctificationis ex resurrectiōe mortuorum iesu xpi dñi nri per quem accepimus grām et apostolatū. ad obediendū fidei in oībus gentibus p noīe eius. In qbus estis et vos vocati: iesu xpi dñi nostri. Gr. Hodie scietis qr veniet dñs et saluabit vos. et mane videbitis gloriā eius. V. Qui regis israel intende: q deducis velut ouē ioseph. q sedes sup cherubim: appare corā effraim/ beniamin et manasse. Si hec vigilia i dñica euenerit: missa de dñica in capitulo dr: et. fiat tūc mēoria de sctā maria: et de oībus sanctis tm. Missa vero de vigilia ad autentivū altare: sine aliqua memoria cū hoc Alla. V. Crastina die delebitur iniquitas terre et regnabit sup nos saluator mundi. Sequentia. Jubilemus. vts in dñica. iiii. aduentus dñi fol. xv. Si vero dñica nō fuerit: tunc Alla. et Sequētia pretermittatur. Secundum Matheum. primo.

IN illo tpe. Cū esset desponsata mater iesu maria ioseph: anteq conuenirent/ inuēta est i vtero habēs de spū sctō. Joseph aūt vir eius cū esset iustus et nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eā. Hec aūt eo cogitāte: ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicens. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariā cōiugē tuā. Qd enī in ea natū est de spū sctō est. Pariet autē filiū: et vocabis nomē eius iesum. Ipse enī saluū faciet populū suū a pctis eorū. Offr. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. V. Dñi ē terra et plenitudo eius orbis terrarum: et vniuersi q habitāt i eo. Iste V. n do. fue. eo āno pterijt. Secr.

DA nobis qs ops deus: vt sicut adoranda filii tui natalitia pꝑuenimus: sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Per eundē. Prefatio quotid. Cōio. Reuelabitur gloria dñi: et videbit ois caro salutare dei nostri. Postcōmunio.

DA nobis qs dñe vnigeniti filii tui recēsita natiuitate respirare: cuius celesti mysterio pascimur et potamur. Per eū. In nocte nat. do. post. ix. l'c. cātet hoc euāg. i pulpito a diacono Mathei. i.

LIber generatiōis iesu xpi filii dauid: filii abrahā. Abrahā autē genuit isaac. Isaac autē genuit iacob. Jacob aūt genuit iudā et fratres eius. Judas āt genuit phares et zarā de thamar. Phares aūt genuit esrō. Esrom aūt genuit arā. Arā autem genuit aminadab. Aminadab aūt genuit naason. Naason aūt genuit salmon. Salmō aūt genuit booz de raab. Booz aūt genuit obeth ex ruth. Obeth aūt genuit iesse. Jesse āt genuit dauid regē. Dauid aūt rex genuit salomonē ex ea q fuit vrie. Salomon aūt genuit roboā. Roboā aūt genuit abiā. Abias aūt genuit asa. Asa aūt genuit iosaphat. Josaphat aūt genuit ioram. Joras aūt genuit oziā. Ozias aūt genuit ioathan. Joathā aūt genuit achaz. Achaz aūt genuit ezechiā. Ezechias autē genuit manassen. Manasses aūt genuit amon. Amō aūt genuit iosiā. Josias aūt genuit iechoniā: et fratres eius in trāsmigratiōe babilōis. Et post trāsmigrationem babilonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autē genuit zorobabel. Zorobabel aūt genuit abiud. Abiud aūt genuit eliachim. Eliachī āt genuit azor. Azor aūt genuit sadoch. Sadoch āt genuit achim. Achim aūt genuit eliud. Eliud aūt genuit eleazar. Eleazar autem genuit matā. Matā aūt genuit iacob. Jacob āt genuit ioseph virū marie: de qua natus est iesus: q vocat xps. Finito euāgelio: sacer. icipiat ꝑ. Te deū laudamus. Quo dicto rectores chori icipiāt missam.

Ad missam in gallicantu. Officium.



DOminus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Ps. Quare fremuerunt gētes: et populi meditati sunt inania. Kyrie. cū suis. V. Sequatur Gloria in excelsis. more duplicis festi. Sciendū est q semp ad missam dr Gloria in excelsis quotiens ad matutī. dicitur Te deū. nisi missa Salus populi. vel missa de cruce. vel missa dñicalis in aliquo festo. iii.

lecc. vel infra oct. sine regimine chori cā-
tāda fuerit. Quū vo aliqua missa de vigi
lia vel de festo .iii. lec. in cap. die dñica dr
tūc etiā dr cant⁹ sup kyrie. Glia in excel.
qñ dr Sctūs et Agnus. et Ite missa est.
sicut in festo triū lec. Similiter fiat quā
do dr missa dñicalis in capitulo die dñi-
ca. Tunc etiam dicetur Credo. Oratio.

Deus q hāc sacratissimā noctē ve-
ri luminis fecisti illustratione cla
rescere. da qs: vt cuius lucis mysteria in
terra cognouimus. eius quoq gaudiis
in celo perfruamur. Qui tecum viuit.
Duo clerici de scda forma in cappis seri
cis in pulpito simul cantent lectionem.

Laudes deo dicaz per secula: q me
plasmauit in manu dextera atq
redemit cruce purpurea sanguine nati.
Hic cātet alternati. Lectio ysaie pphete.
In qua xpi lucida: vaticinatur natiui-
tas. Hec dicit dñs. Pater/filius/spūs san
ctus: in quo sunt oīa condita supna atq
īna. Populus gētiū q ambulabat in te
nebris. Quē creasti: quē fraude subdo-
li hostis expulit paradyso et captiuatu
secū traxit ad tartara. Vidit lucem ma-
gnā. Fulserūt et inania nocte media
pastoribus lumina. Habitātib⁹ in regio
ne vmbre mortis: lux. Sēpiterna et re-
dēptio vere nra. Orta est eis. O stupen-
da natiuitas. Paruul⁹ eni natus est no-
bis. Magn⁹ hic erit iesus filius dei. Et
filius. Patris summi. Datus est nobis
Ab arce summa pdictū liceat. Et fa-
ctus est principatus super humerū eius
Qui celos regat atq arua. Et vocabitur
nomen eius. Messias. sother. emanuel.
sabaoth. adonay. Admirabilis. Radix
dauid. Consiliarius dei patris. Deus.
Qui creauit oīa. Fortis. Baratri claustra
perimēs teterrima. Pater futuri se-
culi. Rex oīpotēs & cuncta regēs. Prin
ceps pacis. Hic & in euū. Multiplicabit
eius imperiū. In hierusalē iudea siue
samaria. Et pacis nō erit finis. Per se-
cula sempiterna. Sup soliū dauid: & su-
per regnū eius sedebit. Et regni meta
sui non erit aliqua. Et confirmet illud.
In fidei pignore. Et corrobo: et in iudi
cio & iustitia. Iudex cū venerit iudica-
re seculū. Amodo. Illi debetur gloria
laus et iubilatio. Et vsq in sempiternū
Hic cātēt simul vsq ad finē. Ab ortu so-
lis vsq ad occiduos: ad fines mundi or-
bis p climata laus creatori resonet con-
grua. Amen dicāt oīa. Ubi nō habet cā
tus legatur. Lectio ysaie prophete. ix.

Hec dicit dñs. Populus gētiū qui
ambulabat in tenebris: vidit lucē
magnam. Habitantibus in regione vm
bre mortis: lux orta est eis. Paruul⁹ eni
natus est nobis: & filius datus est nobis
Et factus est principatus super humerū
eius: et vocabitur nomen eius admira-
bilis cōsiliarius. deus fortis: pater futu-
ri seculi. princeps pacis. Multiplicabi-
tur eius imperiū: et pacis non erit finis.
Super soliū dauid/et super regnū eius
sedebit: vt confirmet illud et corroboret
in iudicio et iustitia. Amodo: et vsq in
sempiternum. Sine interuallo. Lectio
epistole beati pauli apostoli. Ad titū. ii.

Carissime. Apparuit gratia dei sal
uatoris nostri oībus hoībus eru-
diēs nos. vt abnegātes ipietatē & secula
ria desideria sobrie et iuste. & pie viuam⁹
in hoc seculo: expectantes beatā spem/&
aduentū glorie magni dei: et saluatoris
nostri iesu xpi. Qui dedit semetipm pro
nobis: vt nos redimeret ab oī iniqtate. &
mūd. ret sibi populū acceptabilē sectato
rē bonorū operū. Hec loquere: & exhorta
re. In christo iesu: domino nostro. Grad.
Tecū principiū in die virtutis tue in splendo
ribus sanctorū: ex vtero ante luciferū genui te.
℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. do-
nec ponam inimicos tuos: scabellū pedum tuo-
rū. Alleluya. ℣. Dñs dixit ad me: filius me-
us es tu: ego hodie genui te. Sequentia.

Nato canunt oīa dño pie agmina.
Syllabatim neumata pstringē-
do organica. Hec dies sacrata in qua no
ua sunt gaudia mūdo plene edita. Hac
nocte pcelsa: intonuit & gloria: in voce ange
lica. Fulserūt & immania: nocte media
pastoribus lumina. Dū fouēt sua peco
ra: subito diua pcipiūt monita. Natus
alma virgine: q extat ante scla. Est im-
mēsa in celo gloria: pax & in terra. Sic er-
go celi caterua: altissime iubilat. Et tāto

canore tremat alta poli machina. So-
net ꝯ p omnia: hac i die gloria/voce clara red-
dita. Humana concrepēt cūcta: deū natū
in terra. Cōfracta sūt imperia: hostis cru
delissima. Pax in terra reddita nūc letē
tur oīa nati p exordia. Sol⁹ q̄ tuet oīa
Sol⁹ q̄ condidit oīa. Ipse sua pietate sol
uat oīa peccatā nr̄a. Euāgeliū more dupli
cis festi. Secundum Lucam. ii.

IN illo tpe Exiit edictū a cesare au
gusto: vt describeretur vniuersus
orbis. hec descriptio prima facta est a p̄
side syrie cirino. Et ibant oēs: vt p̄fiterē
tur sin guli in suam ciuitatē. Ascēdit au
tem ꝯ ioseph a galilea de ciuitate naza-
reth in iudeā ciuitatē dauid/ que vocat
bethleem: eo q̄ esset de domo et familia
dauid: vt p̄fiteret cū maria desponsata
sibi vxore pregnāte. Factū est aūt cū es-
sent ibi: impleti sunt dies vt pareret. Et
peperit filiū suū primogenitū. Et pan-
nis eū inuoluit: ꝯ reclinauit eū in p̄sepio
qz non erat ei locus in diuersorio. Et pa
stores erant in regione eadē vigilātes: ꝯ
custodiētes vigilias noctis supra gregē
suū. Et ecce āgelus dn̄i stetit iuxta illos
ꝯ claritas dei circumfulsit illos ꝯ timue-
rūt timore magno. Et dixit illis angel⁹
Nolite timere. Ecce eni euangelizo vo-
bis gaudiū magnū qd̄ erit oī populo: qz
natus est vobis hodie saluator: q̄ est xp̄s
dn̄s i ciuitate dauid. Et hoc vobis signū
Inuenietis īfantē pānis inuolutū: ꝯ po
situū in presepio. Et subito facta est cū an
gelo multitudo milicie celestis: laudan
ciū deū et dicentiū. Gloria in altissimis
deo: ꝯ in terra pax hoībus: bone volūta-
tis. Credo. Offer. Letent celi ꝯ exultet ter
ra ante faciem dn̄i: quoniam venit. Secreta.

ACcepta sit tibi dn̄e q̄sumus ho-
dierne festiuitatis oblatio: vt tua
gr̄a largiēte: p hec sacrosctā cōmertia in
illius inueniamur forma in quo tecum
est nr̄a substantia iesus xp̄s dn̄s noster.
Qui tecū. Prefatio. Quia p incarnati.
hec prefatio dr̄ in natiuitate dn̄i ad oēs
missas: ꝯ quotidie p ebdam: et in die cir
cūcisionis dn̄i: et in oībus missis de san
cta maria: ab hac die vsqz ad puri. Cōi-
cātes vero dr̄ tm̄ vsqz ad circūcisionē: et

in die circūci. Cōio. In splēdoribus sctōꝝ
ex vtero ante luciferū genui te. Postcōio.

DA nobis q̄s dn̄e deus noster: vt q̄
natiuitatē dn̄i nr̄i iesu christi nos
frequentare gaudemus: dignis conuer
sationibus ad eius mereamur pertinge-
re consortium. Qui tecum viuit et reg.
Ad missam in aurora. Officium.



LUx fulgebit hodie sup
nos: qz natus est nobis
dn̄s: ꝯ vocabit admira-
bilis deus: princeps pa-
cis: pr̄ futuri seculi: cui⁹
regni non erit finis. ps.
Dn̄s regnauit decorē indutus est: indutus est
dn̄s fortitudinē ꝯ precinxit se. Ad hāc missaꝫ
kyrie absqz versibus. Gloria in excelsis.
Sanctus ꝯ Agnus dei. sicut in festo sim
plici. ix. lectio. dicuntur. Oratio.

DA q̄s oīps de⁹: vt q̄ noua incarna
ti verbi tui luce pfundimur/ hoc
in nostro resplendeat opere: qd̄ per fideꝫ
fulget in mēte. Per eūdē. Memoria de
sancta anastasia cū hac oratiōe. Oratio.

DA q̄s oīps deus: vt q̄ beate anasta
sie martyris tue solēnia colimus:
eius apud te patrocinia sentiam⁹. Per.
Ad hāc missā nō dn̄r plures oīones vel
pauciores. Sequēs lectio legatur in pul
pito ab vno clerico de secunda forma.
Lectio Isaie prophete. lxi.

HEc dicit dn̄s. Spūs dn̄i super me
eo q̄ vnxerit me. Ad annūciandū
mansuetis misit me: vt mederer cōtritis
corde: ꝯ p̄dicarē captiuis indulgentiā: ꝯ
clausis apertionē. Ut p̄dicarē annū placa
bilē dn̄o: et diē vltionis deo nostro. Ut
cōsolarer oēs lugētes: et ponerē fortitu-
dinē lugētibus syon. Et darē eis coronā
p cinere: oleū gaudii p luctu: palliū lau-
dis p spū meroris. Et vocabuntur in ea
fortes iusticie: plātatio dn̄i ad glorifican
dū. Ecce dn̄s auditum fecit in extremis
terre. Dicite filie syon. Ecce saluator tu⁹
venit: ecce merces eius cū eo: ꝯ opus illi⁹
corā illo. Et vocabūt eos populus sctūs
redēpti a dn̄o. Sine internallo. Lectio
epistole beati pauli apostoli. Ad titū. iii.

CArissime. Apparuit benignitas ꝯ
humanitas saluatoris nostri dei.

Nõ ex operib⁹ iustitie q̄ fecimus nos: sed scdm suā mīam saluos nos fecit. Per lauacrū regenerationis ⁊ renouationis spūs sancti: quē effudit in nos abūde p iesum xp̄m saluatorē nostrū. Ut iustificati gratia ipsius: heredes simus scdm spem vite eterne. In xp̄o iesu: dño nostro. Grad. Benedict⁹ qui venit in noie dñi: deus dñs ⁊ illuxit nobis. ℣. A dño factū est istud: et est mirabile in oculis nostris. Alleluya. ℣. Domin⁹ regnauit decorem induit: induit dñs fortitudinem et precinxit se virtute. Sequentia.

Sonēt regi nato noua cātica. Cuius pater fecit oīa: mater est virgo sacratissima. Generans hic nescit feminā: illa est sine viro grauida. Uerbū corde patris genitū ante secula. Aluus matris gessit corporatū p tēpora. Omnia genitura: o stupēda natiuitas. O proles gloriosa: humana diuinitas. Sic te nasciturū: fili dei vates docti tuo spū dixerāt. Sic te oriēte laudes tibi cātāt: pacē terris angeli nūciāt. Elemēta vult⁹ exhilarāt. Oēs scti gaudentes iubilant. Salue clamādo nosq̄ʒ salua. Deitas in pionis trinā. Simplex vsia. Euāge. in pulpito more dñica. legat. Scdm lucā. ii.

IN illo tpe. Nuptie facte sūt in cha na galilee: et erat mater iesu ibi. Uocatus est autē iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiēte vino: dicit ma ter iesu ad eū. Uinū nō habēt. Et dicit ei iesus Quid mihi ꝛ tibi mulier? Nondū venit hora mea. Dicit mater eius mini stris. Quodcūq dixerit vobis: facite Erāt aūt ibi lapidee hydrie sex posite secūdū purificationē iudeor: capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis ie sus. Implete hydrias aqua. Et impleue

rũt eas vsq; ad summũ. Et dicit eis iesus. Haurite nunc: et ferte architriclino. Et tulerũt. Ut aũt gustauit architriclinus aquã vinũ factũ. et nõ sciebat vnde esset. ministri aũt sciebãt qui hauserant aquã. vocat spõsum architriclinus et dicit ei. Ois homo primũ bonũ vinũ ponit. Et cũ inebriati fuerint: tũc id qđ deterius est. Tu aũt seruasti vinũ bonum vsq; adhuc. Hoc fecit initiũ signo℞ iesus in chana galilee/ et manifestauit gloriaz suã. Et crediderunt in eũ/ discipuli eius.

Offꝫ. Iubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius: venite et audite: et narrabo vobis oẽs qui timetis deum quanta fecit dñs anime mee all'a. Secreta

Ut tibi grata sint dñe munera populi tui supplicãtis: ab oĩ q̃s eũ cõtagione peruersitatis emunda. Per dñm.

Cõio. Dicit dñs: Implete hydrias aqua ꝛ ferte architriclino: ꝛ cum gustasset architriclinus aquam vinũ factã dicit sponso: seruasti vinum bonum vsq; adhuc: hoc signum fecit iesus primũ coram discipulis suis. Postcõio.

Augeatur in nobis dñe q̃s tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramentis: ad eo℞ p̃missa capienda: tuo semp munere p̃paremur. Per dñm.

Feria .iiii. Ad timotheum. primo.

Carissime. Fidelis sermo: ꝛ oĩ acceptione dignus. Qꝛ xp̃s iesus venit in hũc mundũ. peccatoꝛes saluos facere: quo℞ primus ꝛ ego sum. Sed ideo misam consecutus sum: vt in me primo ostenderet xp̃s iesus. oẽm patientiã: ad informationẽ eorũ. q̃ credituri sunt illi. in vitã eternã. Regi autẽ seculo℞ inmortali inuisibili: soli deo honoꝛ ꝛ glĩa: in secula seculo℞. Amen. Secundũ marcum. vi.

In illo tpe. Egressus iesus abijt in patriã suã: et sequebãtur illũ discipuli sui. Et facto sabbato: cepit in synagoga docere. Et multi audiẽtes: admirabãtur in doctrina eius dicẽtes. Unde huic hec oĩa. Et q̃ est sapiẽtia q̃ data est illi. et virtutes tales q̃ per man⁹ eius efficiũtur. Nõne hic est faber fili⁹ marie. frater iacobi et ioseph ꝛ iude et symonis. Nõne et soꝛoꝛes eius hic nobiscũ sunt. et scandalizabantur in illo. Et dicebat eis iesus. Quia nõ est propheta sine honoꝛe: nisi in patria sua. ꝛ in domo sua. et in cognatiõe sua. Et nõ poterat ibi virtutẽ vllam facere: nisi paucos infirmos impositis manib⁹ curauit. Et mirabatur: propter incredulitatẽ eo℞. Feria sexta. Epistola. Ad romanos. xiiii.

Fratres. Scio ꝛ cõfido in dño iesu: qꝛ nihil cõmune per ip̃m: nisi ei q̃ existimat qđ cõmune esse. illi cõmune est. Si eñ ppter cibũ frater tuus scãdalizaẽ aut cõtristatur: iã nõ scđm caritatẽ ambulas. Noli cibo tuo illum pdere: p quo xp̃s mortuus est. Nõ ergo blasphemeẽ bonũ nr̃m. Nõ est eñ regnum dei esca et potus: sed iustitia/ pax/ et gaudiũ in spũ sancto. Qui eñ in hoc seruit xp̃o: placet deo: ꝛ pbatus est hoĩbus. Itaq; q̃ pacis sunt sectemur: et q̃ edificatiõis sũt inuicẽ custodiamus. Noli propter escã destruere opus dei. Oĩa quidem mũda sunt: sed malũ est hoĩ q̃ p offẽdiculũ mãducat. Bonũ est nõ mãducare carnez: ꝛ nõ bibere vinũ. neq; in quo frater tuus offendit: aut scãdalizaẽ/ aut infirmatur. Tu fidẽ quã habes apud temetip̃m: habe corã deo. Beatus q̃ nõ iudicat semet ip̃m: in eo qđ probat. Qui aũt discernit si mãducauerit. dãnatus est: qꝛ nõ est ex fide. Omne aũt qđ nõ est ex fide: peccatum est. Secundum Lucam. iiii.

In illo tpe. Descẽdit iesus i capharnaũ ciuitatẽ galilee: ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ip̃ius. Et in synagoga erat homo habens demoniũ inmũdũ: et exclamauit voce magna dicẽs. Sine. Quid nobis ꝛ tibi iesu nazarene. Uenisti perdere nos. Scio te qꝛ scis sanctus dei. Et increpauit illũ iesus dicẽs. Obmutesce ꝛ exi ab eo. Et cũ proiecisset illud demoniũ in mediũ: exiit ab illo: nihilq; illũ nocuit. Et factus est pauoꝛ in oĩbus: ꝛ colloq̃bantur ad inuicẽ dicẽtes. Quod est hoc verbũ: quia in potestate et virtute. imperat spiritibus inmũdis/ et exeunt. Et diuulgabatur fama de illo: in omnez locum regionis.

Dñica tertia post octauas epyphanie Ad missam. Officium.



Adorate deuz omnes angeli eius audiuit ꝛ letata est syon: ꝛ exultauerunt filie iude. Ps. Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus infirmitatez nostrā ꝓpicius respice: atq; ad protegendū nos dexterā tue maiestatis extende. Per dñm. Ad romanos. xii.

Fratres Nolite esse prudentes apud vosmetipsos Nulli malū ꝓ malo reddētes. Prouidētes bona: nō tātū corā deo/sed etiā corā oībus hoībus. Si fieri potest qđ ex vobis est: cū oībus hoībus pacē habētes. Nō vosmetipsos defendētes charissimi: sed date locū ire. Scriptū est enī. Mihi vindictā: et ego retribuā dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illū. Si sitit: potū da illi. hoc enī faciēs carbones ignis congeres sup caput eiꝰ. Noli vinci a malo/sed vince in bono malū. Gr. Timebūt gētes nomē tuū dñe: ꝛ oēs reges terre gloriā tuā. ℣. Quoniā edificauit dñs syon: ꝛ videbit in maiestate sua. Alla. ℣. Dñs regnauit exultet terra letentur insule multe. Scdm matheum. viii

In illo tpe. Cū descēdisset iesus de mōte: secute sunt eū turbe multe. Et ecce leprosus veniēs adorabat eū dicēs. Dñe si vis potes me mūdare. Et extendēs iesus manū: tetigit eū dicēs. Volo. Mūdare. Et cōfestim: mūdata est lepra eiꝰ. Et ait illi iesus. Vide nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti. et offer munus tuū qđ precepit moyses in testimoniū illis. Cū aūt introisset capharnaū: accessit ad eū cēturio rogās eū ꝛ dicēs. Dñe: puer meꝰ iacet in domo paraliticꝰ: et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniā et curabo eū. Et respōdēs cēturio: ait. Dñe: nō sum dignus vt intres sub tectū meū: sed tātū dic vbo et sanabitur puer meꝰ. Nā ꝛ ego homo suz sub potestate cōstitutus: habēs sub me milites. Et dico huic vade: et vadit. Et alio veni: et venit. Et seruo meo fac hoc: ꝛ facit. Audiēs aūt iesus miratꝰ est: ꝛ sequētibꝰ se dixit. Amē dico vobis: nō inueni tantā fidē in israel. Dico autē vobis: qđ multi ab oriēte ꝛ occidēte veniēt/ꝛ recūbēt cū abrahā/et isaac/et iacob in regno celorū. Filii aūt regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentiū. Et dixit iesus centurioni. Vade ꝛ sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Offr. Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me: nō moriar sed viuā: et narrabo opera domini. Secreta.

Ista ꝑpetue mysteria venerāda recolimus te dñe deprecātes: vt et deuotis eadem sacrificiis. et dignis operibus assequamus. Per dñm. Prefatio quotid. Cōio. Mirabantur oēs de his q̄ procedebant de ore dei. Postcōio.

Quos tantis dñe largiris vti mysteriis. ꝑsta q̄s: vt effectibus eorū nos veraciter aptare digneris. Per dñz

¶ Feria. iiii. Ad romanos. xv

Fratres. Obsecro vos ꝑ dñm nostrū iesuz xp̄m ꝛ ꝑ caritatē spiritꝰ sancti: vt adiuuetis me in oratiōibus vestris ad deū. vt liberer ab infidelibꝰ qui sunt in iudea. et obsequii mei oblatio accepta sit in hierosolyma sctis/vt veniaz ad vos in gaudio ꝑ volūtatē dei. vt refrigerer vobiscū. Deus aūt pacis. sit cū oībus vobis. Amē. Scdm marcum. iii.

In illo tpe. Intrauit iesus in synagogā. ꝛ erat ibi homo habēs manū aridā. ꝛ obseruabāt eū si sabbatis curaret/vt accusarēt illū. Et ait hoī habēti manū aridā. Surge in medium: ꝛ dicit eis. Licet sabbatis benefacere: an male? Aiam saluā facere/an ꝑdere? At illi tacebāt. Et circūspiciēs eos cū ira. cōtristatꝰ sup cecitate cordis eoꝝ: dicit hoī. Extende manū tuā. Et extēdit. Et restituta ē manꝰ illi. ¶ Feria. vi. Ad corithios. i. iii.

Fratres. Nescitis. qz tēplū dei estis et spūs dei habitat in vobis? Si q̄s aūt tēplū dei violauerit: disꝑdet illuz deꝰ. Tēplū enī dei sctm est: qđ estis vos. Nemo se seducat. Si q̄s videt͂ inter vos sapiēs esse in hoc sclo: stultꝰ fiat vt sit sapiēs. Sapiētia enī huiꝰ mundi: stultitia est apud deū. Scriptū est enī. Cōprehēdā sapiētes in astutia eoꝝ. Et iteꝝ. Dñs nouit cogitatiōes sapiētiū: qm̄ vane sūt

Nemo itaq; glorietur in hoib⁹. Oia eni vra sunt: siue paul⁹/siue apollo/siue cephas/siue mūd⁹/siue vita/siue mors/siue p̄sentia/siue futura. Oia eni vra sūt: vos aūt xpi. Christ⁹ aūt dei. Scḋm matheū. iiii.

IN illo tpe. Circuibat iesus totam galileā. docēs in synagogis eorū: et predicās euāgeliū regni ⁊ sanās oēm languorē et oēm infirmitatē in populo. Et abiit opinio eius in totā siriā. Et obtulerūt ei oēs male habentes: variis languoribus et tormētis cōp̄hēsos. et qui demonia habebant/et lunaticos/⁊ paraliticos. et curauit eos. Et secute sunt eū turbe multe. ¶ Dñica quarta post octauas epyphanie. Ad missam. Officium.



Adorate deū oēs angeli ei⁹: audiuit ⁊ letata est syon: ⁊ exultauerūt filie iude. Ps. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Oratio.

DEus q̄ nos i tātis periculis cōstitutos p humana scis fragilitate non posse subsistere. da nobis salutē mētis et corporis: vt ea q̄ p peccatis nr̄is patimur: te adiuuāte vincam⁹. Per dñz. Ad romanos. xiii.

FRatres. Nemini q̄cq̄ debeatis: nisi vt inuicē diligatis. Qui enī diligit proximū: legē impleuit. Nā non adulterabis/nō occides/nō furaberis/nō falsuz testimoniū dices. nō cōcupisces rē proximi tui. Et si qḋ est aliud mādatum: in hoc verbo instaurat. Diliges proximū tuū: sicut teip̄m. Dilectio proximi: maluz nō operat. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Gr. Timebūt gentes nomē tuū dñe: et oēs reges terre gloriā tuā. V. Quoniā edificauit dominus syon: et videbitur in maiestate sua. Alleluya. V. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Scḋm matheum. viii.

IN illo tpe. Ascendente iesu in nauiculā: secuti sunt eū discipuli eius. Et ecce motus magn⁹ factus est in mari: ita vt nauicula operiret fluctibus. Erat aūt illis vētus cōtrarius. Ipse vero dormiebat. Et accesserūt ad eū discipuli ei⁹ et suscitauerunt eū dicentes. Dñe: salua nos perimus. Et dicit eis iesus. Quid timidi estis modice fidei? Tūc surgēs imperauit vētis et mari: ⁊ facta est trāquillitas magna. Porro hoies mirati sunt: dicentes. Qualis est hic? Quia venti et mare: obediunt ei. Off. V. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me: nō moriar sed viuam: et narrabo opera dñi. Secreta.

COncede q̄s oīps deus: vt huius sacrificii munus oblatū fragilitatē nr̄am ab oī malo purget et muniat. per. Prefatio quotid. Cōio. Mirabantur oēs de his que procedebant de ore dei. Postcōio.

MUnera tua nos deus. et a delectatiōibus terrenis expediāt: et celestibus semp instruāt alimētis. Per dñz. ¶ Feria quarta. Ad corinthios. i. vii.

FRatres. Bonū est hoi mulierem nō tāgere. Propter fornicationē aūt vnusquisq; vxorē suā habeat: ⁊ vnaq̄q; mulier virū suū habeat. Uxori vir debitū reddat. silr aūt ⁊ vxor viro. Mulier sui corporis potestatē non habet: sed vir. Silr aūt et vir sui corporis potestatē nō habet: sed mulier. Nolite fraudare inuicē: nisi forte ex cōsensu ad tps: vt vacetis orationi. Et iterū reuertimini in idipsum: ne tēptet vos sathanas: pp̄ter incōtinentiā vestrā. Secundū lucam. ix.

IN illo tpe Factū est ambulātibus discipulis in via: dixit q̄dā ad iesū. Sequar te: quocunq; ieris. Dixit illi iesus. Uulpes foueas habent. et volucres celi nidos: filius autē hois nō habet vbi caput suū reclinet. Ait aūt ad alterū. Sequere me. Ille aūt dixit. Dñe: permitte mihi primū ire: et sepelire patrez meū. Dixitq; ei iesus. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu aūt vade et annuncia regnū dei. Et ait alter. Sequar te dñe: sed primū permitte mihi. renūciare his que domi sunt. Et ait ad illū iesus. Nemo mittens manū suam ad aratrum ⁊ aspiciens retro: aptus est regno dei. ¶ Feria sexta. Ad corinthios. i. vii.

FRatres Unusquisq; i qua vocatiōe vocat⁹ est: in ea p̄maneat. Seru⁹ vocatus es: nō sit tibi cure. Sed et si potes fieri liber: magis vtere. Qui enī in dño vocat⁹ est seru⁹: libert⁹ est dñi. Silr q̄ liber vocat⁹ ē: seru⁹ est xpi. Precio emptī estis: nolite fieri serui hoim. Unus



qsq in qua vocatiõe vocat⁹ est frater: in
hãc pmaneat apud deũ. Sc̃dz marcũ. x
IN illo tpe. Offerebãt iesu paruu-
los: vt tãgeret illos. Discipuli aũt
cõminabãtur offerẽtib⁹. Quos cũ vide
ret iesus indigne tulit: ⁊ ait illis. Sinite
paruulos venire ad me: ⁊ ne phibueritis
eos. Taliũ eñ est regnũ dei. Amen dico
vobis: qsqs nõ receperit regnũ dei velut
paruul⁹: nõ itrabit in illud. Et cõplexãs
eos et ipõnẽs man⁹ sup illos: bñdicebat
eos. ¶ Dñica. v. post oct. epy. Officium.



Adorate deum omnes
angeli eius audiuit ⁊
letata est syon: ⁊ exul
tauerũt filie iude. ps.
Dominus regnauit exul
tet terra: letentur insule
multe. Oratio.
FAmiliã tuã qs dñe cõtinua pieta
te custodi: ⁊ q in sola spe gratie ce
lestis innititur. tua semp ptectione mu
niatur. Per dñm. Ad collossenses. iii.
FRatres. Induite vos sicut electi
dei sctĩ ⁊ dilecti viscera mĩe. man
suetudinẽ/ benignitatẽ/ humilitatẽ/ mo
destiã/ patiẽtiã/ supportãtes inuicẽ. ⁊ do
nãtes vobismetipsis. Si quis aduersus
aliquẽ habet qrelã: sicut ⁊ dñs donauit
vobis. ita ⁊ vos. Sup oĩa aũt hec carita
tẽ habete qd est vinculũ pfectiõis. Et pax
xpĩ exultet in cordib⁹ vr̃is: in qua ⁊ vos
vocati estis in vno corpore ⁊ grati estote
Verbũ xpĩ habitet ĩ vobis abũdãter: in
oĩ sapiẽtia docẽtes ⁊ cõmonẽtes vosmet
ipsos in psalmis ⁊ hymnis et cãticis spi
ritualib⁹ in grã: cãtãtes in cordib⁹ vr̃is
deo. Oẽ aũt qdcũqz facitis in verbo aut
in opere: oĩa in noĩe dñi nostri iesu xpĩ fa
cite. gratias agẽtes deo ⁊ patri. Per iesũ
christũ dñm nostrũ. Gr. Timebũt gẽtes
nomẽ tuũ dñe: ⁊ oẽs reges terre gloriã tuã. ℣.
Quoniã edificauit dñs syon: ⁊ videbit̃ in maie
state sua. Alla. ℣. Dñs regnauit exultet terra
letentur insule multe. Sc̃dm matheum. xiii.
IN illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis parabolã hãc. Simile factũ ẽ
regnũ celoꝝ hoĩ: qui seminauit bonũ se
mẽ in agro suo. Cũ aũt dormirẽt hoĩes
venit inimic⁹ eius. ⁊ supseminauit ziza
nia ĩ medio tritici: ⁊ abiit. Cũ aũt creuis
set herba. ⁊ fructũ fecisset: tũc apparue-
rũt ⁊ zizania. Accedẽtes aũt serui patris
familias: dixerũt ei. Dñe: nõne bonũ se-
mẽ seminasti ĩ agro tuo? Unde ergo ha
bet zizania? Et ait illis. Inimic⁹ homo
hoc fecit. Serui aũt dixerũt ei. Uis. im⁹
et colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte
colligẽtes zizania: eradicetis cũ eis ⁊ tri
ticũ. Sinite vtraqz crescere vsqz ad mes
sem. ⁊ in tpe messis dicã messorib⁹. Col
ligite primũ zizania ⁊ alligate ea in fasci
culos ad cõburendũ Triticũ aũt: cõgrega
te in horreũ meũ. Off'. Dextera dñi fecit
virtutẽ dextera dñi exaltauit me: nõ moriar sz
viuã: et narrabo opera domini. Secreta.
SUscipe qs dñe tuoꝝ oblationes
precesqz seruorum vt sub tue pro
tectiõis auxilio: ⁊ collata nõ perdãt: et q
expetũt apprehẽdãt. Per do. Prefatio.
quotid. Cõio. Mirabantur oẽs de his q pro
cedebant de ore dei. Postcõio.
DEus q nos sacramẽti tui partici
patiõe cõtingis virtutis eius effe
ctus in nr̃is cordib⁹ operare: vt muneri
diuino qd sumpsim⁹. p ipm mun⁹ apte
mur. Per. ¶ Feria. iiii. Ad timotheũ. i. ii
CArissime. Obsecro primũ oĩm fi
eri obsecratiões: orationes postu
latiões. grãꝝ actiões p oĩb⁹ hoĩb⁹. Pro
regibus ⁊ oĩbus q in sublimitate sũt cõ-
stituti: vt q̃etã ⁊ trãquillã vitã agam⁹. ĩ
oĩ pietate ⁊ castitate. Hoc eñ bonũ est: ⁊
acceptũ corã saluatore nr̃o deo. Qui oẽs
hoĩes vult saluos fieri: et ad agnitionez
veritatis venire. Unus eñ de⁹: vnus et
mediator dei ⁊ hoĩm: hõ xp̃s iesus. Qui
dedit semetipsũ ĩ redẽptionẽ p oĩb⁹: cui⁹
testimoniũ tẽporib⁹ suis cõfirmatũ est.
in quo posit⁹ sum ego pdicator ⁊ aplus.
Ueritatẽ dico nõ mẽtior doctor gẽtiũ in
fide et veritate. Sc̃dm matheum. xxi.
IN illo tpe Dixit iesu ⁊ turbis iude
orũ. Homo quidaz habebat duos
filios: ⁊ accedẽs ad primũ dixit. Fili: va
de: hodie operare in vineã meã. Ille aũt
respõdẽs: ait. Nolo. Postea aũt peniten
tia motus: abiit. Accedẽs aũt ad alterũ:
dixit similiter. At ille respondẽs ait. Eo
dñe. Et nõ iuit. Quis ex duob⁹ fecit vo

luntatē patris. Dicunt ei. Primus. Dicit illis iesus. Amē dico vobis: q̄a publicani et meretrices precedēt vos in regno dei. Venit enim ad vos iohānes in via iusticie: et nō credidistis ei. Publicani aūt et meretrices crediderūt ei. Vos aūt videntes: nec penitētiam habuistis postea: vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat.

¶ Dñica in septuagesima. Officium.

Circūdederūt me gemitus mortis: dolores inferni circūdederūt me: et in tribulatiōe mea inuocaui dñm: et exaudiuit de templo sc̄o suo vocē meā. Ps. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs firmamentū meū et refugiū meū: et liberator meus. Gloria. Ab hac die vsq̄ ad vigiliā pasche nō dr̄ Gloria in excelsis. de quocūq̄ dr̄ missa. nisi ep̄s in cena dñi celebrauerit. Oratio.

Preces populi tui q̄s dñe clementer exaudi: vt q̄ iuste p̄ peccatis nr̄is affligimur: p̄ tui nominis gloriā misericorditer liberemur. Per. Ad corinthios. i. ix.

Fratres. Nescitis q̄ hi q̄ in stadio currūt: oēs quidē currunt. sed vnus accipit brauiū. Sic currite: vt cōprehendatis. Oīs enī q̄ in agone cōtēdit: ab oībus se abstinet. Et illi quidē: vt corruptibilē coronā accipiāt: nos aūt incorruptā. Ego igit̄ sic curro: non quasi in incertū. Sic pugno: nō quasi aerē verberās. Sed castigo corp᷒ meū: et in seruitutē redigo: ne forte cū aliis p̄dicauerim: ip̄e reprobus efficiar. Nolo aūt vos ignorare fratres. q̄ patres nr̄i oēs sub nube fuerūt: et oēs mare trāsierūt: et oēs in moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et oēs eandē escā spūalē manducauerūt: et oēs eundē potū spūalē biberūt. Bibebāt aūt de spūali cōsequēte eos petra. Petra aūt erat xp̄s. Gr. Adiutor in oportunitatibus in tribulatiōe: sperent in te q̄ nouerūt te: q̄m nō derelinq̄s q̄rētes te dñe. ℣. Quoniā nō in finē obliuio erit pauperis: patiētia pauperū nō peribit in eternū: exurge dñe nō p̄ualeat homo. Nō repetat grad. quādo dr̄ tractus vt hic. Tractus.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. ℣. Fiant aures tue intendentes in oratiōnē serui tui. ℣. Si iniq̄tates obseruaueris dñe: dñe q̄s sustinebit. ℣. Quia apud te p̄piciatio est: et p̄pter legem tuā sustinui te dñe. ¶ Secundum matheum. xx.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Simile est regnū celoꝝ hoī patrifamilias: q̄ exiit primo mane cōducere operarios in vineā suā. Cōuentiōe aūt facta cū operariis ex denario diurno: misit eos in vineā suā. Et egressus circa horā tertiā: vidit alios stantes in foro ociosos. et dixit illis. Ite et vos in vineā meā: et q̄d iustū fuerit dabo vobis. Illi aūt abierūt. Iterū aūt exiit circa sextā et horā nonā: et fecit silr̄. Circa vndecimā vero exiit: et inuenit alios stantes: et dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi. Dicūt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et vos in vineā meā. Cū sero aūt factū esset: dicit dñs vinee procuratori suo. Voca operarios et redde illis mercedē incipiens a nouissimis vsq̄ ad primos. Cū venissent ergo. q̄ circa vndecimā horā venerāt: acceperūt singulos denarios. Venientes aūt et primi: arbitrati sunt q̄d pl᷒ essent accepturi. Acceperūt aūt et ip̄i singulos denarios. Et accipientes murmurabāt aduersus patrēfamilias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerūt: et pares illos nobis fecisti. q̄ portauimus pōdus diei et estus. At ille respondens vni eoꝝ dixit. Amice nō facio tibi iniuriā. Nōne ex denario conuenisti mecū? Tolle q̄d tuū ē: et vade. Volo aūt et huic nouissimo dare: sicut et tibi. Aut nō licet mihi q̄d volo facere? An oculus tuus nequā est: q̄r ego bon᷒ sum? Sic erūt nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi enī sunt vocati pauci vero electi. Offer. Bonū est cōfiteri dñō: et psallere nōi tuo altissime. ℣. Quā magnificata sunt opa tua dñe: nimis p̄fūde facte sūt cogitatiōes tue. ℣. Exeelsūs in dñe ē potētior et amplior ē ḡ ōīs. Secreta.

Muneribus nostris q̄s dñe p̄cibusq̄ susceptis: et celestibus nos munda mysteriis: et clementer exaudi. Per. Prefatio quotid. Cōio. Illumina faciem tuā sup̄ seruū tuū: et saluū me fac in tua misericordia dñe nō cōfundar q̄m inuocaui te. Postcōio.

Fideles tui de᷒ p̄ tua dona firmentur: vt eadē et percipiēdo requirāt

q̄cendo sine fine perpl̄at. Per. Sciēdu3 est q̄ seruitiū hui⁹ dici nō differat̄ ꝑpter aliq̄d festū: nisi cū purificatio btē marie vel dedicatio eccl'ie ī hac die aduenerit tūc eīm differat̄ vsq̄ ad .iii. fe. ī t̄p̄. Ne p̄missio ꝑtermittat̄: quī in ferial. dieb⁹ nō de t̄p̄-ōre .iiii. fe. ī capite ieiu. nisi tm̄ ī missis p defūctis: nec etiā ī festis sine regi. chori. Nōcūq̄ vo aliud festū ī hac dn̄ica vel in aliqua dn̄ica vsq̄ ad passionē dn̄i cōtigerit: sp differat̄ si dupl. festū fuerit: et fiat seruitiū de ipsa dn̄ica: nulla fctā de festo mēo: nisi sit festū .ix. lc. q̄d nō differt: sed tm̄o de eo fiat mēo. vsq̄ ad .xl. tm̄ A quarta autē feria in capite ieiunii vsq̄ in crastinū oct. pasche nihil fiat ad missam de festis .iii. lc. nec etiā memoria. ¶ Feria quarta. Epistola. Ad corinthios. ii. iiii.

F Ratres. Si opertū est euangeliū nostrū: in his q̄ pereunt. est opertū In q̄bus de⁹ huius sc̄li excecauit mētes infideliū: vt nō fulgeat illuminatio euāgelii glie xp̄i: q̄ est imago dei. Nō enim nosmetipos p̄dicam⁹: sed iesum christū dn̄m n̄rm: nos aūt seruos v̄ros ꝑ iesum Qm̄ de⁹ q̄ dixit de tenebris lucē splēdescere: illuxit in cordib⁹ n̄ris: ad illuminationē sciētie claritatis dei in facie iesu xp̄i. Habemus aūt thesaurū istū absconditū in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei: ⁊ nō ex nobis. In oībus tribulationē patimur: s3 nō angustiamur. Apoziamur: sed nō destituimur. Persecutionē patimur: sed non derelinquimur: humiliamur. sed nō cōfundimur. Deiicimur: sed nō perim⁹. Sēp mortificationē iesu xp̄i in corpore n̄ro circūferentes: vt ⁊ vita iesu in cordib⁹ n̄ris manifestet Sēp et nos q̄ viuim⁹ ī mortē tradimur ꝑpter iesu3: vt et vita iesu manifestet in carne n̄ra mortali. Ergo mors in nobis opat̄: vita aūt in vobis. Sc̄d3 marcū. ix.

I N illo t̄pe. Egressus iesus ibat ꝑ galileā: nec volebat quemq̄ scire. Docebat aūt discipulos suos: et dicebat illis. Qm̄ fili⁹ hoīs tradet̄ in man⁹ hoīs et occidēt eū: ⁊ occis⁹ tertia die resurget. At illi ignorabāt verbū: ⁊ timebāt eū interrogare. Et venerūt capharnaū. Qui cū domi essent: interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siq̄dē inter se in via disputauerāt: q̄s esset illorū maior. Et residēs vocauit duodeci3 ⁊ ait illis. Si q̄s vult prim⁹ esse: erit oīm nouissim⁹. et oīm minister. Et accipiēs puerū: statuit eū in medio eoꝝ. Quē cū cōplex⁹ esset: ait illis. Quisquis vnū3 ex hmōi pueris recepit ī noīe meo: me recipit. Et q̄cūq̄ me susceperit: nō me suscipit sed eū q̄ me misit. Qui h3 aures audiēdi audiat. ¶ Feria. vi. Ad corinth'os. ii. iiii.

F Ratres. Habētes spiritū fidei: sicut scriptū est. Credidi propter q̄d locutus sum: et nos credimus propter q̄d et loquimur. sciētes q̄m q̄ suscitauit iesum et nos cū iesu suscitabit: ⁊ cōstituet vobiscū. Oīa eīm propter vos: vt gr̄a abundās per multas gratiarū actiōes: abundet in gloriā dei. propter q̄d nō deficim⁹ Sed licet is q̄ foris est noster homo corrūpatur: tñ is qui int⁹ est: renouatur de die in diē. Id eīm q̄d in p̄senti est momētaneū ⁊ leue tribulatiōis n̄re supra modū in sublimitate eternū glorie pondus operat̄ in nobis nō cōtēplātibus nobis: q̄ videntur: sed que nō videntur. Que eīm videntur t̄poralia sunt: q̄ aūt nō vident̄ eterna sunt. Secundū matheum. xii.

I N illo t̄pe. Dixit iesus phariseis. Qui nō est mecū cōtra me est. Et q̄ nō cōgregat mecū: spargit. Ideo dico vobis. Omne peccatū et blasphemia remittetur hoībus spirit⁹ aūt blasphemie nō remittet̄. Et q̄cūq̄ dixerit verbū cōtra filiū hoīs: remittetur ei. Qui aūt dixerit cōtra spiritū sanctū: nō remittetur ei: neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. Aut facite arborē bonā et fructū eius bonū: aut facite arborē malā: et fructū ei⁹ malū. Siquidē: ex fructu. arbor cognoscit̄. Progenies viperarū quō potestis bona loqui/cū sitis mali? Ex abūdātia eīm cordis: os loquitur. Bonus homo: de bono thesauro/ pfert bona. Et mal⁹ homo: de malo thesauro. profert mala. Dico autē vobis: q̄m omne verbū ociosū3. q̄d locuti fuerint hoīes: reddēt rationē de eo. in die iudicii. Ex verbis eīm tuis iustificaberis: et ex verbis tuis condemnaberis.

¶ Dn̄ica in sexagesima. Officium.

Exurge quare obdormis dñe: exurge et ne repellas in finem: quare faciem tuam avertis: oblivisceris tribulationem nostram: adhesit in terra venter noster: exurge dñe adiuva nos et libera nos. Ps. Deus auribus nostris audivimus: patres nostri annunciaverunt nobis. Oratio.

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra actione confidimus: concede propicius: ut contra omnia adversa doctoris gentium protectione muniamur. Per. Hec sequens epistola tota legatur hac die sic: qñ vero dicitur p ebd. semper incipiatur ad istam clausulam Damasci p. et legatur usque ad finem. Ad corinthios ii. xi.

Fratres. Libenter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim: si quis vos in servitutem redigit: si quis devorat. si quis accipit. si quis extollitur. si quis in faciem vos cedit. Secundum ignobilitatem dico/quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet in insipientia dico. audeo et ego. Hebrei sunt et ego. Israelite sunt et ego. Semen abrahe sunt: et ego. Ministri christi sunt: et ego. Ut minus sapiens dico: plus ego. In laboribus plurimis: in carceribus abundantius: in plagis supra modum. in mortibus frequenter. A iudeis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidatus sum. Ter naufragium feci. Nocte ac die in profundum maris fui. In itineribus sepe. Periculis fluminum. periculis latronum. periculis ex genere. periculis ex gentibus. periculis in civitate. periculis in solitudine. periculis in mari. periculis in falsis fratribus. In labore et erumna: in vigiliis multis. In fame et siti: in ieiuniis multis. In frigore et nuditate. Preter illa que extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana: sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur: et ego non uror? Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sunt gloriabor. Deus et pater domini nostri iesu christi scit qui est benedictus in secula: quod non mentior. Damasci prepositus gentis arethe regis: custodiebat civitatem damascenorum: ut me comprehenderet. Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum: et sic effugi manus eius. Si gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad visiones et revelationes domini. Scio hominem in christo ante annos quatuordecim sive in corpore sive extra corpus. nescio/deus scit: raptum huiusmodi usque ad tertium celum. Et scio huiusmodi hominem sive in corpore sive extra corpus. nescio/deus scit: quoniam raptus est in paradysum. et audivit archana verba que non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam et si voluero gloriari: non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo revelationum extollat me: datus est michi stimulus carnis mee angelus sathane: qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogavi ut discederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis. ut inhabitet in me virtus christi. Gr.

Sciant gentes quoniam nomen tibi deus: tu solus altissimus super omnem terram. V. Deus meus pone illos ut rotam: et sicut stipulam ante faciem venti. Tractus.

Commovisti domine terram et conturbasti eam. V. Sana contritiones eius quia mota est. V. Ut fugiant a facie arcus: ut liberentur electi tui. Secundum Lucam.

In illo tempore. Cum turba plurima convenirent et de civitatibus properarent ad iesum: dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat: aliud cecidit secus viam. et conculcatum est: et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: et natum aruit quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: et simul exorte spine suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius que esset hec parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris autem in parabolis. ut videntes non videant: et audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est verbum dei. Qui autem secus viam: hi sunt qui audiunt. Deinde venit diabolus: et tollit verbum de corde eorum: ne credentes salvi fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent: qui ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt. Quod autem

in spinis cecidit: hi sũt q̃ audierũt. ⁊ a sol
licitudinib⁹ ⁊ diuitiis. et voluptatib⁹ vi
te eũtes suffocãtur. et nõ referũt fructũ.
Qđ aũt in terrã bonã: hi sũt q̃ i corde bo
no et optimo: audiẽtes vbũ retinẽt. Et
fructũ afferũt in patiẽtia. Offer. Perfice
gressus meos in semitis tuis vt nõ moueãtur ve
stigia mea / inclina aurẽ tuã ⁊ exaudi verba mea
mirifica mias tuas q̃ saluos facis sperãtes i te
dñe. ℣. Exaudi dñe iustitiã meã / intende depre
cationẽ meã / auribus percipe orationẽ meã. ℣.
Custodi me dñe vt pupillã oculi sub vmbra ala
rũ tuaꝝ ꝓtege me / eripe me dñe ab ipio. Secr.

Intende q̃s dñe hostiã familie tue
vt quã sacre muneris⁹ facias esse
participẽ: tribuas ad eius plenitudinẽ
peruenire. Per dñm. Prefatio quotidia
na. Cõio. Introibo ad altare dei: ad deum
qui letificat iuuentutem meam. Postcõio.

Supplices te rogam⁹ oĩps de⁹: vt
quos tuis reficis sacramẽtis tibi
etiã placitis morib⁹ dignãter deseruire
cõcedas. p. ¶ Feria. iiii. Ad corĩthios. ii. i.

Fratres. Ego testẽ deũ inuoco in
aĩam meã: q̃d parcẽs vobis. Nõ
veni vltra corinthũ. non q̃a dñamur fi
dei vestre: sed adiutores sumus gaudii
vestri. nã fide statis. Statui aũt hoc ipse
apud me: ne iterũ in tristitia venirẽ ad
vos. Si eñ ꝯtristor vos: ⁊ q̃s est q̃ me le
tificet: nisi q̃ cõtristaſ ex me. Et hoc ipsũ
scripsi vobis: vt nõ cũ venero tristitiã su
per tristitiã habeã. de q̃bus oportuerat
me gaudere. cõfidẽs in oĩbus vobis. q̃a
meũ gaudiũ oĩm vestrũ est. Nã ex multa
tribulatiõe et angustia cordis scripsi vo
bis ꝑ multas lachrymas: nõ vt cõtriste
mini: sꝫ vt sciatis quã caritatẽ habeã abũ
dantius in vobis. Si q̃s aũt cõtristauit
me: nõ me cõtristauit. sed ex parte vt nõ
onerẽ oẽs vos. Sufficit illi q̃ huiusmodi ẽ ob
iurgatio hec q̃ fit a pluribus: ita vt econ
trario / magis donetis et cõsolemini / ne
forte abũdãtiori tristitia absorbeatur / q̃
huiusmodi est. Propter q̃d obsecro vos: vt cõ
firmetis in illũ caritatẽ. Ideo eñ scripsi
vobis. vt cognoscã experimentũ vestrũ
an in oĩbus obediẽtes sitis. Si cui autẽ
aliquid donastis: et ego. Nã et ego quod
donaui si quid donaui ꝓpter vos in ꝑso
na christi: vt nõ circũueniamur a satha
na. Non enim ignoramus: cogitatiões
eius. Secundum marcum. iiii.

In illo tpe. Cepit iesus docere ad
mare: ⁊ cõgregata est ad eũ turba
multa. ita vt in nauim ascẽdẽs sederet
in mari. Et oĩs turba circa mare: super
terrã erat. Et docebat illos in parabolis
multa: et dicebat illis i doctrina sua. Au
dite. Ecce exiit seminãs: ad seminãdum
Et dũ seminat: aliud cecidit circa viã. et
venerũt volucres et comederunt illud.
Aliud vero cecidit super petrosa: vbi nõ
habuit terrã multã et statim exortũ est.
q̃in non habebat altitudinem terre. Et
q̃ñ exortus est sol exestuauit: et eo q̃d nõ
habebat radicẽ exaruit Et aliud cecidit
in spinas: ⁊ ascẽderũt spine. et suffocaue
rũt illud. et fructũ nõ dedit. Et aliud ce
cidit in terrã bonã: et dabat fructũ ascẽ
dentẽ ⁊ crescentẽ: ⁊ afferebat vnũ trigin
ta. ⁊ vnũ sexaginta. ⁊ vnũ centũ. Et dice
bat. Qui habet aures audiendi: audiat
¶ Feria sexta. Ad corinthios. ii. v.

Fratres. Sciẽtes timorẽ dñi ho̅i
bus suademus deo autẽ manife
sti sumus. Spero aũt ⁊ in cõsciẽtiis ve
stris: manifestos nos esse. Nõ eñ iterũ
cõmẽdamus nos vobis. sed occasionem
damus vobis gloriãdi pro nobis: vt ha
beatis ad eos q̃ in facie gloriãtur ⁊ nõ in
corde. Siue eñ mẽte excedim⁹ deo: siue
sobrii sumus vobis. Caritas eñ xp̃i: vr
get nos. Estimãtes hoc q̃ñ si vn⁹ ꝓ oĩ
bus mortuus est: ergo oẽs mortui sunt.
Et ꝓ oĩbus mortu⁹ est xp̃s. vt ⁊ q̃ viuũt
iã nõ sibi viuãt: sed ei qui pro ipsis mor
tuus est: ⁊ resurrexit. Scđm lucã. xvii.

In illo tpe. Interrogat⁹ ies⁹ a pha
riseis. q̃ñ venit regnũ dei. rñdit e
is et dixit. Nõ veniet regnũ dei cũ obser
uatiõe: neq̃ dicent: ecce hic aut ecce illic.
Ecce eñ regnũ dei intra vos est. Et ait
ad discipulos suos. Venient dies: q̃ñ desi
deretis videre vnũ diẽ filii hoĩs: et nõ vi
debitis. Et dicẽt vobis. Ecce hic: et ecce
illic. Nolite ire: neq̃ sectamini. Nã sicut
fulgur chorus cãs de sub celo. in ea q̃ sub
celo sũt fulget: ita erit fili⁹ hoĩs in die sua
Primũ aũt oportet illũ multa pati: et re

probari a generatiõe hac. Et sicut factū
est in dieb⁹ noe: ita erit ꝛ i dieb⁹ filii hois
Edebāt ꝛ bibebāt: vxores ducebāt: ꝛ da
bātur ad nuptias. vsq; in diē qua intra-
uit noe in arcā. ꝛ venit diluuiū/ et ꝑdidit
oēs. Silr sicut factū est in dieb⁹ loth: ede
bāt et bibebāt. emebāt et vēdebāt. plan
tabāt et edificabant. Qua die autē exiit
loth a sodomis: pluit ignē et sulphur de
celo: ꝛ oēs ꝑdidit. Scḋm hec erit: qua die
filius hois reuelabit. In illa hora q̄ fue-
rit in tecto ꝛ vasa eius in domo: ne desce
dat tollere illa. Et q̄ in agro: silr nō rede
at retro. Memores estote: vxoris loth.
Quicūq; q̄sierit aīam suā saluā facere:
ꝑdet illā. Et q̄cunq; ꝑdiderit illā: viuifi-
cabit eam. Dico vobis in illa nocte erūt
duo in lecto vno: vn⁹ assumet. ꝛ alter re
linq̄tur. Due erūt molētes in vnū: vna
assumet. ꝛ altera relinq̄tur. Duo i agro
vn⁹ assumet. ꝛ alter relinq̄tur. Rn̄dētes
dicūt illi. Ubi dñe? Qui dixit illis. Ubi-
cūq; fuerit corp⁹: illuc cōgregabūtur et
aq̄le. ¶ Dñica in quinquagesima. Officiū



sto mihi i deū ꝓtecto
rē: et in locū refugii: vt
saluū me facias: qm̄ fir
mamētū meū ꝛ refugi
um meū es tu: et ꝓpt no
mē tuū dux mihi eris ꝛ
enutries me. Ps. In te dñe sp̄aui nō cōfundar
in eternū: i iustitia tua libera me ꝛ eripe me. Oro
Preces nostras q̄sum⁹ dñe clemē-
ter exaudi: atq; a peccatoꝝ vinculis
absolutos: a cūcta aduersitate custodi
Per dominū. Ad corinthios. i. xiii.
Fratres. Si linguis hoim loquar
et āgeloꝝ. caritatē aūt nō habeā:
fact⁹ sum velut es sonās aut cymbalū tin
niēs. Et si habuero ꝓphetiā. ꝛ nouerim
mysteria oīa: ꝛ oēm sciētiā. et si habuero
oēm fidē. ita vt mōtes trāsferā. caritatē
aūt nō habuero: nihil sum. Et si distribue
ro in cibos paupeꝝ oēs facultates meas
ꝛ si tradidero corp⁹ meū. ita vt ardeā. ca
ritatē aūt nō habuero: nihil mihi ꝓdest.
Caritas patiēs est: benigna est. Caritas
nō emulat: nō agit ꝑperā/ nō inflat⁹/ non
est ābitiosa/ nō q̄rit q̄ sua sunt/ nō irritat
nō cogitat malū nō gaudet sup iniq̄tate

congaudet oīa veritati. Oīa suffert: oīa
credit/ oīa sperat / oīa sustinet. Caritas
nūq̄ excidit. Siue ꝓphetie euacuabunt
siue lingue cessabūt: siue sciētia destruet
Ex parte eñ cognoscim⁹: et ex parte ꝓ-
phetam⁹. Cū aūt venerit qḋ ꝑfectū est.
euacuabit qḋ ex parte est. Cū essem par
uulus loq̄bar vt paruulus: sapiebam vt
paruulus: cogitabā vt paruul⁹. Qñ aūt
fact⁹ sum vir: euacuaui q̄ erant paruuli
Uidemus nūc per speculū in enigmate
tūc aūt facie ad faciē. Nunc cognosco ex
parte: tūc aūt cognoscā. sicut et cognit⁹
sum. Nūc aūt manēt fides/ spes: caritas
tria hec. Maior aūt hoꝝ: est caritas. Gr
Tu es de⁹ q̄ facis mirabilia sol⁹: notā fecisti
in gētib⁹ virtutē tuā. ℣. Liberasti in brachio tuo
ꝑplm̄ tuū filios israel iacob ꝛ ioseph. Tract⁹.
Iubilate deo oīs terra seruite dño in leti
tia. ℣. Introite in cōspectu eius in exul
tatiōe. ℣. Scitote qm̄ dñs ipse est deus. ℣. Ipse
fecit nos et nō ipsi nos: nos autē popul⁹ eius et
oues pascue eius. Secundū lucam. xviii.
In illo tpe. Assūpsit iesus duode-
cim discipulos suos: ꝛ ait illis. Ec
ce ascēdim⁹ hierosolymā: ꝛ cōsummabū
tur oīa q̄ scripta sunt ꝑ ꝓphetas de filio
hois. Tradet eñ gētib⁹ et illudet: et fla-
gellabit. ꝛ cōspuet. Et postq̄ flagellaue
rint. occidēt eū: et die tertia resurget. Et
ipsi hoꝝ nihil intellexerūt. Erat aūt ver
bū illud abscōditū ab eis: ꝛ nō intellige-
bāt q̄ dicebātur. Factū est autem cū ap-
propinquaret hierico: cec⁹ q̄dā sedebat
secus viā mēdicās. Et cū audiret turbā
ꝑtereūtē: interrogabat qḋ hoc esset. Dixe
rūt aūt ei: qḋ iesus nazaren⁹ trāsiret. Et
clamauit dicēs. Iesu fili dauid: miserere
mei. Et q̄ p̄ibāt increpabāt eū vt tace-
ret. Ipse vero multomagis clamabat.
Fili dauid: miserere mei. Stās aūt ies⁹
iussit illū adduci ad se. Et cū appropin-
quasset: interrogauit illū dicēs. Quid ti
bi vis faciā? At ille dixit. Dñe vt videā.
Et iesus dixit illi. Respice. Fides tua: te
saluū fecit. Et cōfestim vidit: et seq̄batur
eū magnificās deū. Et omnis plebs vt
vidit: dedit laudem deo. Offer. Benedi-
ctus es domine doce me iustificationes tuas: be
nedictus es domine doce me iustificationes tuas

in labiis meis pronũciaui oĩa iudicia oris tui. ℣. Beati imaculati in via: q̄ ãbulãt in lege dñi. beati q̄ scrutãtur testimonia eius in toto corde exq̄rũt eũ. ℣. Aufer a plebe tua opprobriũ ꝛ cõtẽptũ: quia mãdata tua nõ sum⁹ obliti dñe. Secr.

Hec hostia q̄s dñe emũdet nostra delicta: et sacrificiũ celebrãdũ subditorum tibi corpora mẽtesq̄ sctificet. Per. Prefatio quotid. Cõio. Manducauerunt et saturati sunt nimis: ꝛ desideriũ eorum attulit eis dñs: nõ sũt fraudati a desiderio suo. Postcõio

Quesumus oĩps deus: vt q̄ celestia alimẽta pcepim⁹: per hec contra oĩa aduersa muniamur. Per. ¶ Fer. iiii. in capite ieiunii post sextã ĩ primis fiat sermo ad ppl'm si placuerit. Deinde pro sternãt se clerici in choro: ꝛ dicãt. vii. ps. penitentiales cũ Gl'ia pri. ꝛ Sicut erat ꝛ ãn. Ne reminiscaris. Excellẽtior vero sacerd. indut⁹ vestibus sacerd. in cappa serica rubea: cũ diacono a dextris ꝛ subdiacono a sinistris cũ ceteris ministris altaris q̄ oẽs sint albis cũ amictib⁹ ĩduti ãte altare dicãt p se septẽ ps. penitentiales in pstratiõe cũ ãn. Ne reminiscaris. ps.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq̄ in ira tua corripias me. Miserere mei dñe qm̃ infirm⁹ sum: sana me dñe qm̃ conturbata sunt ossa mea. Et aĩa mea turbata est valde: sꝫ tu dñe vsq̄quo. Conuertere dñe et eripe aĩam meã: saluũ me fac ppt' mĩam tuã. Qm̃ nõ est in morte q̄ memor sit tui: in inferno aũt q̄s cõfitebit tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo p singulas noctes lectũ meũ lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Turbat⁹ est a furore oculus meus: inueteraui inter oẽs inimicos meos. Discedite a me oẽs q̄ operamini iniq̄tatẽ: qm̃ exaudiuit dñs vocem fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationẽ meã dñs orationẽ meã suscepit. Erubescãt ꝛ cõturbẽtur vehemẽter oẽs inimici mei: cõuertantur et erubescant valde velociter. Gloria patri. Psalmus.

Beati quorum remisse sunt iniq̄tates: ꝛ quorũ tecta sunt peccatã. Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatũ: nec est in spũ eius dolus. Qm̃ tacui inueterauerũt ossa mea: dũ clamarẽ tota die. Qm̃ die ac nocte grauata est sup me manus tua: cõuersus sum in erũna mea dũ configit spina. Delictũ meũ cognitũ tibi feci et iniustitiã meã nõ abscõdi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiã meã dño ꝛ tu remisisti ĩpietatẽ pcti mei. Pro hac orabit ad te oĩs sctũs ĩ tẽpore opportuno. Verũtamẽ in diluuio aquarũ multarum ad eũ nõ approximabũt. Tu es refugium meũ a tribulatiõe q̄ circumdedit me exultatio mea erue me a circũdãtib⁹ me. Intellectũ tibi dabo ꝛ instruã te in via hac qua gradieris firmabo sup te oc'los meos. Nolite fieri sicut equus ꝛ mul⁹ quibus nõ est intellectus. In chamo ꝛ freno maxillas eorum cõstringe: q̄ nõ approximãt ad te. Multa flagella pctõris sperantẽ autẽ in dño mĩa circũdabit. Letamini in dño et exultate iusti: et gl'iamini oẽs recti corde. Gloria patri. psalm⁹

Domine ne in furore tuo arguas me: neq̄ in ira tua corripias me. Qm̃ sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti sup me manũ tuã. Nõ est sanitas in carne mea a facie ire tue: nõ ẽ pax ossibus meis a facie pctõrum meorum. Qm̃ iniq̄tates mee supgresse sũt caput meũ: et sicut onus graue grauate sũt sup me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipiẽtie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsq̄ in finẽ: tota die cõtristatus ingrediebar. Qm̃ lũbi mei ĩpleti sunt illusionibus: et nõ est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis rugiebã a gemitu cordis mei. Dñe ãte te oẽ desideriũ meũ: et gemitus meus a te nõ est abscõdit⁹. Cor meũ cõturbatũ est dereliquit me virtus mea: et lumẽ oculorum meorũ et ipm̃ nõ est mecũ. Amici mei et primi mei aduersum me: appropinquauerũt et steterunt. Et q̄ iuxta me erãt de lõge steterunt et vim faciebãt q̄ querebãt animã meã. Et q̄ inquirebãt mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autẽ tanq̄ surdus nõ audiebã: et sicut mutus nõ aperiens os suũ. Et factus sum sicut homo non audiens: et nõ habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te dñe speraui tu exaudies me

dñe deus meus. Quia dixi nequando supergaudeāt mihi inimici mei/ꝫ dū cō mouētur pedes mei sup me magna locuti sunt. Quoniā ego in flagella paratus sum/et dolor meus in ꝯspectu meo semper. Quoniā iniquitatē meā annūciabo/et cogitabo ꝓ peccō meo. Inimici autē mei viuūt ꝫ ꝯfirmati sūt sup me/ꝫ multiplicati sūt q̄ oderūt me iniq̄. Qui retribuunt mala ꝓ bonis detrahebāt mihi qm̄ sequebar bonitatē. Ne derelinquas me dñe deus meus ne discesseris a me. Intende in adiutoriū meū/dñe deus salutis mee. Gloria patri. Psalmus.

Miserere mei deus: secūdū magnā misericordiā tuā. Et secūdū multitudinē miserationū tuarū/dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea ꝫ a peccato meo mūda me. Quoniā iniquitatē meā ego cognosco/ꝫ peccātū meū cōtra me est semp. Tibi soli peccaui et malū corā te feci/vt iustificeris in sermonibus tuis/ꝫ vincas cū iudicaris. Ecce enim in iniquitatib' ꝯcept' sum/ꝫ in peccātis ꝯcepit me mater mea. Ecce enim veritatē dilexisti/incerta et occulta sapiētie tue manifestasti mihi. Asperges me dñe ysopo et mūdabor: lauabis me/et sup niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudium ꝫ leticiā/ꝫ exultabūt ossa humiliata. Auerte faciē tuā a peccātis meis/ꝫ oēs iniquitates meas dele. Cor mūdū crea in me de'/et spiritū rectū innoua in visceribus meis. Ne ꝓiicias me a facie tua/ꝫ spiritū sanctū tuū ne auferas a me. Redde mihi leticiā salutaris tui/ꝫ spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas/et impii ad te ꝯuertētur. Libera me de sanguinib' de' de' salutis mee/ꝫ exultabit lingua mea iusticiā tuā. Dñe labia mea aperies/et os meū annūciabit laudē tuā. Quoniā si voluisses sacrificiū dedissem/vtiq̄ holocaustis nō delectaberis. Sacrificiū deo spūs ꝯtribulat'/cor cōtritū et humiliatū deus nō despicies. Benigne fac dñe in bona volūtate tua syon/vt edificētur muri hierusalē. Tūc acceptabis sacrificiū iusticie oblatiōes ꝫ holocausta: tūc imponēt super altare tuū vitulos. Gloria patri. Psalmus.

Domine exaudi oratione meā: et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciē tuā a me: in quacūq; die tribulor: inclina ad me aurē tuam. In quacūq; die inuocauero te velociter exaudi me. Quia defecerūt sicut fum' dies mei: ꝫ ossa mea sicut cremiū aruerūt. Percussus sum vt fenū et aruit cor meum: q2 oblitus sum comedere panē meum. A voce gemit' mei adhesit os meum carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio. Vigilaui et fact' sum sicut passer solitari' in tecto. Tota die exprobrabāt mihi inimici mei: et q̄ laudabāt me aduersū me iurabāt. Quia cinerē tanq̄ panē māducabā ꝫ potū meum cū fletu miscebā. A facie ire indignationis tue: quia eleuās allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerūt ꝫ ego sicut fenū arui. Tu autē dñe in eternū ꝑmanes: et memoriale tuū i generatiōe ꝫ generationē. Tu exurgens dñe misereberis syō q2 tēp' miserēdi ei' q2 venit tēp'. Quoniā placuerūt seruis tuis lapides eius: ꝫ terre ei' miserebunt. Et timebūt gētes nomē tuū dñe: ꝫ oēs reges terre gloriā tuā. Quia edificauit dñs syō: ꝫ videbit in gl'ia sua. Respexit in oratione humiliū ꝫ nō spreuit precē eorū. Scribātur hec in generatione altera: ꝫ popul' q̄ creabitur laudabit dñm. Quia ꝓspexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terrā ꝓspexit. Vt audiret gemit' cōpeditorū: vt solueret filios interemptorū. Vt annūciēt in syō nomē dñi: ꝫ laudē ei' in hierusalē. In cōueniēdo ppl'os in vnū: ꝫ reges vt seruiāt dño. Respōdit ei in via virtutis sue paucitatē dierū meorū nūcia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierū meorū: in generatione et generationē anni tui. Initio tu dñe terrā fundasti: et opera manuū tuarū sunt celi. Ipsi peribūt tu autē permanes: et oēs sicut vestimentū veterascent. Et sicut opertoriū mutabis eos ꝫ mutabuntur: tu autē idē ipse es: ꝫ anni tui nō deficient. Filii seruorū tuorū habitabūt: ꝫ semē eorū in seclm̄ dirigetur. Gloria.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Fiant au

res tue intēdētes: in vocē deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe dñe q̄s sustinebit. Quia apud te propiciatio ē: et ꝑpter legē tuā sustinui te dñe. Sustinuit aīa mea in verbo eiꝰ: sperauit anima mea mea in dño. A custodia matutina vsq₃ ad noctē: speret israel in dño. Quia apud dñm mīa: et copiosa apud eū redēptio. Et ipse redimet israel: ex oībus iniquitatibꝰ eius. Gloria. ps.

Domine exaudi orationē meā auribꝰ ꝑcipe obsecrationē meam in veritate tua: exaudi me in tua iusticia. Et non intres in iudiciū cū seruo tuo: q̄a nō iustificabitur in cōspectu tuo oīs viuēs. Quia persecutus est inimicꝰ aīam meā: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: ꝛ anxiatus est sup me spūs meus in me turbatū est cor meū. Memor fui dierū antiquorū meditatꝰ sum in oībus operibus tuis: in factis manuū tuarū meditabar. Expandi manus meas ad te aīa mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe defecit spiritꝰ meus. Nō auertas faciē tuā a me: et similis ero descēdētibus in lacū. Auditā fac mihi mane mīam tuā: q̄a in te speraui. Notā fac mihi viā in qua ābulē: q̄a ad te leuaui aīam meā. Eripe me de inimicis meis dñe: ad te cōfugi doce me facere volūtatē tuā: q̄a deus meus es tu. Spūs tuus bonꝰ deducet me in terrā rectā: ꝑpter nomē tuū dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aīam meā: ꝛ in mīa tua: disperdes oēs inimicos meos. Et perdes oēs q̄ tribulāt aīam meā: q̄m ego seruus tuus sum. Gloria. an. Ne reminiscaris dñe delicta nostra vel parentū nostrorū: neq₃ vindictā sumas de peccatis nostris. Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Et hec oīa sine nota dicūtur tā a sacerdote q̄ a choro: puero interim tenente vexillū cilicinū ꝓpe sinistrū cornu altaris. Deinde erigat se sacerd. cū dyacono ꝛ subdyacono: ꝛ solus dicat sup populū conuersus ad orientē corā dextro cornu altaris hoc modo. Et ne nos inducas in tēptationē. Chorus respōdeat. Sed libera nos. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meꝰ sperātes in te. Mitte eis dñe auxiliū de scō. Et de syon tuere eos. Cōuertere dñe vsq₃ quo. Et deprecabilis esto sup seruos tuos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriā nōis tui dñe libera nos et propicius esto pctīs nr̄is ꝑpter nomē tuū. Dñe exaudi orōnē meā. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscū. Oremus. Oratio.

Exaudi q̄s dñe preces nostras ꝛ cōfitentiū tibi parce pctīs: vt quos cōsciētie reatus accusat indulgētia tue miseratiōis absoluat. Per xp̄m. R. Amē. Et oēs orōnes dicūtur cū Oremꝰ. ꝛ finiantur more lectionis. Non dr̄ Dñs vobiscū. nisi ante primā orationē tantum. Alia oratio cū Oremus. Oratio.

Assit q̄s dñe famulis tuis inspiratio grē salutaris. q̄ corda eorū fletuū vbertate resoluat: sicq₃ macerando cōficiat: vt iracūdie tue motꝰ idonea satisfactiōe cōpescat. Per xp̄m. Oremꝰ. Or.

Da q̄s dñe deus noster his famulis tuis cōtinuā purgationis sue obseruātiā penitēdo gerere: ꝛ vt hoc efficatius īplere valeāt gratia eos tue visitationis preueniat et subsequatur. Per christū. Oremus. Oratio.

Preueniat hos famulos tuos quesumꝰ dñe mīa tua: vt oēs iniquitates eorū celeri indulgentia deleantur. Per christū. Oremus. Oratio.

Adesto dñe supplicatiōibus nr̄is nec sit ab his famulis tuis clemētie tue longinqua miseratio. sana vulnera. eorūq₃ remitte pctā: vt nullis a te iniq̄tatibus separati. tibi dño semꝑ valeāt adherere. Per christū. Oremus. Oratio.

Domine deꝰ nr̄ q̄ offensiōe nr̄a nō vinceris. sed satisfactiōe placaris respice q̄s sup famulos tuos: q̄ se tibi grauiter peccasse cōfitētur: tuū est enī absolutionē criminū dare: ꝛ veniā ꝑstare peccātibꝰ q̄ dixisti. penitētiā te malle pctōꝝ q̄ mortē. cōcede ergo dñe his famulis tuis. vt tibi penitētie excubias celebrent: ꝛ correctis actibꝰ suis: eterni sibi a te sēpiterna gaudia gratulēt. Per xp̄m. Oremꝰ. Or.

Deus cuius indulgētia oīs homo indiget memēto famulorū famu

lariūq3 tuarū. ꝫ q2 lubrica terrenaq3 cor‑poris fragilitate nudati virtute in mul‑tis deliq̄runt: q̄s vt des veniā cōfitētib⁹ parcas supplicibus: vt q̄ suis meritis ac‑cusant: tua miseratiōe saluent. Per xp̄m. Hic nō dr̄ Dn̄s vobis. neq3 Orem⁹. s3 v̄er‑tat se sacer. ad ppl'3 ꝫ extendēs manū di‑cat sup eos sn̄ nota: s3 i audiētia hoc mō.

A Bsoluimus vos vice beati petri apl'o2ū principis cui collata est a dn̄o ptās ligādi atq3 soluēdi ꝫ quātū ad vos ptinet accusatio et ad nos remissio sit vobis omp̄s deus vita et salus ꝫ om̄i petōꝝ vestroꝝ pius indultor. Qui viuit ꝫ regnat cū deo p̄re. Deinde surgāt oēs a p̄stratiōe osculātes trā vel formulas: sacerd. dicēte. Qui viuit. ꝛc. Deinde fiat benedictio cinerū. sine Dn̄s vobis. ꝫ sine Oremus. a sacerdote ad oriētē cōuerso.

O Mnip̄s sempiterne de⁹ q̄ misereris om̄i. ꝫ nihil odisti eoꝝ q̄ fecisti. dis‑simulās petā hoīm ppter penitētiā: que etiā subuenis in necessitate laborantib⁹ bene✠dicere ꝫ sancti✠ficare hos cine‑res digneris. quos causa hūilitatis ꝫ san‑cte religionis ad emūdāda delicta nr̄a. sup capita nr̄a more niniuitaꝝ ferre cō‑stituisti. ꝫ da p inuocationē sctī tui nois: vt oēs q̄ eos ad deprecandā miām tuā sup capita sua tulerint a te mereant om̄i de‑lictoꝝ suoꝝ veniā accipere. et hodie sic eoꝝ inchoare sancta ieiunia: vt in die re‑surrectiōis purificatis mētibus ad san‑ctū mereātur accedere pascha: ꝫ in futu‑ro ppetuā accipere gloriā. Per dn̄m. Hic aspgat aqua bn̄dicta sup cineres. deinde dr̄ Dn̄s vobiscū. et Oremus. Oratio.

In illo tp̄e. Assumpsit iesus petrū et iacobū et ioannē fratrē eius: et duxit illos in montē excelsum seorsum et transfiguratus est ante eos. Et resplēduit facies eius sicut sol: vestimēta autē eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyses et helyas: cū eo loquētes. Respondēs aūt petrus: dixit ad iesum. Dn̄e: bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū/ moysi vnū/ ⁊ helye vnū. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube: dicens. Hic est filius meꝰ dilectus: in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. Et audiētes discipuli: ceciderūt in faciē suā: et timuerunt valde. Et accessit iesus et tetigit eos: dixitq; eis Surgite: ⁊ nolite timere. Leuātes autē oculos suos: neminē viderunt. nisi solū iesum. Et descēdētibꝰ illis de mōte: p̄cepit eis iesus dicēs. Nemini dixeritis visionē: donec filius hoīs: a mortuis resurgat. Offr. Dn̄e deꝰ salutis mee in die clamaui ⁊ nocte corā te/ intret orō mea in cōspectu tuo dn̄e. ℣. Inclina aurē tuā ad p̄cem meā

dñe lõge fecisti notos meos a me: clamaui ad te dñe tota die expãdi manˀ meas ad te. Secret.

PResentibus sacrificiis q̃s dñe ieiunia nostra sanctifica: vt qđ obseruãtia nostra profitetur extrinsecus. intrinsecus operetur. Per do. Cõio. Dñe deus meus in te speraui: libera me ab oĩbus persequentibus me et eripe me. Postcõio.

QUos diuino dñe reficis mysterio: perpetuo defende p̃sidio: et quos imbuisti celestibus institutis: salutaribus comitare solatiis. Per. Si ep̃s defuerit dicatur super populum hec oratio. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

FIdeles tuos dñe benedictio desiderata cõfirmet: q̃ eos et a tua voluntate nũq̃ faciat discrepare. et tuis sẽp indulgeat bñficiis gratulari. Per. Tñ si ep̃s p̃ns fuerit et ordines fecerit nõ dicet.

Dñica scđa quadragesime. Officium

REminiscere miserationũ tuarũ dñe: et mĩe tue q̃ a sec̃lo sũt ne vnq̃ dominẽtur nobis inimici nr̃i: libera nos deus israel ex oĩbus angustiis nr̃is. Ps. Ad te domine leuaui animã meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

DEus q̃ cõspicis oĩ nos virtute destitui: interius exteriusq̃ custodi vt ab oĩbus aduersitatibˀ muniamur in corpore: et a prauis cogitatiõibus mũdemur in mẽte. p. Ad thessalonicẽses. i. iiii

FRatres. Rogamus vos et obsecramus in dño iesu: vt quẽadmodũ accepistis a nobis. quomodo vos oportet ãbulare. et placere deo. sic et ãbuletis. vt abũdetis magis. Scitis eñ q̃ precepta dederi͂ vobis p dñm iesum. Hec est eñ volũtas dei sc̃ificatio vr̃a: vt abstineatis vos a fornicatiõe. vt sciat vnusq̃sq̃ vestrũ suũ vas possidere. in sc̃ificatiõe et honore. nõ in passione desiderii / sicut et gẽtes q̃ ignorãt deũ. Et ne q̃s supgrediat neq̃ circũueniat in negocio fratrẽ suũ: qm̃ vindex est dñs de his oĩbus sicut predixim° vobis et testificati sum°. Non enim vocauit nos deus in inmũdiciã: sed in sanctificationem. In christo iesu: dño nr̃o. Gr. Tribulationes cordis mei dilatate sunt: de necessitatibus meis eripe me dñe. V. Uide humilitatẽ meã et laborẽ meũ: et dimitte omnia peccata mea. Tractus

DIxit dñs mulieri chananee: nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ: et mittere canibus ad mãducãdũ. V. At illa dixit etiã dñe: nã et catelli edũt de micis q̃ cadũt de mẽsa dñorũ suorũ. V. Ait illi iesus o mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Scđm matheum. xv.

IN illo tpe. Egressus iesus. secessit in partes tyri et sydonis et ecce mulier chananea a finibus illis egressa. clamauit dicens ei. Miserere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui nõ respõdit ei verbũ. Et accedẽtes discipuli eius: rogabant eũ dicentes. Dimitte eã: q: clamat post nos. Ipse aũt respõdens: ait. Non sum missus: nisi ad oues q̃ perierunt domus israel. At illa venit: et adorauit eũ dicens. Dñe adiuua me. Qui respondens: ait. Non est bonũ sumere panẽ filiorũ: et mittere canibus. At illa dixit. Etiam dñe. Nam et catelli edunt de micis: q̃ cadunt de mensa dñorũ suorũ. Tunc respondens iesus ait illi. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eiˀ: ex illa hora. Offr. Meditabor: in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

ECclesie tue dñe munera placatus assume: que et misericors offerenda tribuisti: et in nostre salutis potenter efficis transire mysteriũ. Per do. Prefatio quotid. Cõio. Intellige clamorem meum: intende voci orationis mee rex meus et deus meus quoniã ad te orabo dñe. Postcõio.

COrporis et sanguinis sacrosancti dñe q̃s gratia nos sumpta viuificet: et quod mysticis actionibus pollicetur. eternis effectibus largiatur. Per d.

Feria secunda. Officium.

REdime me domine et miserere mei: pes eñ meus stetit in via recta: in ecclesiis benedicã dñm. Ps. Judica me domine qm̃ ego in innocẽtia mea ingressus sum: et in domino sperans non infirmabor. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

PResta q̃s om̃s deus vt familia tua

que se affligendo carnē ab alimentis ab
stinet. sectādo iustitiam a culpa ieiunet.
Per dñm. Lectio danielis prophete. ix.
IN diebus illis. Orauit daniel ad
dñm dicēs. Dñe de⁹ noster q̄ edu
xisti populū tuū de terra egypti i manu
forti. et fecisti tibi nomē scd̄m diē hanc:
peccauim⁹/iniq̄tatē fecimus dñe. in oēs
iustitiā tuā. Auertatur obsecro ira tua. ꝛ
furor tuus a ciuitate tua hierusalem: ꝛ a
mōte scō tuo. Propter pctā eñ nostra.
et iniq̄tates patrū nr̄oꝝ: hierusalē et po
pulus tuus in opprobriū sunt oībus per
circuitū nostrū. Nūc ergo exaudi deus
noster. orationē serui tui et preces eius:
ꝛ ostēde faciē tuā sup sanctuariū tuū. qd̄
desertū est. Propter temetipsuz inclina
deus me⁹ aurē tuā et audi. aperi oculos
tuos et vide desolationē nostrā. et ciuita
tē sup quā inuocatū est nomē tuū Neq̄
eniz in iustificatiōibus nr̄is pst̄ernim⁹
preces āte faciē tuā: sed in miseratiōib⁹
tuis multis. Exaudi dñe placare dñe at
tēde ꝛ fac. Ne moreris ppter temetip̄m
deus meus: q2 nomen tuū inuocatū est
sup ciuitatē. et sup populū tuū: dñe de⁹
noster. Gr. Adiutor meus ꝛ liberator me⁹
esto dñe ne tardaueris. ℣. Cōfundant ꝛ reuere
ant̄ inimici mei q̄ q̄runt aīam meā. Tractus.
DOmine nō scd̄m pctā nr̄a q̄ fecim⁹ nos:
neq̄ scd̄m iniq̄tates nr̄as retribuas no
bis. ℣. Dñe ne memineris iniq̄tatū nr̄arū anti
quarū: cito anticipēt nos mie tue: q2 a paupes fa
cti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflectio cū
dr̄ ℣. Adiuua nos deus salutaris nr̄: ꝛ propter
gl̄iaz nōis tui dñe libera nos ꝛ ppici⁹ esto pctis
nr̄is: ppter nomē tuū. Scd̄m ioānem. viii.
IN illo tp̄e Dixit iesus turbis iude
orū. Ego vado et q̄retis me: et in
pctō vestro moriemini. Quo ego vado
vos non potestis venire. Dicebant ergo
iudei. Quo hic iturus est. q2 nō inuenie
mus eū. Nunq̄d in dispersionē gentiuz
iturus est/et docturus gētes. Dicebant
ergo. Nunq̄d interficiet semetipsum. q2
dicit. quo ego vado. vos nō potestis ve
nire. Et dicebat eis Uos de deorsū est: s
ego de superius sum. Uos de mūdo hoc
estis: ego nō sū de hoc mūdo. Dixi ergo
vobis: quia moriemini in pctīs vestris.

Si eñ nō credideritis q2 ego suz: morie
mini in peccato vestro. Dicebāt ergo ei.
Tu quis es. Dixit eis iesus. Principiū:
q̄ et loquor vobis. Multa habeo de vo
bis loqui et iudicare: sed q̄ misit me ve
rax est. Et ego que audiui ab eo: hec lo
quor in mūdo. Et nō cognouerūt: quia
patrē eius dicebat deū. Dixit ergo eis ie
sus. Cū exaltaueritis filiū hoīs: tunc co
gnoscetis q2 ego sum. Et a meipso facio
nihil: sed sicut docuit me pat. hec loquor.
Et qui me misit mecū est: et nō reliquit
me solum. Quia ego que placita sunt ei
facio semper. Offer. Benedicā dominū qui
tribuit mihi intellectum: prouidebam dominū in
conspectu meo semper: quoniam a dextris est
mihi ne commouear. ℣. Conserua me domine
quoniam in te speraui ego dixi deus me⁹ es tu
dominus pars hereditatis mee. Secreta.
HEc hostia dñe placatiōis ꝛ laudis
tua nos ppiciatione dignos effici
at. Per. Cōio. Domine domin⁹ noster q̄ ad
mirabile est nomē tuū in vniuersa tr̄a. Postcō
HEc nos cōmunio dñe purget a cri
mine: et celestis remedii faciat ee
se consortes. Per dñm. Sup populum
Humiliate capita vestra deo. Oratio.
ADesto supplicatiōibus nr̄is oīps
de⁹: ꝛ q̄bus fiduciā sperande pie
tatis indulges. cōsuete mie tribue beni
gnus effectū. Per. ¶ Feria. iii. Officiū.
TIbi dixit cor meū quesi
ui vultū tuū: vultū tu
um dñe req̄rā ne auer
tas faciē tuaz a me. Ps.
Dñs illuminatio mea ꝛ sa
lus mea quem timebo. Fle
ctamus genua. Leuate. Oratio.
PErfice q̄sumus dñe benignus in
nobis obseruātie sancte subsidium
vt que te auctore faciēda cognouimus:
te operante compleamus. Per dñm.
Lectio libri regum iii. xvii.
IN diebus illis. Fact⁹ est sermo do
mini ad helyā thesbitem dicens.
Surge ꝛ vade in sareptam sidonioꝝ: et
manebis ibi. Precepi eñ ibi mulieri vi
due: vt pascat te. Surrexit helyas: ꝛ abi
it in sareptā. Cūq̄ venisset ad portā ci
uitatis: apparuit ei mulier vidua colli

gens ligna. Et vocauit eā: dixitq̄ ei. Da
mihi paululū aq̄ in vase: vt bibā. Cūq̄
illa pgeret vt offerret: clamauit post ter
gū ei⁹ dicēs. Affer mihi obsecro ꝛ buccel
lam panis: in manu tua. Que rn̄dit. Ui
uit dn̄s de⁹ tuus. q: nō habeo panē: nisi
quantū pugillus capere potest farine in
hydria. ꝛ paululū olei in lechito. En col-
ligo duo ligna: vt ingrediar et faciā illū
mihi et filio meo. vt comedamus ꝛ mo
riamur. Ad quā helyas ait. Noli timere
sed vade et fac sicut dixisti. Uerūtamen
mihi primū fac de ipsa farinula subcine
riciū panē paruulū: et affer ad me. Tibi
autē et filio tuo: facies postea. Hec autē
dicit dn̄s de⁹ israel. Hydria farine nō de-
ficiet. nec lechitus olei minuet: vsq̄ ad
diē in qua datur⁹ est dn̄s pluuiā sup fa-
ciē terre. Que abiit et fecit iuxta v̄bū he
lye: et comedit ip̄e et illa: ꝛ dom⁹ ei⁹ tota
Et ex illa die hydria farine nō defecit: et
lechit⁹ olei nō est iminutus. iuxta verbū
dn̄i: qd̄ locut⁹ fuerat. in manu helye. Gr.
Iacta cogitatū tuū in dn̄o ꝛ ip̄e te enutriet. ℣
Dū clamarē ad dn̄m exaudiuit vocē meā ab his
q̄ appropinquāt mihi. Scd̄m matheū. xxiii
In illo tp̄e. Locut⁹ est iesus ad tur
bas. et ad discipulos suos: dicens.
Sup cathedrā moysi: sederunt scribe et
pharisei. Oīa ergo quecūq̄ dixerint vo-
bis: seruate et facite. Scd̄m vero opa eo
rū: nolite facere. Dicūt eīn: et nō faciunt
Alligant eīn onera grauia ꝛ iportabilia
et imponūt in humeros hoīz: digito au
tē suo nolūt ea mouere. Oīa vero opera
sua faciūt: vt videantur ab hoībus. Di-
latāt eīn philatheria sua. et magnificāt
fimbrias. Amāt aūt primos recubitus
in cenis: et primas cathedras in synago
gis. ꝛ salutatiōes in foro ꝛ vocari ab hoī
bus rabbi. Uos aūt nolite vocari rabbi:
vnus est eīn magister vester. Oēs autē
vos: fratres estis. Et patrē nolite voca-
re vobis super terrā. Unus est eīn pater
vester: q̄ in celis est. Nec mouemini ma
gistri: q̄a magister vester vnus est xp̄s.
Qui maior est vestrū: erit minister ve-
ster. Qui autē se exaltauerit. humiliabi
tur: et qui se humiliauerit: exaltabitur.
Offr. Miserere mihi dn̄e secundū magnam
misam tuā del: dn̄e iniquitatē meam. ℣ Quoni
am iniquitatē meam ego agnosco: et delictum
meum contra me est semper. Secreta.
Sanctificationē tuā nobis domi-
ne his mysteriis placatus opera
re: que nos et a terrenis purget viciis: ꝛ
ad celestia dona pducat. Per dn̄z. Coīo.
Narrabo oīa mirabilia tua: letabor et exulta-
bo in te: psallam noī tuo altissime. Postcōio.
Sit nobis dn̄e q̄s medicina mētis
et corporis qd̄ de sctō altari tuo p
cepimus: vt nullis aduersitatibus fati-
gemur. qui tanti remedii participatiōe
muniamur. Per dn̄m. Super populū.
Humiliate capita vestra deo. Oratio.
Propiciare dn̄e supplicatiōib⁹ no-
stris: et aīarum nostrarū medere
languoribus: vt remissione percepta: in
tua semper benedictione letemur. Per
dn̄m nostrum. ¶ Feria.iiii. Officium.
Ne derelinquas me dn̄e deus
meus ne discedas a me: inten
de in adiutoriū meū: dn̄e vir-
tus salutis mee. Ps. Dn̄e ne in
furore tuo arguas me: neq̄ in ira tua corripias
me. Flectamus genua. Leuate. Oratio.
Populum tuū quesumus dn̄e pro
pici⁹ respice: et quos ab escis car-
nalibus p̄cipis abstinere a noxiis quoq̄
viciis cessare concede. Per dn̄m nostrū.
Lectio libri hester. xiii.
In dieb⁹ illis. Orauit hester ad do
minū dicēs. Dn̄e deus rex oīps in
ditiōe tua cūcta sunt posita: et nō est qui
tue possit resistere volūtati. Si decreue
ris saluare nos: continuo liberabimur.
Tu eīn dn̄e fecisti celū et terrā: ꝛ q̄cquid
celi ābitu cōtinetur. Dn̄s oīm tu es: nec
est q̄ resistat maiestati tue. Et nunc dn̄e
rex regū. deus abrahā miserere populo
tuo: q: volunt nos inimici nostri pdere.
et hereditatem tuā delere. Ne despicias
partē tuā quā redemisti de egypto: sed
exaudi deprecationē nr̄am et ppiti⁹ esto
sorti. et funiculo hereditatis tue. Et con
uerte luctū nostrū in gaudiū: vt viuen-
tes laudemus nomē tuū. Et ne claudas
ora canētiū te: dn̄e de⁹ noster. Gr. Sal
uum fac populū tuū dn̄e: ꝛ bn̄dic hereditati tue
℣. Ad te dn̄e clamabo deus meus ne sileas a me

et ero similis descēdētibus in lacū. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me dñe vide humilitatē meā et laborē meū: et dimitte oīa pctā mea. ℣. Ad te leuaui aīam meam deus meus in te confido nō erubescā: neqȝ irrideāt me inimici mei. ℣. Etenī vniuersi q̄ te expectāt nō cōfundent: cōfundātur oēs facientes vana. Secundum matheum. xx.

In illo tpe. Ascēdēs iesus hierosolymā assūpsit duodecim discipulos suos secreto. et ait illis. Ecce ascendimus hyerosolymā: et filius hoīs tradetur principibus sacerdotū et scribis: et cōdēnabūt eū morte. Et tradēt eū gentibus ad illudendū: et flagellādū et crucifigendū. Et tertia die resurget. Tunc accessit ad eū mater filiorū zebedei cū filiis suis adorās et petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filii mei: vnus ad dexterā tuā ꝛ vnus ad sinistrā in regno tuo. Respōdēs autē iesus: dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum? Dicūt ei. Possumus. Ait illis. Calicē quidē meū bibetis: sedere autē ad dexteram meā vel ad sinistrā. nō est meū dare vobis. sed quibus paratū est a patre meo. Et audiētes decē: indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autē vocauit eos ad se et ait. Scitis qȝ principes gētium dñantur eorū. ꝛ q̄ maiores sunt potestatem exercēt in eos? Nō ita erit inter vos: sed quicūqȝ voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus. Sicut filius hoīs non venit ministrari. sed ministrare: et dare animā suā: in redēptionem pro multis. Offer. Ad te dñe leuaui animā meā deus meus in te confido non erubescam. neqȝ irrideant me inimici mei. etenī vniuersi q̄ te expectāt nō cōfundētur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me: qȝ tu es deus salutaris meus: et te sustinui tota die. Secreta.

Hostias dñe quas tibi offerimus ppicius respice: ꝛ p hec sacrosctā commercia vincula pctōꝝ nrōꝝ absolue. P. Cōia. Justus dñs et iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Postcōio.

Profit nobis dñe ħs mysterii frequētata pceptio: vt a vetustatis conditione purgati. ad tue nouitatis incrementa tēdamus. Per. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Deus innocentie restitutor ꝛ amator. dirige ad te tuoꝝ corda seruorū. vt spiritus tui feruore concepto: et in fide inueniantur stabiles. et in opere efficaces. Per dñm. ¶ Feria. v. Officium.

Deus in adiutoriū meū intēde: dñe ad adiuuādū me festina: cōfundātur ꝛ reuereantur inimici mei q̄ querunt aīam meā. Ps. Auertātur retrorsum ꝛ erubescant: qui volunt mihi mala. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta nobis quesumus dñe auxiliū gratie tue: vt ieiuniis ꝛ orationibus cōuenienter intenti. liberemur ab hostibus mentis et corporis. Per dñm. Lectio hieremie prophete. xvii.

In diebus illis. Locutus est hieremias ppheta dicēs. Maledictus homo q̄ cōfidit in hoīe: et ponit carnem brachium suū. et a dño recedit cor eius. Erit eñ quasi mirice in deserto: et nō videbit cū venerit bonū. sed habitabit in siccitate in deserto. in terra salsuginis et inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in dño: ꝛ erit dñs fiducia eius. Et erit quasi lignū qđ trāsplantatur sup aquas quod ad humorem mittit radices suas et nō timebit cum venerit estus. Et erit folium eius viride: et in tempore siccitatis non erit sollicitum. nec aliquando desinet facere fructum. Prauū est cor hominis et inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego dñs scrutās corda et probans renes: q̄ do vnicuiqȝ iuxta viā suā: et iuxta fructū adinuētionū suarū. Dicit dñs oīps. Gr. Propicius esto dñe pctis nrīs: ne qñ dicāt gētes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et ppter honorem nōis tui dñe libera nos. Secundum ioannem. v.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorū. Nō possum ego a meipso facere quicq̄: sed sicut audio iudico. Et iudiciū meū iustū est: quia nō quero voluntatē meā. sed voluntatē eius q̄ misit me. Si ego testimoniū perhibeo de meipso: testi

moniū meū nō est verū. Alius est q̄ testimoniū phibet de me: et scio qa verū est testimoniū eius qd phibet de me. Vos misistis ad ioannē: et testimoniū perhibuit veritati. Ego autē nō ab hoīe testimoniū accipio: sed hec dico: vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens: vos aūt voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autē: habeo testimoniū maius ioanne. Opera eīn que dedit mihi pater vt pficiā ea: ipsa opera que ego facio testimoniū perhibent de me: quia pater me misit. Et qui misit me pater: ipse testimonium perhibet de me. Neq₃ vocē eius vnq̄ audistis: neq₃ speciē eius vidistis. Et verbū eius non habetis in vobis manens: qa quem misit ille. huic vos nō creditis. Scrutamini scripturas in quibus putatis vos vitā eternam habere: ⁊ ille sunt que testimoniū perhibēt de me. Et nō vultis venire ad me: vt vitā eternā habeatis. Claritatem ab hoībus nō accipio: sed cognoui vos. qa dilectionē dei nō habetis in vobis. Ego veni in noīe patris mei: et nō accepistis me Si alius venerit in noīe suo: illū accipietis. Quomodo vos potestis credere qui gloriā abinuicē accipitis: et gloriā que a solo deo est. non queritis. Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem: est qui accusat vos moyses in quo vos speratis. Si eniz crederetis moysi. crederetis forsitan et mihi. De me enim ille scripsit. Si autē illius littere non creditis: quō verbis meis credetis. Offr̄.

Precatus est moyses in cōspectu dn̄i dei sui et dixit: precatus est moyses in conspectu dn̄i dei sui ⁊ dixit: quare dn̄e irasceris in pplo tuo: parce ire aīe tue memento abraham isaac et iacob: quibus iurasti dare terrā fluentē lac et mel: ⁊ placatus factus est dn̄s de malignitate quam dixit facere populo suo. ℣. Dixit dn̄s ad moysen inuenisti gratiā in conspectu meo ⁊ scio te pre omnibus: ⁊ festinans moyses inclinauit se in terrā ⁊ adorauit dicēs, scio quia misericors es in milibus auferens iniq̄tatē et peccata. Secreta.

Deus cui olim sacrificiorꝫ varietate finita: hostiā nūc offerim⁹ singularē. adesto votis tua inspiratiōe conceptis: vt in te sperātiū et desideria iubeas perfici: et pctā deleri. Per dn̄m. Cōio

Qui mādūcat meā carnē et bibit meū sanguinē in me manet et ego in eo dicit dn̄s. Postcō.

Gratia tua nos dn̄e q̄s non derelinquat: q̄ et sacre nos deditos faciat seruituti. et tuā nobis opem semp acquirat largitatis. et ab oīb⁹ tueatur aduersis. Per dn̄m. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Adesto dn̄e famulis tuis. ⁊ perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt his qui te auctore ⁊ gubernatore gloriantur. ⁊ congregata restaures. et restaurata conserues. Per dn̄m.

¶ Feria sexta. Ad missam. Officium.

Ego aūt cū iustitia apparebo i cōspectu tuo: satiabor dū manifestabit̄ gl̄ia tua. ps. Exaudi dn̄e iusticiā meā: intēde deprecationē meā. Flectamus genua. Leuate. Oratio

Da q̄s omnp̄s deus vt sacro nos purificante ieiunio. sinceris mentibus ad sancta vētura facias peruenire. Per dn̄m. Lectio libri genesis. xxxvii.

In diebus illis. Dixit ioseph fratribus suis. Audite somniū meū qd vidi. Putabā nos ligare manipulos in agro: et quasi consurgere manipulū meum et stare. vestrosq₃ manipulos circūstantes adorare manipulū meū. Respōderunt fratres eius. Nūquid rex noster eris. aut subiiciemur ditioni tue. hec ergo causa somniorum atq₃ sermonuz: inuidie et odii fomitez ministrauit. Aliud quoq₃ vidit somniū: qd narrās fratrib⁹ ait. Vidi p somniū: quasi solē et lunā. et stellas vndecim adorare me. Quod cuz patri suo et fratribus retulisset: increpauit eū pater suus et dixit. Quid sibi vult hoc somniū qd vidisti. Numquid ego et mater tua et fratres tui adorabimus te sup terrā. Inuidebant ei igitur fratres sui: pater vero rem tacitus cōsiderabat. Cunq₃ fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in sichem: dixit ad eū israel. Fratres tui pascunt oues in sichimis: veni mittā te ad eos. Quo respondēte presto sum: ait. Vade ⁊ vide. si cūcta prospera sint erga fratres tuos ⁊ pecora: et renūcia mihi qd agatur. Mis-

sus de valle ebron: venit in sichem. Inuenitq3 eũ vir errantẽ in agro: et interrogauit eũ qđ quereret. At ille respõdit. Fratres meos quero: indica mihi vbi pascunt greges. Dixitq3 ei vir. Recesserũt de loco isto. Audiui autem eos dicentes eam⁹ in dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: et inuenit eos in dothaim. Qui cum vidissent eum procul. antequã accederet ad eos: cogitauerunt illũ occidere. et mutuo loquebantur. Ecce somniator venit: venite occidamus eũ: et mittamus in cisternam veterem. dicemusq3 fera pessima deuorauit eum. Et tũc apparebit: quid illi prosint somnia sua. Audiens autẽ hec ruben: nitebatur liberare eũ de manibus eorũ: et dicebat. Non interficiamus animam eius. nec effũdamus sanguinẽ: sed proicite eũ in cisternã hanc que est in solitudine. manusq3 vestras seruate innoxias. Hoc autẽ dicebat: volens eũ eripere de manibus eorũ et reddere patri suo. Grad. Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa. Tractus.

Domine nõ secundũ peccatã nr̃a q̃ fecim⁹ nos: neq3 secundũ iniquitates nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatũ nr̃arũ antiquarũ: cito anticipẽt nos mĩe tue: quia pauperes facti sum⁹ nimis. Hic nõ fiat genuflectio cũ ℣. ℣. Adiuua nos deus salutaris nr̃: et propter gloriã nominis tui dñe libera nos: et propici⁹ esto peccatis nr̃is: propter nomẽ tuũ. Secundũ matheũ. xxi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorũ. Homo quidã erat paterfamilias q̃ plantauit vineam: et sepẽ circũdedit ei. et fodit in ea torcular. et edificauit turrim. et locauit eã agricolis. et peregre profectus est. Cũ autẽ tẽpus fructuũ appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas: vt acciperẽt fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius: aliũ ceciderũt. aliũ occiderũt aliũ vero lapidauerũt. Iterũ misit alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter. Nouissime autẽ misit ad eos filiũ suum: dicens. Verebuntur filiũ meum. Agricole autẽ videtẽs filiũ: dixerũt intra se. Hic est heres. Venite occidam⁹ eum: et habebimus hereditatẽ eius. Et apprehensum eũ/eiecerũt extra vineam: et occiderunt. Cũ ergo venerit dñs vinee: qđ faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: et vineã suã locabit aliis agricolis. q̃ reddent ei fructũ tẽporibus suis. Dicit illis iesus. Nunq̃ legistis in scripturis lapidẽ quẽ reprobauerũt edificantes. hic factus est in caput anguli: a dño factũ est istud: et est mirabile i oculis nostris? Ideo dico vobis: q2 auferetur a vobis regnũ dei. et dabit genti facienti fructus eius. Et q̃ ceciderit sup lapidem istũ: cõfringet. Sup quẽ vero ceciderit: conteret eũ. Et cũ audissent principes sacerdotũ et pharisei parabolas eius: cognouerũt q̃ de ipsis diceret. Et querentes eũ tenere: timuerũt turbas. Quoniam sicut prophetam: eũ habebãt. Offr.

Dñe in auxilium meũ respice: confundantur et reuereantur qui querũt animã meam: vt auferant eam. ℣. Auertãtur retrorsum et erubescãt qui volunt mihi mala. Secreta.

Hec in nobis sacrificia dñe deus et actiõe permaneãt: et operatiõe firmentur. Per d. Cõio. Tu dñe seruabis nos: et custodies nos a generatiõe hac in eternũ. Postcõio.

Hac nos dñe q̃s accepto pignore salutis eterne. sic tẽdere cõgruenter: vt ad eã peruenire possimus. p d. Sup pplm. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Da q̃sumus dñe pplo tuo salutẽ mentis et corporis: vt bonis operibus inherendo. tue semp virtutis mereatur protectione defendi. Per dñm.

Sabbato post Reminiscere. Officiũ

Lex dñi irreprehensibilis conuertens aĩas testimoniũ dñi fidele sapiẽtiã prestãs paruulis. Ps. Celi enarrãt gloriã dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Da q̃s dñe nostris effectũ ieiuniis salutarẽ: vt castigatio carnis assumpta. ad nr̃arũ vegetationẽ trãseat aiarũ. Per dñm. Lectio libri genesis. xxvii.

In diebus illis. Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrem tuũ loquentẽ cũ esau fratre tuo: et dicentem ei. Affer mihi de venatiõe tua: et fac cibos

vt comedā: ⁊ benedicā tibi corā dño an-
teꝗ̄ moriar. Nūc ergo fili mi acqesce cō-
siliis meis: et pgens ad gregē affer mihi
duos hedos optimos: ⁊ faciā ex eis escas
patri tuo. qbꝰ libēter vescitur. Quas cū
intuleris et comederit: bñdicat tibi pri-
usꝗ̄ moriat. Cui ille respōdit. Nosti. qd
esau frater meus homo pilosus sit ⁊ ego
lenis. Si attrectauerit me pater meus
et senserit: timeo ne putet sibi me voluis-
se illudere. ⁊ inducat sup me maledictio
nē p benedictiōe. Ad quē mater. In me
sit ait ista maledictio fili mi: tantū audi
vocē meā. et pgēs affer q̄ dixi. Abiit ⁊ at
tulit: deditqꝫ matri. Parauit illa cibos:
sicut nouerat velle patrē illius: et vesti-
bus esau valde bonis quas apud se ha-
bebat domi: induit eū. Pelliculasqꝫ he-
dorū circūdedit manibus ⁊ colli nuda p
texit. Deditqꝫ pulmentū et panes quos
coxerat tradidit. Quibus illatis dixit.
Pater mi. At ille rñdit. Audio. Quis es
tu fili mi. Dixitqꝫ iacob. Ego sum esau
primogenitus tuus: feci tibi sicut prece-
pisti mihi. Surge sede. et comede: de ve
natione mea: vt benedicat mihi aīa tua.
Rursuz isaac ad filiū suū. Quomodo in
qt tā cito inuenire potuisti: fili mi. Qui
respōdit. Voluntas dei fuit: vt cito occur-
reret mihi qd volebā. Dixitqꝫ isaac. Ac-
cede huc vt tāgā te fili mi: et probē vtrū
tu sis filius meus esau an nō. Accessit il-
le ad patrē: ⁊ palpato eo dixit isaac. Vox
quidē vox iacob est. sed manus: manus
sunt esau. Et non cognouit eū: qa pilose
manus similitudinē maioris expresse-
rāt. Benedicēs ergo illi: ait. Tu es filius
meus esau. Respōdit. Ego sum. At ille
Affer mihi inquit cibos de venatiōe tua
fili mi: vt benedicat tibi aīa mea. Quos
cū oblatos comedisset: obtulit ei etiam
& vinū. Quo hausto: dixit ad eū. Accede
ad me: et da mihi osculū fili mi. Accessit
et osculatus est euz. Statimqꝫ vt sensit
vestimentorū illius fragrantiā: benedi-
cēs illi ait. Ecce odor filii mei: sicut odor
agri pleni: cui bñdixit dñs. Det tibi deꝰ
de rore celi: et de pinguedine terre: abun
dantiā frumēti et vini ⁊ olei: et seruiāt ti
bi populi: et adorent te tribus. Esto dñs
fratrū tuorum: ⁊ incuruētur āte te filii ma-
tris tue. Qui maledixerit tibi: sit ille ma
ledictus: et q̄ benedixerit tibi: bñdictioni
bus repleatur. Vix isaac sermonē imple
uerat: et egresso iacob foras: venit esau.
coctosqꝫ de venatiōe cibos intulit patri
dicēs. Surge pater mi. et comede de ve
natione filii tui: vt bñdicat mihi anima
tua. Dixitqꝫ illi isaac. Quis enim es tu.
Qui rñdit. Ego sum filius tuꝰ primoge
nitus esau. Expauit isaac stupore vehe-
mēti: ⁊ vltra ꝗ̄ credi potest admirās ait.
Quis igit̄ ille est. q̄ dudū captā venatio-
nez attulit mihi. ⁊ comedi ex oībus pri-
usꝗ̄ tu venires. Bñdixiqꝫ illi: et erit be-
nedictus. Auditis esau sermonibus pa-
tris: irrugiit clamore magno: ⁊ consterna
tus ait. Benedic etiaz et mihi pater mi.
Qui ait. Venit germanus tuus fraudu
lēter: ⁊ accepit benedictionez tuā. At ille
subiūxit. Iuste vocatū est nomē eius ia-
cob: supplantauit eīn me in altera vice.
Primogenita mea ante tulit: ⁊ nūc scdo
surripuit benedictionē meā. Rursumqꝫ
ad patrē. Nunqd nō reseruasti ait et mi-
hi benedictionē. Rñdit isaac. Dñm tuū
illū cōstitui: et oēs fratres suos seruituti
illius subiugaui. Frumēto ⁊ vino ⁊ oleo
stabiliui eum ⁊ tibi post hec fili mi vltra
qd faciā. Cui esau. Nū vnā inquit tātuz
benedictionē habes pater. Mihi quoqꝫ
obsecro: vt bñdicas. Cūqꝫ eiulatu ma-
gno fleret: motus isaac dixit ad eum. In
pinguedine terre et in rore celi desuper:
erit benedictio tua. Gr. Bonū est cōfiteri
dño et psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad an-
nunciandū mane miam tuam: et veritatem tuā
per noctem. Secundum Lucam. xv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis parabolā hāc. Homo quidaz
habuit duos filios: et dixit adolescētior
ex illis patri. Pater da mihi portionem
substātie: q̄ me contingit. Et diuisit illis
substantiā. Et non post multos dies. cō
gregatis oībus adolescētior filius pere-
gre profectus est in regionē lōginquā: ⁊
ibi dissipauit substantiā suā viuendo lu
xuriose. Et postꝗ̄ oīa cōsūmasset: facta
est fames valida in regione illa: ⁊ ipse ce
pit egere. Et abiit ⁊ adhesit vni ciuiū re

gionis illius:et misit illũ in villã suã vt pasceret porcos Et cupiebat implere vẽtrẽ suũ de siliquis/quas porci manducabãt:et nemo illi dabat. In se autẽ reuersus dixit. Quãti mercennarii in domo patris mei abundãt panibus. ego autez hic fame pereo. Surgã et ibo ad patrez meũ:ꝫ dicã ei. Pater:peccaui in celũ ꝫ corã te. iã nõ sum dignus vocari filius tu⁹ fac me sicut vnũ ex mercennariis tuis. Et surgẽs:venit ad patrẽ suũ. Cũ autez adhuc lõge esset: vidit illũ pater ipsius. et mĩa motus est. Et occurrẽs cecidit supra collũ ei⁹:et osculatus est eũ. Dixitqz ei filius. Pater:peccaui in celũ et coram te:iã nõ sum dignus vocari filius tuus. Dixit autẽ pater ad seruos suos. Cito pferte stolã primã/ et induite illũ:et date annulũ in manu eius/et calciamenta in pedes eius. Et adducite vituluz saginatũ et occidite:et mãducem⁹ ꝫ epulemur qz hic filius meus mortuus erat. et reuixit. perierat et inuẽtus est. Et ceperunt epulari. Erat autez filius eius senior in agro. Et cũ veniret et appropinquaret domui:audiuit symphoniã et chorum. Et vocauit vnũ de seruis:et interrogauit qd hec essẽt. Iste dixit illi. Frater tu⁹ venit:et occidit pater tuus vituluz saginatũ. qa saluũ illũ recepit. Indignatus est aũt:et nolebat introire. Pater ergo illius egressus:cepit rogare illũ. At ille respondẽs:dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi. et nunq̃ mãdatũ tuũ preteriui:et nũq̃ dedisti mihi hedũ. vt cũ amicis meis epularer. Sed postq̃ hic filius tuus q̃ deuorauit substantiã tuã cũ meretricibus venit:occidisti illi vitulũ saginatũ. At ipse dixit ei. Fili:tu semp mecũ es:et oĩa mea tua sunt. Epulari autẽ et gaudere oportebat: quia frater tu⁹ hic mortuus fuerat.ꝫ reuixit. Perierat:ꝫ inuẽtus est. Offer. Illumina oc'os meos ne unq̃ obdormiã in morte:neq̃ dicat inimic⁹ me⁹ preualui aduersus eũ. ℣. Vsquequo dñe obliuisceris me i finẽ:q̃diu ponã ↄ̃silia i aĩa mea. Secr.

His sacrificiis dñe ↄcede placatus: vt q̃ ppriis oram⁹ absolui delictis non grauemur externis. p. Cõio. Oportet te fili gaudere:qz frater tuus mortu⁹ fuerat et reuixit:perierat et inuẽtus est. Postcõio.

Sacramẽti tui dñe diuina libatio penetralia nr̃i cordis īfũdat:ꝫ sui nos pticipes potẽter efficiat. Per. Sup ppl'm. Humiliate capita vestra deo. oro

Famuliã tuã q̃s dñe cõtinua pietate custodi:vt q̃ in sola spe gratie celestis innititur:celesti etiã ptectione muniatur. Per do. ¶ Dñica. iii. xl. Officiũ.

Oculi mei semp ad dñm: q̃i ipse euellet de laq̃o pedes meos::respice in me et miserere mei q̃ñ vnicus et paup sum ego. Ps. Ad te dñe leuaui animã meam de⁹ meus in te confido nõ erubescam. Oratio.

Quesumus oĩps deus vota humiliũ respice atq; ad defensionez nostram. dexteraz tue maiestatis extende. Per dominum. Ad ephesios. v.

Fratres Estote imitatores dei sicut filii carissimi : et ambulate in dilectiõe:sicut et xp̃s dilexit nos. et tradidit semetipm̃ p nobis oblationẽ. et hostiã deo in odorẽ suauitatis. Fornicatio aũt et oĩs immũdicia/aut auaricia/ nec noĩet in vobis sicut decet sctõs:aut turpitudo/aut stultiloquiũ/ aut scurrilitas q̃ ad rem nõ ptinet. sed magis gratiarũ actio. Hoc autẽ scitote intelligẽtes:quod oĩs fornicatio. aut immũdus. aut auar⁹ qđ est idolorũ seruitus nõ habet hereditatẽ in regno christi et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hec eñ venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici:participes eorum Eratis eñ aliquando tenebre : nunc autem lux in domino. Vt filii lucis ambulate. Fructus enĩ lucis est:in omni bonitate ꝫ iusticia:ꝫ veritate. Gr. Exurge domine non preualeat homo:iudicentur gentes in cõspectu tuo. ℣. In conuertendo inimicũ meũ retrorsum infirmabuntur ꝫ peribũt a facie tua. Tractus.

Ad te leuaui oculos meos q̃ habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorũ in manibus dñorũ suorũ. ℣. Et sicut oculi ãcille in manibus dñe sue. ℣. Ita oculi nr̃i ad dominũ deum nrm̃ donec misereaẽ nr̃i. ℣. Miserere nobis domine miserere nobis. Scdm Lucam .xi.

In illo tpe. Erat iesus eiciens demoniũ:et illud erat mutũ. Et cum

eiecisset demoniū locut⁹ est mutus: ⁊ ad
mirate sunt turbe. Quidā aūt ex eis: di-
xerūt. In beelzebub pricipe demonioꝝ.
eiicit demonia. Et alii tēptātes: signum
de celo qrebāt ab eo. Ipe aūt vt vidit co-
gitatiōes eoꝝ: dixit eis. Oē regnū in se-
ipm diuisū desolabit: et dom⁹ supra do-
mū cadet. Si aūt et sathanas in seipm
diuisus est: quō stabit regnū ipsius. q2
dicitis i beelzebub eiicere me demonia.
Si aūt ego i beelzebub eiicio demonia:
filii vestri in quo eiiciūt. Ideo: et ipsi iu-
dices vestri erunt. Porro si in digito dei
eiicio demonia: pfecto puenit in vos re-
gnū dei. Cum fortis armatus custodit
atriū suū: in pace sunt ea q possidet. Si
autē fortior illo supueniens vicerit eum
vniuersa arma eius auferet. in quibus
cōfidebat et spolia eius distribuet. Qui
nō est mecū: aduersum me est. Et q non
colligit mecū. dispergit. Cū immūdus
spūs exierit ab hoīe: ambulat per loca in
aquosa querens requiē ⁊ nō inueniens
dicit. Reuertar in domū meā: vnde exi-
ui. Et cū venerit: inuenit eā scopis mun
datā. Tunc vadit: et assumit septē alios
spiritus nequiores se: ⁊ ingressi habitāt
ibi. Et fiunt nouissima hominis illius:
peiora prioribus. Factū est autem cum
hec diceret extollēs vocē quedā mulier
de turba: dixit illi. Beatus vēter qui te
portauit: et vbera q suxisti. At ille dixit.
Quinimmo: beati q audiunt verbū dei
⁊ custodiunt illud. Offr. Iusticie domini
recte letificantes corda: ⁊ dulciora super mel et
fauū: nā seruus tuus custodit ea. Secreta.

Suscipe qs dñe deuotorū munera
famuloꝝ et tua diuinis purifica
seruiētes pietate mysteriis: qbus etiā iu
stificas ignorātes. p. Cōio. Passer inuenit
sibi domū: et turtur nidū vbi reponat pullos
suos: altaria tua domine virtutum rex meus ⁊
deus meus: beati qui habitant in domo tua in
seculum seculi laudabunt te. Postcōio.

A Cunctis nos dñe reatibus ⁊ peri
culis propiciatus absolue: quos
tanti mysterii tribuis esse participes.
Per dominum nostrum iesum christū.

Feria secunda. Officium.


In deo laudabo verbū in dño
laudabo sermonē in deo spe-
raui: nō timebo qd faciat mi-
hi homo. Ps. Miserere mei deus
qm conculcauit me homo: tota die impugnans
tribulauit me. Flectam⁹ genua leuate. Orō

Cordibus nr̄is qs dñe gratiā tuā
benign⁹ infunde: vt sicut ab escis
corporalibus abstinem⁹. ita sensus quo-
q3 nostros a noxiis retrahamus excessi-
bus. per dñm. Lectio libri regum iiii. v.

In diebus illis. Naamā princeps
militie regis syrie erat vir magn⁹
apud dñm suum. et honoratus. Per il-
lū eñ: dedit dñs salutē syrie. Erat autē
vir fortis et diues. sed leprosus. porro de
syria egressi fuerāt latrūculi. et captiuā
duxerant de terra israel puellā paruulā
que erat in obsequio vxoris naaman.
Que ait ad dñam suam. Utinā fuisset
dñs meus ad pphetā qui est in samaria
pfecto curasset eū a lepra quam habet.
Ingressus est itaq3 naamā ad dñm suū
et nunciauit ei dicēs. Sic et sic locuta est
puella: de terra israel. Dixitq3 ei rex syrie
Uade: et mittā litteras ad regem israel.
Qui cū pfectus esset. et tulisset secū de-
cem talenta argenti: et sex milia aureos
⁊ decem mutatoria vestimentorū: detu
lit litteras ad regem israel in hec verba.
Cum acceperis epistolam hanc: scito qd
miserim ad te naaman seruum meum
vt cures eum a lepra sua. Cumq3 legisset
rex israel litteras: scidit vestimenta sua:
et ait. Nunquid deus ego sū vt occide-
re possim ⁊ viuificare: quia iste misit ad
me vt curem hominē a lepra sua. Ani-
maduertite et videte: quot occasiones
querat aduersum me. Quod cū audis-
set heliseus vir dei scidisse videlicet re-
gē israel vestimenta sua: misit ad eum
dicēs. Cur scidisti vestimenta tua. Ue-
niat ad me: et sciat esse prophetā in isra-
el. Uenit ergo naamā cū equis et curri-
bus: et stetit ad ostium domus helisei.
Misitq3 ad eum heliseus nunciū dicē3
Uade ⁊ lauare septies in iordane. ⁊ reci
piet sanitatē caro tua. atq3 mūdaberis.
Iratusq3 naamā: recedebat dicens. Pu-
tabā qd egrederet ad me: et stans inuo-

caret nomē dñi dei sui. et tāgeret manu sua locū lepre. et curaret me. Nunqđ nō meliores sunt abana & pharfar fluuii damasci. oībus aquis israel: vt lauer in eis et mūder? Cū ergo vertisset se et abiret indignās: accesserūt ad eū serui sui / et locuti sunt ei. Pater: & si rē grandē dixisset tibi ꝓpheta: certe facere debueras. Quāto magis qꝛ nūc dixit tibi: lauare et mūdaberis? Descēdit et lauit in iordane septies. iuxta sermonē viri dei: et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli: et mundatus est a lepra. Reuersusq; ad virū dei cū vniuerso comitatu suo: venit & stetit corā eo: et ait. Uere scio quod nō sit deus alius in vniuersa terra: nisi tantuȝ dñs deus israel. Gr. Deus vitā meā nunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo. ℣. Miserere mihi dñe qm̄ conculcauit me homo: tota die bellās tribulauit me. Tractus.

Domine nō secūdū peccāta nr̄a q̄ fecim⁹ nos: neq; secūdū iniq̄tates nr̄as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniq̄tatū nr̄arū antiquarū: cito anticipēt nos mīe tue: q̄a paupes facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflectio cū ℣r. ℣. Adiuua nos deus salutaris nr̄: ꝓpter glīaȝ nōis tui dñe libera nos: & ꝓpici⁹ esto pctīs nr̄is: ꝓpter nomē tuū. Scđm Lucam. iiii.

In illo tpe. Dixerūt pharisei ad iesum. Quanta audiuimus facta in capharnaum: fac et hic in patria tua. Ait autē. Amē dico vobis: qꝛ nemo ꝓpheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus helye in israel: quādo clausuȝ est celū. annis tribus et mensibus sex. cum facta esset fames magna in oī terra: & ad nullā illarū missus est helyas. nisi in sareptā sydonie ad mulierē viduam. Et multi leprosi erāt in israel sub helisēo ꝓpheta: et nemo eoꝝ mūdat⁹ est nisi naaman syrus. Et repleti sunt oēs in synagoga ira: hec audiētes. Et surrexerūt et eiecerūt illū extra ciuitatē: et duxerūt illū vsq; ad supciliū mōtis: sup quem ciuitas illoꝝ erat edificata: vt precipitarēt eū. Ipse aūt transiēs: p mediū illoꝝ ibat. Offer. Exaudi de⁹ orationē meā et ne despexeris depcationē meā: intende in me & exaudi me. ℣. Conturbatus sum a voce inimici: et a tribulatiōe peccatoris: et expectabam eum qui me saluum faceret. Secreta.

Munus quod tibi dñe nr̄e seruitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramentū. Per dominū. Cōio. Quis dabit ex syon salutare israel cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel. Postcōio.

Presta q̄s oīps et misericors deus: vt q̄d ore contigimus: pura mente capiamus. Per dominū. Sup populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Subueniat nobis q̄s dñe misericordia tua: vt ab imminentibus peccatoꝝ nr̄oꝝ periculis te mereamur ꝓtegēte eripi. te liberāte saluari. Per dñm.

Feria tertia. Ad missam. Officium.

Ego clamaui: quoniā exaudisti me deus / inclina aurē tuaȝ et exaudi verba mea: custodi me dñe vt pupillaȝ oculi sub vmbra alarū tuarū ꝓtege me. Ps. Exaudi dñe iustitiā meā: intende depcationē meā. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Exaudi nos oīps & misericors deus: & continentie salutaris propicius nobis dona concede. Per dominum.

Lectio libri regum. iiii. iiii.

In diebus illis. Mulier quedā clamabat ad heliseum prophetā dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti qꝛ seruus tuus fuit timēs deū. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciā tibi? Dic mihi: qđ habes in domo tua. At illa rñdit. Non habeo ancilla tua quicq̄ in domo mea: nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Uade et pete mutuo ab oīb⁹ vicinis tuis: vasa vacua nō pauca: & ingredere domū tuā. et claude ostiū cū intrinsecus fueris: tu et filii tui. Et mitte inde in oīa vasa hec: & cū plena fuerint tolles. Iuit itaq; mulier: & clausit ostiū sup se: & sup filios suos. Illi offerebāt vasa: & illa infūdebat. Cūq; plena fuissent vasa: dixit ad filiuȝ suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille rñdit. Non habeo. Stetitq; oleū. Uenit aūt illa: & indicauit hoī dei. Et ille. Uade inq̄t & vende oleū: & redde

creditori tuo Tu aūt ꝯ filii tui: viuite de reliquo. Gr. Ab occultis meis munda me dñe et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei nō fuerint dñati tūc immaculat⁹ ero: ꝛ emūdabor a delicto maximo. Scdm matheum. xviii.

In illo tpe. Respiciēs iesus in discipulos suos: dicit simoni petro Si peccauerit in te frater tuus: vade ꝛ corripe eū inter te ꝛ ipm solū. Si te audierit: lucratus eris fratrē tuū. Si autē te nō audierit: adhibe tecū adhuc vnū vel duos. vt in ore duorū vel triū testiū stet oē verbū. Qd si non audierit eos: dic ecclesie. Si aūt ecclesiā non audierit. sit tibi sicut ethnicus ꝛ publicanus. Amē dico vobis: q̄cūqꝫ alligaueritis sup terrā: erūt ligata ꝛ in celo. Et q̄cunqꝫ solueritis sup terrā. erūt soluta ꝛ in celo. Iterū dico vobis: qꝛ si duo ex vobis cōsenserit sup terrā de oi re quācūqꝫ petierint fiet illis a patre meo q̄ in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres cōgregati i noīe meo: ibi sum in medio eoꝝ. Tūc accedēs petrus: ad eū dixit. Dñe: quotiēs peccabit in me frater meus. ꝛ dimittā ei. vsqꝫ septies? Dixit illi ies⁹. Nō dico tibi vsqꝫ septies: sed vsqꝫ septuagesies septies. Offr.

Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me nō moriar sed viuā ꝛ narrabo opa dñi ℣. In tribulatiōe inuocaui dñm/ꝛ exaudiuit me in latitudine: quia dñs adiutor me⁹ est. Secr.

Per hec veniat q̄s dñe sacramenta nostre redēptiōis effectus: q̄ nos et ab humanis retrahat semp excessib⁹ et ad salutaria cūcta pducat. Per dñm. Cōio. Domine q̄s habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in mōte sctō tuo: qui ingreditur sine macula ꝛ operat̄ iusticiā. Postcōio

Sacris dñe mysteriis expiati: ꝛ veniam quesumus cōsequamur et gratiam. Per dñm. Super populum. humiliate capita vestra deo. Oratio.

Tua nos domine protectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi. Per dominum nostrum.

Feria.iiii. Ad missam. Officium.

Ego autē in dño speraui exultabo et letabor in tua misericordia quia respexisti humilitatem. ps. In te dñe speraui nō confundar ineternum: in iusticia tua libera me. Flectamus genua. Leuate. Oratio

Presta nobis quesum⁹ dñe: vt salutaribus ieiuniis eruditi: a noxiis quoqꝫ viciis abstinentes: propiciationem tuā facilius impetremus. Per dominum. Lectio libri exodi. xx.

Hec dicit dñs deus. Honora patrē tuū et matrē tuā: vt sis longeuus super terram. quā dñs deus tuus dabit tibi. Non occides/non mechaberis/ nō furtū facies: non loqueris contra proximū tuū falsum testimoniū. Non concupisces domū proximi tui: nec desiderabis vxorē eius/non seruum/nō ancillā non bouē/nō asinū: nec oīa q̄ illius sunt. Cūctus aūt populus audiebat voces: ꝛ videbat lāpades: et sonitū buccine. mōtēqꝫ fumigantē: ꝛ pterriti ac pauore percussi. steterūt procul dicētes moysi. Loquere tu nobis: ꝛ audiemus. Nō loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere Ut enī pbaret vos venit deus: et vt terror illius esset in vobis et nō peccaretis. Stetitqꝫ populus de longe: moyses aūt accessit ad caliginē in qua erat deus. Dixitqꝫ preterea dñs ad moysen. Hec dices filiis israel. Uos vidistis: quod de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argēteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: ꝛ offeretis sup eo holocausta: et pacifica vr̄a. oues vr̄as ꝛ boues in oī loco: in quo memoria fuerit noīs mei. Gr. Miserere mihi dñe qm̄ infirm⁹ sum sana me dñe. ℣. Cōturbata sūt oīa ossa mea: ꝛ aīa mea turbata est valde. Tr.

De necessitatibus meis eripe me dñe vide humilitatē meā et laborē meū: et dimitte oīa pctā mea. ℣. Ad te leuaui aīam meam deus meus in te confido nō erubescā: neqꝫ irrideāt me inimici mei. ℣. Etenī vniuersi q̄ te expectāt nō cōfundent: ꝯfundātur oēs faciētes vana. Secundum Matheum. xv.

In illo tpe Accesserūt ad iesum ab hierosolymis scribe et pharisei: dicētes. Quare discipuli tui trāsgrediunt traditiōes seniorū? Non enī lauāt man⁹ suas: cū panē māducāt. Ipse aūt rńdens ait illis. Quare et vos transgredi nini

mandatū dei. ꝓpter traditionē vestrā:
Nā deus dixit. Honora patrē et matrē:
et q̄ maledixerit patri vel matri. morte
moriatur. Uos aūt dicitis. q̄cūq; dixerit
patri vel matri: munus qḋcunq; est ex
me. tibi ꝓderit. et non honorificabit pa
trē suū et matrē suā: ⁊ irritū fecistis mā
datū dei. propter traditionē vestrā. Hy-
pocrite: bene ꝓphetauit de vobis isaias
dicens. Populus hic labiis me honorat:
cor aūt eorū longe est a me. Sine causa
aūt colūt me: docētes doctrinas ac man
data hoīm. Et cōuocatis a se turbis: di-
xit eis. Audite et intelligite. Non qḋ in-
trat in os coinq̄nat hoīem: sed qḋ ꝓcedit
ex ore/ hoc coinq̄nat hoīem. Tūc accedē
tes discipuli eius: dixerūt ei. Scis quia
pharisei audito hoc verbo. scandalizati
sūt. At ille rn̄dēs ait. Oīs plātatio quā
nō plantauit pater meus celestis. eradi-
cabitur. Sinite illos: ceci sunt ⁊ duces ce
corū. Cecus autē. si ceco ducatū prestet:
ambo in foueā cadūt. Rn̄dens autē pe-
trus: dixit ei. Edissere nobis: parabolā
istā. At ille dixit. Adhuc et vos sine intel
lectu estis. Nō intelligitis q̄a omne qḋ
in os intrat: in ventrē vadit: ⁊ in secessū
emittitur. Que aūt procedūt de ore. de
corde exeunt: et ea coinquinant hominē
De corde eīn exeunt. cogitationes male
homicidia. adulteria. fornicationes. fur-
ta. falsa testimōia. blasphemie. Hec sunt
q̄ coinquinant hoīem. Nō lotis aūt ma
nibus mādurare: nō coinquinat hoīem
Offer. Dn̄e fac mecū misericordiā tuā pro-
pter nomē tuū q: suauis est mīa tua. V. Deus
laudem meā ne tacueris: q: os peccatoris ⁊ os
dolosi super me apertum est. Secreta

Suscipe q̄s dn̄e preces populi tui
cū oblationibus hostiarū et tua
misteria celebrantes: ab omnibus nos
defende periculis. Per dominum. Cōio
Notas michi fecisti vias vite adimplebis me
leticia cum vultu tuo dn̄e. Postcōio.

Sanctificet nos q̄s dn̄e. qui pasti su
mus mensa celestis: et a cūctis er
roribus expiatos supnis ꝓmissionibus
reddat acceptos. Per d. Super populū.
Humiliate capita vestra deo. Orō.
Concede q̄s oīps deus: vt q̄ ꝓtectio
nis tue gratiā q̄rimus. liberati a malis
oībus secura tibi mēte seruiamus. Per
dominū. ¶ Feria quinta. Officiū.

Salus populi ego sū dicit do-
minus de quacunq; tribula-
tione clamauerint ad me ex-
audiam eos: et ero illorū dn̄s
inperpetuū. Ps. Attendite popule meus leg
meam: inclinate aurē vestrā in verba oris mei.
Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Concede q̄s oīps deus: vt ieiunior
nobis sctā deuotio. et purificatio-
nē tribuat: et maiestati tue nos reddat
acceptos. P. Lectio hieremie ꝓphete vii

In diebus illis. Factus est sermo
dn̄i ad me dicēs. Sta in porta do-
mus dn̄i: et predica ibi verbū istud ⁊ dic
Audite verbū dn̄i oīs iuda: qui ingredi
mini p portas has vt adoretis dominū.
Hec dicit dn̄s exercituū deus israel. Bo
nas facite vias vestras: et studia vestra
et habitabo vobiscū in loco isto. Nolite
cōfidere in verbis mendacii: dicentes tē
plum dn̄i. templum dn̄i. templum dn̄i
est. Qm̄ si bene direxeritis vias vestras. et
studia vestra. si feceritis iudiciū inter vi
rū et proximū eius. aduene ⁊ pupillo vi
due nō feceritis calumniā. nec sanguinē
innocentē effuderitis in loco hoc. et post
deos alienos non ambulaueritis in ma
lū vobisnetipsis: habitabo vobiscū in
loco isto. in terra quā dedi patribus ve
stris: a seculo et vsq; in seculū. Dicit dn̄s
oīps. Gr. Oculi omniū in te sperāt dn̄e: et tu
das illis escam in tēpore oportuno. V. Aperis
tu manū tuam: et imples omne animal bene-
dictione. Secundum Joannem. vi.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iude
orū. Operamini nō cibū qui perit
sed q̄ pmanet in vitā eternā: quē fili⁹ ho
minis dabit vobis. Hūc eīn pater signa
uit deus. Dixerūt ergo ad eū. Quid fa
ciemus: vt operemur opera dei. Rn̄dit
iesus: et dixit eis. Hoc est opus dei. vt cre
datis in eū quē misit ille. Dixerūt ergo
ei. Qḋ ergo tu facis signū. vt videam⁹ ⁊
credamus tibi. Quid operaris. Patres
nostri māna māducauerunt in deserto:
sicut scriptum est. Panem de celo: dedit
eis māducare. Dixit ergo ei iesus. Amē

amē dico vobis:nō moyses dedit vobis
panē de celo. sed pater meus dat vobis
panē de celo verū. Panis eni dei est:qui
descendit de celo:et dat vitam mundo.
Dixerūt ergo ad eū. Dñe: sep da nobis
hūc panē. Dixit aūt eis iesus. Ego sum
panis vite. Qui venit ad me:nō esuriet
Et q credit in me:non sitiet vnq̄. Offer.
Si ābulauero in medio tribulatiōis viuifica
bis me dñe:et sup irā inimicoꝝ meoꝝ extendes
manū tuā et saluum me fecit dextera tua. ℣. In
quacūq; die inuocauero te exaudi me dñe multi
plicabis in anima mea virtutē tuā. Secreta.
Hac nos dñe q̄s ad sacta mysteria
purificatis mētibus accedere:vt
tibi semp cōpetens deferamus obsequi
um. Per d. Cōio. Tu mādasti mādata tua
custodiri nimis:vtinā dirigātur vie mee:ad cu
stodiendas iustificationes tuas. Postcōio.
Sacramenti tui dñe venerāda pce
ptio:et mystico nos mundet effe
ctu.et ppetua virtute defēdat. Per. Su
p ppłm. Humiliate capita vestra deo. orō.
Subiectū tibi populū q̄s dñe ppi
ciatio celestis amplificet: et tuis
semper faciat seruire mādatis. Per dñz
nostrum. ¶ Feria sexta. Officium.
Fac mecū dñe signū in bonuz:
vt videant qui me oderunt et
confundātur:qm tu dñe adiu
uisti me ⁊ cōsolatus es me. Ps
Inclina dñe aurem tuam et exaudi me:quoniā
inops et pauper ego sum. Flectam⁹ genua
Leuate. Oratio.
Ieiunia nr̄a q̄s dñe benigno fauo
re psequere:vt sicut ab alimētis ab
stinem⁹ in corpore:ita a viciis ieiunem⁹
in mēte. Per. Lectio libri numeri. xx.
In diebus illis. Cōuenerunt filii is
rael aduersum moysen ⁊ aaron: ⁊
versi in seditionem dixerūt. Date nobis
aquaz:vt bibamus. Ingressiq; moyses
et aaron dimissa multitudine āte taber
quarū: cito anticipēt nos mie tue: q̄a paupes fa

cti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflectio cū
dr̄. ℣. Adiuua nos deus salutaris nr̄: ꝛ propter
gl̄iam nōis tui dn̄e libera nos ꝛ ppici⁹ esto pctīs
nr̄is: ppter nomē tuū. Scdm̄ Joannem. Iu

Ante sex dies pasche. venit iesus
bethaniā: vbi fuerat lazar⁹ mor
tuus. quē suscitauit iesus. Fecerunt aūt
ei cenā ibi: et martha ministrabat. Laza
rus vero: vnus erat ex discūbentibus cū
eo. Maria ergo accepit libram vnguen-
ti nardi pistici preciosi: et vnxit pedes ie-
su et extersit capillis suis pedes ei⁹: ꝛ do-
mus impleta est ex odore vnguenti. Di
xit ergo vnus ex discipulis ei⁹: iudas sca
riothis: qui erat eum traditurus. Qua
re hoc vnguētū nō vēditur trecentis de-
nariis. ꝛ datū est egenis? Dixit autē hoc
nō quia de egenis pertinebat ad eū: sed
quia fur erat. et loculos habēs. ea q̄ mit
tebātur portabat. Dixit ergo iesus. Si
nite illā vt in diem sepulture mee seruet
illud. Pauperes eīn semp habebitis vo
biscū: me aūt nō semper habebitis. Co
gnouit ergo turba multa ex iudeis qu
lic esset: et venerūt nō ppter iesum tantū
sed vt lazarum viderēt quem suscitauit a
mortuis. Cogitauerūt aūt principes sa
cerdotū vt et lazarū interficerēt: q̄ mul
ti ppter illū abibāt ex iudeis. ꝛ credebāt
in iesum. In crastinū autē turba multa q̄
venerat ad diē festū. cū audissent q̄a ve
nit iesus hierosolymā: acceperūt ramos
palmarū ꝛ processerūt obuiā ei. ꝛ clama
bant. Osanna benedictus q̄ venit in no
mine dn̄i: rex israel. Et inuenit iesus asel
lū: et sedit sup eū sicut scriptū est. Noli ti
mere filia syō: ecce rex tuus venit sedens
sup pullū asine. Hec nō cognouerūt disci
puli eius primum: sed qn̄ glorificatus est
iesus: tūc recordati sunt: q̄a hec erāt scri
pta de eo: ꝛ hec fecerūt ei. Testimoniū er
go phibebat turba q̄ erat cū eo: qn̄ laza
rū vocauit de monumēto: et suscitauit
eū a mortuis. Propterea et obuiā venit
ei turba: quia audierūt eum fecisse hoc si
gnū. Pharisei ergo: dixerūt ad semetip
sos. Videtis q̄a nihil proficimus? Ecce
mūdus totus: post eū abiit. Erāt aūt q̄
dā gentiles: ex his q̄ ascēderāt. vt adora
rēt in die festo. Hi ergo accesserūt ad ph

lippũ q̃ erat a bethsaida galilee: et rogabant eũ dicentes. Dñe: volumus iesum videre. Venit philippus: et dicit andree Andreas rursum et philipp⁹: dixerũt iesu. Jesus aũt: r̃ndit eis dicens. Venit hora: vt clarificet filius hoĩs. Amen amen dico vobis: nisi granũ frumenti cadens in terrã mortuũ fuerit. ip̃m solũ manet Si aũt mortuũ fuerit: multum fructũ affert. Qui amat aĩam suã: pdet eã. Et q̃ odit aĩam suã in hoc mũdo: in vitam eternã custodit eã. Si quis mihi ministrat: me sequat̃. Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si q̃s mihi ministrauerit: honorificabit eũ pater meus Nunc aĩa mea: turbata est. Et q̃d dicã: Pater: saluifica me ex hac hora. Sed ppterea veni in horã hanc. Pater: clarifica nomẽ tuũ. Venit ergo vox de celo dicens. Et clarificaui: et iterũ clarificabo. Turba aũt que stabat et audiebat: dicebat tonitruũ factum esse. Alii aũt dicebãt: angelus ei locutus est. R̃ndit iesus et dixit. Non ppter me hec vox venit: sʒ ppter vos. Nunc iudiciũ est mũdi: nũc princeps huius mũdi eiicietur foras Et ego si exaltatus fuero a terra: oĩa trahã ad meip̃m. hoc aũt dicebat: significans quã morte esset moritur⁹. R̃ndit ei turba. Nos audiuimus ex lege: q2 xp̃s manet in eternũ. Et quõ tu dicis: oportet exaltari filiũ hoĩs. Quis est iste filius hoĩs Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicũ lumẽ in vobis est. Ambulate dũ lucẽ habetis: vt nõ tenebre vos cõprehẽdãt. Et q̃ ambulat in tenebris: nescit quo vadat Dum lucẽ habetis credite in lucem: vt filii lucis sitis. Hec locutus est iesus: et abiit et abscondit se ab eis. Offer. Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi doce me facere voluntatem tuam quia deus meus es tu. ℣. Exaudi me in tua iusticia: et ne intres in iudicio cum seruo tuo domine. Secreta.

Ipsa maiestati tue dñe fideles populos cõmendet oblatio q̃ p filiũ tuũ dñm nostrũ iesum xp̃m reconciliauit inimicos Qui tecũ viuit ꝫ regnat. Cõio Erubescant ꝫ reuereant̃ simul qui gratulant̃ malis meis: induant̃ pudore et reuerentia: qui maligna loquunt̃ aduersum me. Postcõio.

Satiati munere salutari: tuam domine misericordiã deprecamur: vt hoc eodem sacramento quo nos temporaliter vegetas: efficias vite eterne participes. Per. Super populum. Oratio.

Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et ad beneficia recolenda q̃b⁹ nos instaurare dignat⁹ es: tribue venire gaudentes. Per. ¶ Feria tertia. Officium.

Nos autẽ gl̃iari oportet in cruce dñi nostri iesu christi i quo est salus vita ꝫ resurrectio nostra: per quem saluati et liberati sumus. P̃s. Deus misereatur nostri ꝫ benedicat nobis: illuminet vultum suum sup nos et misereatur nostri. Oratio.

Omñp̃s sempiterne de⁹ da nobis ita dñice passiõis sacramẽta peragere: vt indulgentiã percipere mereamur Per dñm. Lectio hieremie prophete. xi.

In diebus illis. Dixit hieremias Dñe: demonstrasti mihi et ego cognoui: tu ostendisti mihi studia eorũ. Et ego quasi agnus mãsuetus q̃ portatur ad victimã: et non cognoui q̃a cogitauerũt sup me consilia dicẽtes. Mittamus lignũ in panẽ eius: et eradam⁹ eũ de terra viuentiũ. et nomẽ eius nõ memoret̃ amplius. Tu aũt dñe sabaoth q̃ iudicas iuste. et pbas renes ꝫ corda: videã queso vltionẽ tuã ex eis. Tibi eñi reuelaui causam meã: dñe deus meus. Gr̃. Ego aũt dũ mihi molesti essent induebã me cilicio: et humiliabã in ieiunio aĩam meã et oratio mea in sinu meo cõuertet̃. ℣. Judica dñe nocẽtes me expugna impugnãtes me: apprehende arma ꝫ scutum et exurge in adiutoriũ mihi. Sequatur passio cum Dñs vobiscum. Passio dñi nostri iesu xp̃i. Secundum marcũ. xiiii.

In illo tp̃e. c Erat pascha: ꝫ azima post biduũ. Et querebãt summi sacerdotes et scribe: quõ iesũ dolo tenerẽt. et occiderẽt. Dicebãt autẽ. s Nõ in die festo. c Ne forte tumultus fieret in populo. Et cũ esset iesus bethanie in domo symonis leprosi et recũberet: venit mulier habẽs alabastrum vnguenti nardi pistici preciosi: et fracto alabastro effudit sup caput eius. Erãt autẽ q̃dã indigne ferẽtes intra semetipsos: et dicen

tes s Ut quid perditio ista vnguenti fa-
cta est? Poterat eñ vnguẽtũ illud venũ
dari plusq̃ trecẽtis denariis: et dari pau
peribus. c Et fremebãt in eã. Jesus autẽ
dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi molesti
estis? Bonum opus: operata est in me.
Semꝑ enim pauperes habetis vobiscũ
et cũ volueritis potestis illis benefacere
Me aũt nõ semꝑ habebitis. Qđ habuit
hec fecit: preuenit vngere corpus meũ
in sepulturã. Amen dico vobis: vbicũq
predicatũ fuerit euãgelium istud in vni
uerso mũdo. et qđ fecit hec. narrabitur i
memoriam eius. c Et iudas scariothis
vnus de duodecĩ: abiit ad sũmos sacer
dotes. vt ꝓderet eũ illis. Qui audiẽtes
gauisi sunt: et ꝓmiserũt ei pecuniã se da
turos. Et q̃rebat: quomodo illũ opportu-
ne traderet. Et primo die azimorũ quã-
do pascha immolabãt: dicũt ei discipuli.
s Quo vis eam⁹ et paremus tibi vt mã
duces pascha? c Et misit duos ex disci-
pulis suis: et dixit eis. ✠ Jte in ciuitatẽ:
et occurret vobis homo lagenã aque ba
iulãs. Sequimini eũ. Et quocũq introie-
rit: dicite dño domus. q̃a magister dicit
Ubi est refectio mea. vbi pascha cũ disci
pulis meis manducẽ? Et ipse vobis de-
mõstrabit cenaculũ grãde stratũ: et illic
parate nobis. c Et abierũt discipuli eius
et venerũt in ciuitatẽ: et inuenerũt sicut
dixerat illis. et parauerũt pascha. Uespe
re autẽ facto: venit cũ duodecim. Et di-
scũbentibus eis: ⁊ mãducantibus: ait ie
sus. ✠ Amen dico vobis: quia vnus ex
vobis me tradet. qui manducat mecũ. c
At illi ceperũt contristari: et dicere ei sin-
gulatim. s Nũquid ego? c Qui ait illis.
✠ Unus ex duodecim: qui intingit me
cum manũ in catino. Et filius q̃dem ho
minis vadit: sicut scriptum est de eo. Ue
aũt hoĩ illi: per quẽ filius hoĩs tradetur.
Bonũ erat ei: si non esset natus homo il
le. c Et manducãtibus illis: accepit iesus
panẽ. et benedicẽs fregit. et dedit eis. et
ait. ✠ Sumite: hoc est corpus meum.
c Et accepto calice gratias agens dedit
eis: et biberunt ex illo oẽs. Et ait illis. ✠
Hic est sanguis meus noui testamenti: q
ꝓ multis effũdetur. Amẽ dico vobis: q

iã non bibã de genimine vitis: vsq in di
em illũ. cũ illud bibã nouũ in regno dei.
c Et hymno dicto: exierunt in montẽ oli
uarũ. Et ait eis iesus. ✠ Oẽs vos scan-
dalizabimini in me in nocte ista: q̃a scri-
ptũ est. Percutiã pastorẽ: et dispergẽtur
oues. Sed postq̃ resurrexero: precedam
vos in galileã. c Petrus aũt: ait illi. s Et
si oẽs scãdalizati fuerint: sed nõ ego. c Et
ait illi iesus. ✠ Amẽ dico tibi: q̃a tu ho-
die in nocte hac. priusq̃ gallus bis vocẽ
dederit. ter me es negatur⁹. c At ille am
plius loq̃batur. s Et si oportuerit me si-
mul cõmori tecũ: nõ te negabo. c Simi-
liter autẽ: ⁊ oẽs dicebãt. Et veniũt in pre
diũ cui nomẽ gethsemani: et ait discipu
lis suis. ✠ Sedete hic: donec orem. c Et
assumit petrũ et iacobũ: et ioannẽ secũ:
et cepit pauere et tedere. Et ait illis. ✠
Tristis est aĩa mea: vsq ad mortẽ. Su-
stinete hic: ⁊ vigilate. c Et cũ processisset
paululũ. procidit sup terrã: et orabat vt
si fieri posset transiret ab eo hora. Et di
xit. ✠ Abba pater: omnia tibi possibilia
sunt: transfer calicẽ hunc a me. Sed non
qđ ego volo: sed qđ tu. c Et venit: et inue
nit eos dormiẽtes. Et ait petro. ✠ Sy
mon dormis? Nõ potuisti vna hora vi
gilare mecũ? Uigilate et orate: vt nõ in
tretis in tẽptationẽ. Spiritus quidem
promptus est: caro autem infirma. c Et
iterum abiẽs: orauit eundẽ sermonẽ di
cẽs. Et reuersus denuo: inuenit eos dor
miẽtes. Erãt enim oculi eorũ grauati: et
ignorabant quid responderent ei. Et ve
nit tertio: et ait illis. ✠ Dormite iam et
quiescite. Sufficit. Uenit hora: ecce tra
detur fili⁹ hoĩs in manus peccatorũ. Sur
gite eamus: ecce q̃ me tradet prope est.
c Et adhuc eo loquẽte: venit iudas scari
oth vnus ex duodecim. et cum eo turba
multa cũ gladiis et lignis. missi a sum
mis sacerdotib⁹. et senioribus. et scribis
Dederat autẽ traditor eis signũ dicens.
s Quẽcunq osculatus fuero: ipse est. te
nete eũ. et ducite caute. c Et cũ venisset
statim accedens ad eũ ait. s Rabbi. c Et
osculatus est eũ. At illi manus iniecerũt
in iesum: et tenuerũt eũ. Unus autẽ de
circumstãtibus educẽs gladiũ. percussit

seruū summi sacerdotis: et amputauit
illi auriculā. Et respōdens iesus: ait illis
✠ Tanq̄ ad latronē existis cuz gladiis
et lignis cōprehēdere me. Quotidie erā
apud vos in tēplo docēs: et me nō tenu-
istis. Sed vt impleātur scripture. c Tūc
discipuli eius relinquentes eū: oēs fuge
runt. Adolescēs aūt q̄dā sequebatur eū:
amictus syndone sup nudo: et tenuerūt
eū. At ille reiecta syndone: nudus profu
git ab eis. Et adduxerūt iesum ad sum-
mū sacerdotē: et cōuenerūt oēs sacerdo-
tes/et scribe/et seniores. Petrus aūt a lō
ge secutus est eū vsq̄ intro in atriū sum
mi sacerdotis. Et sedebat cū ministris:
et calefaciebat se ad ignē. Sūmi vero sa
cerdotes: et oē consiliū q̄rebāt aduersus
iesum testimoniū: vt eū morti traderēt
nec inueniebāt. Multi eñ falsū testimo
niū dicebāt aduersus eū: et cōuenientia
testimonia illorū nō erāt. Et q̄dā surgē
tes falsum testimonium ferebāt aduer-
sus eū: dicētes. s Qm̄ nos audiuimus
eū dicentē. ego dissoluā templū hoc ma
nufactū: et post triduū aliud non manu
factum edificabo. c Et non erat cōueni-
ens: testimoniū illorū. Et exurgēs sum
mus sacerdos in medium: interrogauit
iesum dicēs. s Non respōdes q̄cq̄ ad ea.
q̄ tibi obiiciūtur ab his? c Ille autē tace-
bat: et nihil respōdit. Rursum summus
sacerdos interrogabat eum: et dixit ei. s
Tu es christus filiꝰ dei bñdicti? c Jesus
autem: dixit illi. ✠ Ego sum. Et videbi
tis filiū hoīs sedentē a dextris virtutis
dei: et venientē cum nubibus celi. c Sū-
mus autē sacerdos scindēs vestimenta
sua: ait. s Quid adhuc desideramus te-
stes? Audistis blasphemiam. Quid vo-
bis videtur? c Qui oēs cōdēnauerūt eū
esse reū mortis. Et ceperūt q̄dā conspue
re in eum: et velare faciē eius: ⁊ colaphis
eū cedere: et dicere ei. s Prophetiza. c Et
ministri: alapis eū cedebāt. Et cuz esset
petrus in atrio deorsuz: venit vna ex an-
cillis sūmi sacerdotis. Et cū vidisset pe-
trū calefacientē se: aspiciēs illū ait. s Et
tu cū iesu nazareno eras? c At ille nega
uit dicēs. s Neq̄ scio neq̄ noui: q̄d dicas
c Et exiuit foras ante atriū: et gallus can-
tauit. Rursum autē cuz vidisset illū alia
ancilla: cepit dicere circūstātibus: q2 hic
ex illis est. At ille iterū negauit. Et post
pusillū: rursus q̄ astabāt dicebant petro.
s Vere ex illis es: nā et galileus es. c Ille
autē cepit anathematizare et iurare: q2a
nescio hoīem istū quē dicitis. Et statim
iteruz gallus cātauit. Et recordatus est
petrus verbi q̄d dixerat ei iesus: priusq̄
gallus cantet bis. ter me negabis. Et ce
pit flere. Et confestim mane consiliū fa-
ciētes summi sacerdotes cū senioribus
et scribis. et vniuerso cōsilio: vinciētes ie
sum duxerūt et tradiderūt pilato. Et in
terrogauit eū pilatus. s Tu es rex iude-
orū? c At ille rñdēs: ait illi. ✠ Tu dicis.
c Et accusabāt eum summi sacerdotes:
in multis. Pilatus aūt: rursum interro-
gauit eū dicēs. s Non respōdes quicq̄?
Vide in quātis te accusant. c Jesus autē
amplius nihil rñdit: ita vt miraretur pi
latus. Per diē autē festū dimittere sole-
bat illis vnū ex vinctis: quēcūq̄ petissēt
Erat aūt q̄ dicebatur barrabas. q̄ cū sedi
ciosis erat vinctus: q̄ in seditione fecerat
homicidiū. Et cū ascēdisset turba: cepit
rogare sicut semp faciebat illis. Pilatus
autē rñdit eis: et dixit. s Vultis dimittā
vobis regē iudeorū? c Sciebat eñ: q̄d p
inuidiā tradidissent eū sūmi sacerdotes
Pōtifices aūt cōcitauerūt turbā: vt ma-
gis barrabā dimitteret eis. Pilatus aūt
iterum respondēs: ait illis. s Quid ergo
vultis faciā regi iudeorū? c At illi iteruz
clamauerūt. s Crucifige eum. c Pilatꝰ
vero dicebat eis. s Quid eniz mali fecit?
c At illi magis clamabant. s Crucifige
eum. c Pilatus autem volens populo sa
tisfacere: dimisit illis barrabam: et tradi
dit iesum flagellis cesuz: vt crucifigeret.
Milites aūt duxerunt eū intro in atriū
pretorii: et cōuocāt totā cohortē: et indu-
unt eū purpura: et imponūt ei plectētes
spineā coronā: et ceperunt salutare eū di
cētes. s Aue rex iudeorū. c Et pcutiebāt
caput eius arundine. et cōspuebāt eū: et
ponentes genua adorabant eū. Et post-
q̄ illuserunt ei: exuerunt illū purpura: ⁊
induerūt eum vestimentis suis. et edu-
cunt illum vt crucifigerēt eū. Et anga-

riauerunt pretereuntē quempiā symo-
nē cyreneū venientē de villa patrē alexan
dri et ruffi: vt tolleret crucē eius. Et per
ducunt illū in golgotha locū: qđ est inter
pretatū caluarie locus. Et dabant ei bi-
bere myrrhatū vinum: et nõ accepit. Et
crucifigētes eum: diuiserunt vestimēta
eius mittētes sortē sup eis qđ quis tolle
ret. Erat autē hora tertia: et crucifixerūt
eū. Et erat titulus cause eius inscriptus
rex iudeorū. Et cum eo crucifigūt duos
latrones: vnum a dextris: et aliuz a sini-
stris eius: et adimpleta est scriptura que
dicit. Et cum iniquis: reputatus est. Et
pretereuntes blasphemabant eum: mo
uentes capita sua et dicētes. s Uah qui
destruis tēplum dei: et in tribus diebus
reedificas illud. Saluū fac temetipsum
descendens de cruce. c Similiter et sum
mi sacerdotes illudētes ad alterutrum:
cū scribis dicebāt. s Alios saluos fecit: se
ipsum non potest saluum facere. Chri-
stus rex israel descendat nunc de cruce:
vt videamus et credamus. c Et qui cū
eo crucifixi erāt: cōuiciabantur ei. Et fa
cta hora sexta: tenebre facte sunt p totaz
terrā/ vsqz in horā nonā. Et hora nona:
exclamauit iesus voce magna dicens.
✠ Heloy. heloy. lamazabathani. c Qđ
est interpretatum. ✠ Deus meus: deus
meus: vt qđ dereliquisti me. c Et qđam
de circumstantibus audientes: dicebant
s Ecce helyā vocat. c Currēs autē vnus
et implens spongiā aceto: circūponensqz
calamo: potum dabat ei dicēs. s Sinite
videamus si veniat helyas ad deponen
dū eū. c Jesus autē emissa voce magna
expirauit. Hic fiat genuflectio dicendo
Pater noster. Aue maria. In manus tu
as. c Et velū templi scissum est in duo:
a summo vsqz deorsum. Uidēs autē cē-
turio q ex aduerso stabat: qđ sic clamans
expirasset: ait. s Uere hic homo. filius
dei erat. c Erant autē et mulieres de lon
ge aspiciētes: inter quas erat maria ma
gdalene et maria iacobi minoris. et io-
seph mater et salome. Et cū esset in gali
lea sequebantur eum et ministrabāt ei:
et alie multe que simul cum eo ascende-
rant hierosolymam. Euangelium

ET cum iā sero factū esset. qđa erat
parasceue quod est ante sabbatū.
venit ioseph ab arimathia. nobilis decu
rio: qui et ipse erat expectans regnū dei.
Et audacter introiuit ad pilatū: et petiit
corpus iesu. Pilat⁹ autē mirabatur si iā
obiisset. Et accersito cēturione: interro-
gauit eū. si iā mortuus esset. Et cum co
gnouisset a centurione: donauit corpus
ioseph. Joseph autē mercatus syndonē:
et deponēs eū inuoluit syndone: et posu
it eū in monumēto. qđ erat excisum de
petra. Et aduoluit lapidē: ad ostiū mo-
numenti. Offer. Custodi me dñe de manu
peccatoris: et ab hoībus iniquis eripe me dñe. ℣
Qui cogitauerūt supplātare gressus meos ab-
sconderunt superbi laqueum mihi. Secreta.

DIcate tibi plebis dñe qs oblatio-
nes sanctifica: vt a terrene vetu-
statis cōuersatiōe mundati celestis vite
pfectibus innouemur. Per dñm. Cōio.
Aduersuz me exercebātur qui sedebāt in por
ta: et in me psallebant qui bibebant vinum: ego
vero oratione meā ad te dñe tempus beneplaci
ti deus in multitudine mie tue. Postcōio.

REpleti dñe sacris muneris gratia
supplices exoram⁹: vt q gustu cor
poreo dulci veneratiōe contingim⁹. dul
ciora mētibus sentiamus. Per do. Sup
ppl'm Humiliate capita vra deo. Oro.

TUa nos misericordia deus et ab
omni surreptiōe vetustatis expur
get: et capaces sancte nouitatis efficiat.
Per dominum. Feria. iiii. Officium.

N noīe dñi omne genu
flectatur celestiuz terre-
striū et infernorum: qr dñs
factus est obediēs vsqz
ad mortē mortē autem
crucis: ideo dñs ies⁹ xps
in gloria est dei patris. ps. Dñe exaudi ora
tionē meā: et clamor me⁹ ad te veniat. Sequi
tur oro sine Dñs vobiscū. sed cū Orem⁹
et Flectamus genua leuate. Oratio.

PResta qs oīps deus: vt q nris exces
sibus incessanter affligimur. p vni
geniti tui passionē liberemur. Qui tecū
Lectio Ysaye prophete. lxii. et lxiii.

HEc dicit dñs deus. Dicite filie syon:
ecce saluator tuus venit. Ecce

merces eius cũ eo: ⁊ opus illius corã illo. Quis est iste q̃ venit de edom. tinctis vestibus de bosra: Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiã: et ꝓpugnator sum ad saluãdũ. Quare ergo rubrũ est indumẽtũ tuũ. et vestimẽta tua. sicut calcãtiũ in torculari. Torcular calcaui solus: et de gẽtibus nõ est vir mecũ. Calcaui eos in furore meo: ⁊ conculcaui eos in ira mea. Et aspsus est sãguis eorũ sup vestimẽta mea: ⁊ oĩa idumẽta mea inquinaui. Dies eñ vltiõis in corde meo: ãnus retributiõis mee venit. Circũspexi. et nõ erat auxiliator: q̃siui et nõ fuit q̃ adiuuaret. Et saluauit mihi brachiũ meum: et indignatio mea ipse auxiliata est mihi. Et cõculcaui pplos in furore meo et inebriaui eos idignatiõe mea: ⁊ detraxi in terrã ꝟtutẽ eorũ. Miserationũ dñi recordabor. Laudẽ dñi ãnũciabo. sup oĩbus q̃ reddidit nobis: dñs deus nr̃. Gr. Ne auertas faciẽ tuã a puero tuo: qm̃ tribulor velociter exaudi me. ℣. Saluũ me fac deus qm̃ intrauerũt aq̃ vsq₃ ad aĩam meã: infix⁹ sum i limo ꝓfundi: ⁊ nõ est substãtia. Sequat̃ Dñs vobiscũ. Oremus. Flectamus ge. Oratio

Deus qui ꝓ nobis filiũ tuũ crucis patibulũ subire voluisti vt inimici a nobis expelleres potestatẽ cõcede nobis famulis tuis: vt resurrectionis eius gratiã cõsequamur. Per eundẽ. Hic dñr mediocrit voce. Lectõ Isaie prophete. liii.

In diebus illis. Dixit isayas. Dñe quis credidit auditui nr̃o: et brachium dñi cui reuelatũ est: Et ascendet sicut virgultũ corã eo: et sicut radix de terra sitienti. et non est species ei neq₃ decor. Et vidimus eũ: et nõ erat aspectus: ⁊ desiderauimus eũ despectũ. et nouissimũ virorũ virũ dolorũ et scientẽ infirmitatẽ. Et quasi abscõditus vult⁹ eius et despectus: vnde nec reputauimus eum. Uere lãguores nr̃os ipse tulit: et dolores nr̃os ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum: et percussum a deo et humiliatũ. Ipse aũt vulneratus est ꝓpter iniq̃tates nr̃as: attritus est propter scelera nr̃a. Disciplina pacis nostre sup eum: et liuore eius sanati sum⁹. Oẽs nos quasi oues errauimus: vnusq̃sq₃ in viã suaz declinauit. et dñs posuit in eo iniquitatẽ oĩm nostrũ. Oblatus est q2 ipse voluit: ⁊ nõ aperuit os suũ. Sicut ouis ad occisionẽ ducetur: et quasi agnus corã tondẽte se obmutescet: et non aperiet os suũ. De angustia et de iudicio sublatus est: generationẽ eius q̃s enarrabit: Q2 abscisus est de terra viuẽtium. Propter scelus populi mei percussit eũ: et dabit impios ꝓ sepultura. et diuitẽ ꝓ morte sua. eo q̃ iniq̃tatez non fecerit. neq₃ dolus eius in ore eius. et dñs voluit conterere eũ in infirmitate. Si posuerit pro pctõ aĩam suã: videbit semẽ lõgeuũ. et voluntas dñi in manu eius dirigetur. ꝓ eo qđ tradidit in mortẽ aĩam suã. et cũ sceleratis reputatus est. Et ipse pctã multorũ tulit: et pro trãsgressoribus rogauit vt nõ perirent. Dicit dñs oĩps. Chor⁹ alternatim dicat tractũ: ita q̃ dũ ꝟ. canit̃ chor⁹ ex illa parte stare tenet̃ alia parte chori interim sedẽte: ⁊ sic ꝑcãtet̃ tot⁹ tractus a choro q̃ñ cũq₃ dr̃ tractus a choro in stallis a septuagesima vsq₃ ad pascha. Tractus.

Domine exaudi orationẽ meã et clamor me⁹ ad te veniat. Ne auertas faciẽ tuã a me in quacũq₃ die tribulor: inclina ad me aurẽ tuã. In quacũq₃ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerũt sicut fumus dies mei et ossa mea sicut in frixorio cõfrixa sunt. Percussus sum sicut fenũ et aruit cor meũ: q2 oblit⁹ sũ mãducare panẽ meũ. Tu exurgens dñe misereberis syõ: q2 venit tp̃s miserendi ei⁹. Sequat̃ passio cũ Dñs vobiscũ. Passio dñi nr̃i iesu christi. Secundum Lucam. xxii.

In illo tp̃e: Appropinquabat aũt dies festus azimorũ. q̃ dicitur pascha: et q̃rebãt principes sacerdotũ et scribe: quomodo iesuz interficerẽt. Timebant vero plebẽ. Intrauit aũt sathanas in iudã. q̃ cognoiabat̃ scarioth: vnus de duodecim: ⁊ abiit ⁊ locut⁹ est cũ principibus sacerdotũ et magistratib⁹. quẽadmodũ illũ traderet eis. Et gauisi sunt: et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat oportunitatem vt traderet illũ sine turbis. Uenit autez dies azimorũ. in qua necesse erat occidi pascha. et misit petrum et ioannẽ dicẽs.

✠ Euntes parate nobis pascha: vt manducemus. ¶ At illi dixerūt. s Ubi vis paremus? ¶ Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatē: occurret vobis homo quidā amphorā aque portans. Sequimini eū in domū in quā intrat: et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Ubi ē diuersoriū. vbi pascha cū discipulis meis mādulcē? Et ipse vobis ostendet cenaculū magnū stratū: et ibi parate. ¶ Euntes aūt inuenerūt sicut dixit illis: et parauerūt pascha. Et cū facta esset hora discubuit: et duodecī apl'i cū eo. Et ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha mādulcare vobiscū: anteq̄ patiar. Dico enī vobis: q2 ex hoc nō manducabo illud. donec impleat in regno dei. ¶ Et accepto calice: gratias egit et dixit. ✠ Accipite: et diuidite inter vos. Dico enī vobis q2 nō bibā de generatiōe vitis. donec regnū dei veniat. ¶ Et accepto pane. gratias egit et fregit: et dedit eis dicēs. ✠ Hoc est corpus meū q2 pro vobis datur: hoc facite in meā commemorationē. ¶ Similiter et calicē: postq̄ cenauit dicens. ✠ Hic est calix nouū testamētum in sanguine meo: q p vobis fundet. Uerūtamē ecce manus tradentis me: mecū est in mēsa Et quidem filius hominis: scd'm quod diffinitū est vadit. Uerūtamen ve hoī illi per quē tradetur. ¶ Et ipsi ceperunt querere inter se quis esset ex eis: q hoc facturus esset. Facta est aūt et cōtentio inter eos: quis eorū videret esse maior. Dixit aūt eis. ✠ Reges gentiū dominant eorū: et q potestatē habēt super eos benefici vocant. Uos aūt non sic. Sed qui maior est in vobis: fiat sicut minor. Et q precessor est: sicut ministrator. Nam quis maior est q recūbit, an qui ministrat? Nōne q recūbit? Ego autem in medio vestrū sum: sicut q ministrat. Uos aūt estis: q pmansistis mecū in tēptationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū: vt edatis et bibatis super mensam meā in regno meo: et sedeatis super thronos duodecim. iudicātes duodecim tribus israel. ¶ Ait aūt dñs symoni. ✠ Symon ecce sathanas expetiuit vos: vt cribraret sicut triticum. Ego autē rogaui pro te: vt nō deficiat fides tua. Et tu aliquādo conuersus: confirma fratres tuos. ¶ Qui dixit ei. s Dñe: tecū paratus sum et in carcerē et in mortē ire. ¶ Et ille dixit. ✠ Dico tibi petre: nō cātabit hodie gallus. donec ter abneges nosse me. ¶ Et dixit eis. ✠ Quādo misi vos sine sacculo et pera. et calciamētis: nunquid aliquid defuit vobis? ¶ At illi dixerunt. s Nihil. ¶ Dixit ergo eis. ✠ Sed nūc q habet sacculū: tollat similiter et perā. Et q non habet: vēdat tunicā suā. et emat gladium. Dico eniz vobis: qm̄ adhuc hoc qd scriptū est oportet impleri in me. Et cū iniquis deputatus est. Etenī ea q̄ dicta sūt de me: finē habent. ¶ At illi dixerunt. s Dñe: ecce gladii duo hic. ¶ At ille dixit eis. ✠ Satis est. ¶ Et egressus: ibat secundū cōsuetudinē in montē oliuarū. Secuti sunt aūt illū: et discipuli. Et cū puenisset ad locū: dixit illis. ✠ Orate: ne intretis in tēptationē. ¶ Et ipse auulsus est ab eis: quantū iact9 est lapidis. Et positis genibus: orabat dicēs. ✠ Pater: si vis trāsfer calicē istuz a me. Uerūtamē nō mea volūtas: s3 tua fiat. ¶ Apparuit aūt illi angelus de celo: cōfortans eū. Et factus in agonia: prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā. Et cū surrexisset ab oratiōe et venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormiētes. pre tristicia. Et ait illis. ✠ Quid dormitis? Surgite: orate. ne intretis in tēptationē. ¶ Adhuc eo loquente: ecce turba. et q vocabat iudas vnus de duodecim. āteccedebat eos. Et appropinquauit iesu: vt oscularet eum. Iesus aūt: dixit illi. ✠ Juda: osculo filium hoīs tradis? ¶ Uidentes aūt hi q circa ipm erāt. qd futurū erat: dixerūt ei. s Dñe: si percutimus i gladio? ¶ Et percussit vnus ex illis seruū pricipis sacerdotū: et amputauit auriculā eius dexterā. Respōdens aūt iesus: ait. ✠ Sinite: vsq3 huc. ¶ Et cū tetigisset auriculā eius: sanauit eū. Dixit aūt iesus ad eos q venerant ad se principes sacerdotum. et magistratus tēpli: et seniores. ✠ Quasi ad latronem existis cū gladiis et fustibus: cum quoti

die vobiscũ fuerim in tẽplo: et nõ extẽdi
stis manus in me. Sed hec est hora ve
stra: et potestas tenebrarũ. c Comprehẽ
dentes autẽ eũ: duxerunt ad domũ prin
cipis sacerdotũ. Petr⁹ vero sequebatur
eũ a longe. Accenso autẽ igne in medio
atrii et circũsedẽtibus illis: erat petrus
in medio eorũ. Quẽ cũ vidisset ancilla
quedã sedentẽ ad lumen: et cum fuisset
intuita: dixit. s Et hic cum illo erat. c At
ille negauit eũ dicẽs. s Mulier: nõ noui
illũ. c Et post pusillũ: alius videns eũ di
xit. s Et tu de illis es. c Petrus vero ait
s O homo: nõ sum. c Et interuallo facto
quasi hore vnius: alius quidã affirmabat
dicẽs. s Vere et hic cũ illo erat: nã et gali
leus est. c Et ait petrus. s Homo: nescio
qd dicis. c Et cõtinuo adhuc eo loquẽte:
cãtauit gallus. Et conuersus dñs: respe
xit petrũ. Et recordat⁹ est petrus verbi
dñi sicut dixerat: qa priusq̃ gallus cãtet
ter me negabis. Et egressus foras petr⁹
fleuit amare. Et viri q̃ tenebant illũ: illu
debãt ei cedẽtes. Et velauerũt eũ: et per
cutiebãt faciẽ eius: et interrogauerũt eũ dicẽ
tes. s Prophetiza: quis est q̃ te percussit. c
Et alia multa blasphemãtes: dicebãt in
eum. Et vt factum est dies: conuenerunt
seniores plebis: et principes sacerdotũ et
scribe. et duxerũt illũ in cõsilium suũ di
centes. s Si tu es xp̃s: dic nobis. c Et ait
illis. ✠ Si vobis dixero: non credetis
mihi. Si aũt et interrogauero: nõ respõ
debitis mihi: neq̃ dimittetis. Ex hoc au
tẽ erit fili⁹ hominis sedens a dextris vir
tutis dei. c Dixerũt autẽ oẽs. s Tu ergo
es filius dei? c Qui ait. ✠ Vos dicitis:
quia ego sum. c At illi dixerunt. s Quid
adhuc desideramus testimonium? Ipsi
enim audiuimus de ore eius. c Et surgẽs
oĩs multitudo eorũ: duxerũt illũ ad pila
tũ. Ceperũt autẽ accusare eũ dicentes. s
Hunc inuenimus subuertentẽ gentẽ no
strã. et phibentẽ tributa dari cesari: et di
centẽ se xp̃m regẽ esse. c Pilatus autẽ in
terrogauit eũ dicens. s Tu es rex iudeo
rũ? c At ille respõdẽs ait. ✠ Tu dicis. c
Ait aũt pilatus ad principes sacerdotũ:
et turbas. s Nihil inuenio cause in hoc
hoĩe. c At illi inualescebãt dicẽtes. s Cõ
mouit populũ docẽs p vniuersã iudeã:
incipiens a galilea vsq̃ huc. c Pilat⁹ aũt
audiẽs galileã: interrogauit si homo ga
lileus esset. Et vt cognouit qd de hero
dis potestate esset: remisit eũ ad herodẽ
q̃ et ipse erat hierosolymis illis dieb⁹. He
rodes autẽ viso iesu: gauisus est valde.
Erat eñ cupiẽs ex multo tẽpore videre
eũ eo q̃ audierat multa de eo. et spabat
signum aliqd videre ab eo fieri. Interro
gabat autẽ illũ: multis sermonibus. At
ipse nihil illi r̃ndebat. Stabãt autẽ prin
cipes sacerdotũ et scribe: cõstãter accusan
tes eũ. Spreuit aũt illũ herodes cũ exer
citu suo: et illusit indutũ veste alba: et re
misit ad pilatũ. Et facti sunt amici hero
des et pilatus: in ipsa die. Nã ãtea: inimi
ci erãt ad inuicẽ. Pilat⁹ aũt cõuocatis pri
cipibus sacerdotũ et magistratib⁹ et ple
be: dixit ad illos. s Obtulistis mihi hũc
hoiem quasi auertẽtẽ populũ: et ecce ego
corã vobis interrogãs: nullã causã inue
nio in hoie isto. ex his in qbus eũ accusa
tis. Sed neq̃ herodes. Nam remisi vos
ad illũ. et ecce nihil dignũ morte actum
est ei. Emẽdatũ ergo illũ dimittã. c Ne
cesse aũt habebat: dimittere eis per diez
festũ vnũ. Exclamauit autẽ simul vni
uersa turba: dicẽs. s Tolle hũc: et dimit
te nobis barrabã. c Qui erat ppter sedi
tionẽ quãdã factã in ciuitate et homici
diũ: missus in carcerẽ. Iterũ aũt pilatus
locutus est ad illos: volens dimittere ie
sum. At illi succlamabãt dicẽtes. s Cruci
fige: crucifige eũ. c Ille autẽ tertio: dixit
ad illos. s Quid enim mali fecit iste? Nul
lã causã mortis inuenio in eo. Corripiã
ergo illũ: et dimittã. c At illi instabãt vo
cibus magnis. postulantes vt crucifige
retur: et inualescebãt voces eorũ. Et pilat⁹
adiudicauit fieri petitionẽ eorũ. Dimi
sit aũt illis eũ q̃ ppter homicidiũ et sedi
tionẽ missus fuerat in carcerẽ. quẽ pete
bãt: iesũ vero tradidit voluntati eorũ. Et
cũ ducerẽt eũ: apprehenderũt symonem
quẽdã cyrenẽsem. venientẽ de villa. et im
posuerũt illi crucẽ portare post iesũ. Se
quebat autẽ illũ multa turba populi. et
mulierũ: q̃ plãgebãt et lamentabãtur eũ.
Cõuersus aũt ad illas iesus: dixit. ✠ Fi

lie hierusalē nolite flere sup me sed super vosipsas flete: et sup filios vr̄os. Quoniā ecce venient dies: in q̄bus dicēt. Beate steriles ⁊ vētres q̄ nō genuerūt: ⁊ vbera q̄ nō lactauerūt. Tūc incipiēt dicere montib⁹ cadite super nos. et collibus operite nos. Q2 si in viridi ligno hec faciūt: in arido q̄d fiet. ⁋ Ducebant aūt ⁊ alii duo nequā cū eo: vt interficerent. Et postq̄ venerūt in locū q̄ vocat̄ caluarie: ibi crucifixerūt eū. Et latrones. vnū a dextris: et alterū a sinistris. Jesus autē dicebat. ✠ Pater: dimitte illis: nō eñ sciūt q̄d faciūt. ⁋ Diuidētes vero vestimenta eius: miserunt sortes. Et stabat populus expectans: et deridebāt illū principes. cū eis dicētes. S Alios saluos fecit: seipm̄ saluū faciat: si hic est x̄p̄s dei electus. ⁋ Illudebant autē ei et milites accedētes: et acetū offerētes illi dicētes. S Si tu es rex iudeorū: saluū te fac. ⁋ Erat aūt et superscriptio scripta sup illū litteris grecis et latinis ⁊ hebraicis: hic est rex iudeorū. Unus aūt de his q̄ pendebant latronibus. blasphemabat eum: dicens. S Si tu es x̄p̄s: saluū fac temetipm̄ ⁊ nos. ⁋ Rñdens aūt alter increpabat illū dicēs. S Neq̄ tu times deū: q̄ in eadē dānatiōe es. Et nos q̄dē iuste. nā digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. ⁋ Et dicebat ad iesū. S Dñe: memēto mei: cū veneris in regnū tuū. ⁋ Et dixit illi iesus. ✠ Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradyso. ⁋ Erat autē fere hora sexta: ⁊ tenebre facte sūt in vniuersa terra. vsq̄ in horā nonā. Et obscuratus est sol: et velū tēpli scissum est medium. Et cū dixerit diaconus. Uelū templi scissum est. Uelus ante altare cadere permittatur. Et clamans voce magna iesus ait. ✠ Pater: in manus tuas: commendo spiritū meum. ⁋ Et hec dicēs expirauit. Hic fiat genuflectio dicēdo. Pater noster. Aue maria. In manus tuas. ⁋ Uidens autē centurio q̄d factū fuerat: glorificauit deum dicens. S Uere: hic homo iustus erat. ⁋ Et ōis turba eorū. qui simul aderant. ad spectaculū istud. et videbāt q̄ fiebant. percutiētes pectora sua reuertebātur. Stabant autē oēs noti eius a longe: et mulieres que secute erant eū a galilea hec videntes. Euangelium

Et ecce vir noīe ioseph q̄ erat decurio vir bonus et iustus: hic nō consenserat cōsilio et actibus eorū: ab arimathia ciuitate iudee: q̄ expectabat ⁊ ipse regnū dei. Hic accessit ad pilatum: ⁊ petiit corpus iesu. Et depositū inuoluit syndone: et posuit eum in monumento exciso In quo nōdū q̄sq̄ positus fuerat. Offertorium. Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te perueniat. V. Ne auertas faciem tuā ne auertas faciem tuam a me. Secreta.

Suscipe q̄s dñe munus oblatum: et dignāter operare: vt q̄d passionis filii tui dñi nostri mysterio gerimus piis affectibus cōsequamur. Per eūd. Cōm. Potū meū cū fletu temperabā: q̄ eleuans allisisti me: et ego sicut fenū arui: tu aūt dñe in eternū permanes. tu exurgens misereberis syon quia venit tēpus miserendi eius. Posthcō.

Largire sensibus nr̄is oīps deus: vt per temporalē filii tui mortē q̄ mysteria venerāda testātur: vitā nobis dedisse ꝑpetuā cōfidam⁹. Per eūd. Sup ppl̄m. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Respice q̄s dñe sup hanc familiam tuā pro qua dñs noster iesus x̄p̄s nō dubitauit manibus tradi nocentium et crucis subire tormētū. Qui tecū viuit.

⁋ Feria. v. in cena dñi. In primis fiat recōciliatio penitēt. hoc modo. Nona cantata ꝑgat excellēter sacerdos ad ostiū ecclesie occid. indutus vestib⁹ sacer. in cappa serica rubea cū duob⁹ diaco. albis cū amictib⁹ indutis absq̄ subdiaco. et sine cruce p mediū chori ꝓcedēs. vexillo cādido sintq̄ ꝑsentes in atrio ecclesie qui recōciliandi sunt. Et si ep̄s adest / principalis archid. ex parte penitē. sez extra ostiū ecclie in cappa serica legat hanc lectionē.

Adest o venerabilis pontifex tempus acceptū dies ꝓpiciationis diuine et salutis humane: qua mors interitū ⁊ vita accepit eterna principiū: quādo in vinea dñi sabaoth sic nouorū plantatio facienda est: vt purgetur excecatio vetustatis. Quāuis enī a diuitiis bonitatis dei nihil tēporis vacet: nūc tamen et largior est per indulgentiā remissio peccatorū: et copiosior per gratiā

assumptio renascentiũ. Augemur regenerãdis: crescimus reuersis. Lauãt aque lauant lachryme. Inde est gaudiũ de assumptione vocatorũ: hinc letitia de absolutione penitentiũ. Inde est qđ supplicem istum postea q̃ in varias formas criminũ neglectu mandatorũ celestiũ et morũ probabiliũ transgressione deciderit: humiliatũ atq; prostratũ prophetica ad deum voce clamãtẽ dicentem. Peccauimus cũ patribus nostris: iniuste egimus: iniquitatem fecimus. Miserere nostri dñe: vocẽ euangelicam nõ frustratoria aure capientes: beati qui lugent: quoniã ipsi consolabuntur. Manducauerũt sicut scriptũ est panẽ doloris: lachrymis stratũ rigauerunt: cor suũ luctu: corpus ieiuniis afflixerũt: vt animarũ reciperẽt quã perdiderant sanitatẽ. Unicũ est itaq; penitentie suffragiũ: qđ et singulis prodest et omnibus in commune succurrit. Redintegra in eo apostolice põtifex quicquid diabolo suadente/ seuiente/ scindente corruptum est: et orationũ tuarũ patrocinantibus meritis per diuine reconciliationis gratiã fac hoĩes proximos deo: vt qui antea in suis peruersitatibus displicebant: nũc iam placere se dño in regionẽ viuorũ deuicto mortis sue auctore gratulentur. Hec lectio nõ legatur epo absente. Finita lectiõe incipiat eps añ. Uenite venite venite. pre hostiũ ostiũ cõuersus ad penitentes signũ faciendo cũ manu quasi vocando. Deinde diaconus ex parte penitẽ. stãs extra ostiũ dicat. Flectamus genua. Alius diacon⁹ ex parte epi dicat Leuate. et ita fiat tribus vicibus. Iterũ q; post tertiã repetitionẽ añ. nõ sit Flectamus genua. sed chorus psequatur tota añ. cantando et incipiente. Filii audite me timorem dñi docebo vos ps. Benedicam. Totus ps dr cum Gloria patri. Et post vnũquẽq; v. repetatur añ. Dũ ps canitur a choro cũ añ. semp manuatim penitentes ab aliquo presbytero de choro habitu nõ mutato reddãtur sacerdoti executori officii et ab ipso restituantur ecclesie gremio. Tamẽ si eps presens fuerit penitẽtes a presbytero reddantur archid. et ab ipso reddãtur epo. et ab ipso restituãtur ecclesie gremio. Quibus expletis processio more solito in chorũ redeat. Deinde prosternãt se oẽs et dicant clerici in choro septẽ psalmos penitẽtiales cũ Gloria patri. et Sicut erat. Sacerd. vero cum suis ministris dicat per se septẽ psalmos cũ Gloria patri. et Sicut erat. et añ. Ne reminiscaris. cũ Kyrie eleysõ. Christe eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. ante altare sicut in die cinerũ prenotatum est. Deinde erigẽs se sacerd. cõuersus ad australẽ corã dextro cornu altaris sine nota dicat. Dñe nõ. Sed libera nos. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes in te. Conuertere dñe vsquequo. Et deprecabilis esto super seruos tuos. Mitte eis dñe auxiliũ de sancto. Et de Syon tuere eos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriã nominis tui dñe libera nos. et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Dñe exaudi orationẽ meam. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris et me q̃ etiã mĩa tua primus indigeo clementer exaudi: et quẽ nõ electione meriti sed dono gr̃e tue constituisti operis huius ministrũ da fiduciã tui muneris exequendi: et ipse in nostro ministerio qđ tue pietatis est operare. Per christum. Et dicãtur oẽs orationes et terminentur sub tono lectionis: et oẽs orões cũ Oremus. nõ dicto Dñs vobiscum. nisi ante primã orõnẽ tm̃. Oratio.

Deus humani generis benignissime conditor et misericordissime reformator qui hominẽ inuidia diaboli ab eternitate deiectum vnici filii tui sanguine redemisti. viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenus mori desideras. et qui non derelinquis deuios assume correctos. moueant pietatem tuam quesumus dñe horũ famulorũ tuorũ lachrymosa suspiria. tu eorũ medere vulneribus. tu iacẽtibus manũ porrige salutarẽ. ne ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur. ne grex tuus detrimentum sustineat: ne de familie tue damno inimicus exultet. ne renatos lauacro salutari mors secũda possideat. Tibi ergo dñe supplices preces et cordis fletũ effundimus. tu parce confitentibus. vt sic in hac mortalitate peccata sua te adiuuante defleant. quatenus in tremendi iudi-

cii die sententiam eterne damnationis euadant: et nesciant piissime pater quod terret in tenebris, quod stridet in flammis: atque ab erroris sui via ad iter reuersi iustitie nequaquam nouis vulneribus sauciantur: sed integrum sit eis atque perpetuum: et quod gratia tua contulit: et quod misericordia reformauit. Per eundem christum dominum nostrum. Alia oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: qui vulnera nostra curare dignatus es: te supplices rogamus ac petimus nos humiles tui sacerdotes, vt precibus nostris aurem tue pietatis inclinare digneris atque ad penitentiam confessione mouearis. remittasque omnia crimina et peccata vniuersa condones: deque his famulis tuis domine pro suppliciis veniam, pro merore letitiam, pro morte vitam: vt qui ad tantam spem celestis apicis deuoluti sunt, de tua misericordia confidentes, ad bona pacifici famuli tui atque ad celestia bona peruenire mereantur. Per christum dominum nostrum. Hic non dicit Oremus sed sacerdos ad populum conuersus manu erecta sine nota dicat absolutionem.

Absoluimus vos vice beati petri apostolorum principis, cui collata est a domino potestas ligandi atque soluendi: et quantum ad vos pertinet accusatio et ad nos remissio: sit vobis omnipotens deus vita et salus, et omnium peccatorum vestrorum pius indultor. Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate spiritussancti deus. Per omnia. Et sic surgant omnes a prostratione eleuantes formulas vel terram sacerdote dicente. Qui viuit. et si episcopus adest dicat benedictionem. Deinde incipiatur missa solempniter sine regimine chori. Officium.

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi: in quo est salus vita et resurrectio nostra: per quem saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Si episcopus celebret dicitur Gloria patri. et siue episcopus presens fuerit siue non dicitur cantus de Conditor kyrie. absque versibus. Si episcopus celebret dicitur Gloria in excelsis. aliter non sequatur Oremus flectamus genua. Leuate. Oratio.

Deus a quo et iudas proditor reatus sui penam et confessionis sue latro premium sumpsit: concede nobis tue propitiationis effectum: vt sicut in passione sua iesus christus dominus noster diuersa vtrisque intulit stipendia meritorum, ita nobis ablato vetustatis errore resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecum viuit et regnat. Ad corinthios. i. xi.

Fratres. Conuenientibus vobis in vnum iam non est dominicam cenam manducare. Vnusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum. Et alius quidem esurit alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? Aut ecclesiam dei contemnitis et confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis: quoniam dominus iesus in qua nocte tradebatur accepit panem et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenauit dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotienscunque bibetis in meam commemorationem. Quotienscunque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit: non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus: non vtique diiudicaremur. Dum iudicamur autem a domino corripimur: vt non cum hoc mundo damnemur. Hec predicta epistola legatur in pulpito: et ibidem cantetur grad. a duobus pueris in superpelliciis. Gr. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem autem crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illum: et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Repetatur grad. nisi episcopus celebret. Euangelium legatur in pulpito more dominicali. Secundum Ioannem. xiii.

Ante diē festū pasche. sciēs iesus
qa venit hora eius. vt trāseat ex
hoc mūdo ad patrē: cū dilexisset suos q
erant in mūdo. in finē dilexit eos. Et ce-
na facta cum diabolus iā misisset in cor
vt traderet eum iudas symonis scario-
this: sciēs qa oīa dedit ei pater in man⁹.
et qz a deo exiuit. et ad deū vadit. surgit
a cena z ponit vestimēta sua. Et cū acce
pisset lintheum precinxit se. Deinde mi
sit aquā in peluim: et cepit lauare pedes
discipulorū suorum: et extergere lintheo
quo erat precinct⁹. Uenit ergo ad symo
nem petrū: et dicit ei petrus. Dñe: tu mi
hi lauas pedes? Respōdit iesus: et dixit
ei. Qđ ego facio tu nescis modo: scies au
tē postea. Dicit ei petrus. Non lauabis
mihi pedes in eternū. Respōdit ei iesus.
Si nō lauero te: nō habebis partem me
cum. Dicit ei symon petrus. Dñe: nō tā
tuz pedes meos: sed et manus et caput.
Dicit ei iesus. Qui lotus est nō indiget
nisi vt pedes lauet: sed est mūdus totus
Et vos mūdi estis: sed nō oēs. Sciebat
eñ quisnā esset q traderet eum. ppterea
dixit. nō estis mundi oēs. Postq̄ ergo la
uit pedes eorū. et accepit vestimēta sua:
et cū recubuisset iterū dixit eis. Scitis
qđ fecerim vobis? Uos vocatis me ma-
gister et dñe: et bene dicitis. Sū etenim
Si ergo ego laui pedes vr̄os dñs et ma
gister: et vos debetis alter alterius laua
re pedes. Exemplū eñ dedi vobis: vt quē
admodū ego feci vobis: ita et vos facia-
tis. Sine Credo in vnū deū. Si eps cele
brauerit: legatur euāgeliū more dupli
cis festi: cum Credo in vnū deum. Offer.
Dextera dñi fecit virtutem dextera dñi exalta
uit me non moriar sed viuā z narrabo opa dñi
Ponātur a subdiacono. tres hostie ad cōse-
crādū: quarū due reseruētur in crastinū.
vna ad pcipiēdū a sacerdote: reliqua vt
ponatur cū cruce in sepulchro. Secreta.
Ipse tibi q̄s dñe sancte pater omni
potens eterne deus sacrificiū no-
strū reddat acceptū: qui discipulis suis
in sui cōmemoratione hoc fieri hodierna
traditione mōstrauit iesus xp̄s dñs no-
ster. Qui tecum viuit. Prefatio quotid.
Hac die Sanctus. solēniter cātetur: licet
eps defuerit. Infra canonē. Cōmuni-
cātes et Hanc igitur. et Qui pridie. et di
cuntur tam a sacerdote q̄ ab epo. Tres
pueri ante olei cōsecrationem simul can
tent hūc hymnū in superpelliciis. O redē-
ptor. Chor⁹ idē repetat post vnūquēqz
v. Hac die nō dicitur Agnus dei. nec pax
detur: nisi eps celebrauerit: tunc eñ dr
Agnus dei. solēniter more duplicis festi
et sacri crismatis ampulla pro pace deo-
sculetur. Cōio. Dñs iesus postq̄ cenauit
cū discipulis suis lauit pedes eorū z ait illis: sci
tis qđ fecerim vobis ego dñs et magister: exem
plū dedi vobis: vt et vos ita faciatis. Cātata
cōmunione statim incipiātur vespere fe
stiue sine regimine chori: et sine De⁹ in
adiutoriū. ab aliquo de superiori gradu
incipiatur añ Calicem. Psalmus.
Credidi ppter qđ locutus sū: ego
autē humiliatus sū nimis. Ego
dixi in excessu meo: oīs homo mendax.
Quid retribuā dño: p oībus q̄ retribu-
it mihi. Calicē salutaris accipiā: et no-
men dñi inuocabo. Uota mea dño red
dā corā oī populo eius: preciosa in cōspe
ctu dñi mors sctōꝝ eius. O dñe qa ego
seruus tuus: ego seruus tuus et fili⁹ an-
cille tue. Dirupisti vincula mea tibi sa-
crificabo hostiā laudis: et nomen dñi in
uocabo. Uota mea dño reddā in cōspe-
ctu oīs populi eius: in atriis dom⁹ dñi in
medio tui hierusalē. Non dr Gloria pa-
tri. sed repetat añ. Calicē salutaris accipi-
am et nomē dñi inuocabo. Et cetere añ. cū
suis psis dicāt sine Gloria patri. Psalmus.
Ad dñm cū tribularer clamaui: z
exaudiuit me. Dñe libera aīam
meā a labiis iniquis: et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur
tibi: ad linguā dolosā. Sagitte potētis
acute: cū carbonibus desolatoriis. Heu
mihi qa incolatus meus plōgatus est:
habitaui cū habitātibus cedar: multū
incola fuit aīa mea. Cū his qui oderūt
pacē eram pacificus: cum loquebar illis
impugnabāt me gratis. añ. Cū his qui
oderunt pacē eram pacificus: cum loquebar il-
lis impugnabant me gratis. Psalmus.
Eripe me dñe ab hoīe malo: a viro
iniquo eripe me. Qui cogitaue-

rũt iniq̃tates in corde tuo tota die ↄstitu
ebãt plia. Acuerũt linguã suam sicut
serpẽtes: venenũ aspidũ sub labiis eorũ.
Custodi me dñe de manu peccatoris:
et ab hoībus iniquis eripe me. Qui co-
gitauerũt supplãtare gressus meos: ab
scõderũt supbi laqueũ mihi. Et funes
extenderũt in laqueũ iuxta iter scanda-
lũ posuerunt mihi. Dixi dño deus me-
us es tu: exaudi dñe vocẽ deprecationis
mee. Dñe dñe virtus salutis mee: obũ-
brasti super caput meũ in die belli. Nõ
tradas me dñe a desiderio meo peccato-
ri: cogitauerunt contra me ne derelin-
quas me: ne forte exaltẽtur. Caput cir-
cuitus eorum: labor labiorũ ipsorũ ope-
riet eos. Cadent super eos carbones: in
ignem deiicies eos: in miseriis non sub-
sistent. Uir linguosus non dirigetur in
terra: virũ iniustũ mala capiẽt in interi-
tu. Cognoui q̃ faciet dñs iudicium in-
opis: ꝛ vindictã pauperũ. Uerũtamen
iusti confitebuntur nomini tuo: et habi-
tabunt recti cũ vultu tuo. Aña. Ab homi-
nibus iniquis libera me domine. Psalmus.

Domine clamaui ad te exaudi me
intende voci mee cũ clamauero ad
te. Dirigatur oratio mea sicut incensum
in cõspectu tuo: eleuatio manuũ mearũ
sacrificiũ vespertinũ. Pone dñe custodiã
ori meo: et ostium circũstantie labiis me-
is. Non declines cor meũ in verba ma-
licie: ad excusandas excusatiões in pctis.
Cũ hoībus operãtibus iniq̃tatẽ: ꝛ non
communicabo cũ electis eorũ. Corripiet
me iustus in mĩa et increpabit me: oleũ
autẽ pctõris nõ impinguet caput meũ.
Qm̃ adhuc et oratio mea in beneplaci-
tis eorũ: absorpti sunt iuncti petre iudi-
ces eorũ. Audient verba mea qm̃ potu-
erunt: sicut crassitudo terre erupta est su-
per terrã. Dissipata sunt ossa nostra se-
cus infernũ: q̃a ad te dñe dñe oculi mei:
in te speraui non auferas animã meam.
Custodi me a laqueo quem statuerũt
mihi: et a scãdalis operantiũ iniq̃tatem.
Cadẽt in retiaculo eius peccatores: sin-
gulariter sum ego donec transeam. Aña.
Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi: ꝛ
a scandalis operantium iniquitatẽ. Psalm⁹.

Uoce mea ad dñm clamaui: voce
mea ad dñm deprecatus sum. Ef-
fundo in cõspectu eius orationẽ meã: et
tribulationẽ meã ãte ipsum pronuncio.
In deficiendo ex me spiritũ meũ: et tu
cognouisti semitas meas. In via hac
qua ambulabã: abscõderũt laqueũ mi-
hi. Considerabã ad dexterã et videbã:
et non erat q̃ cognosceret me. Periit fu-
ga a me: et nõ est qui req̃rat aĩam meã.
Clamaui ad te dñe dixi tu es spes mea
portio mea in terra viuentium. Intende
ad deprecationem meam: quia humilia-
tus sum nimis. Libera me a persequẽ-
tibus me: quia confortati sunt sup me.
Educ de custodia animã meã ad confi-
tendũ nomini tuo: me expectãt iusti do-
nec retribuas mihi. Aña. Considerabam ad
dexterã et videbam: et non erat qui cognosceret
me. Finita hac quinta aña statim incipia-
tur aña. Cenantibus. Psalmus.

Magnificat aĩa mea dñm. Et ex-
ultauit spiritus meus: in deo sa-
lutari meo. Quia respexit humilitatẽ an-
cille sue: ecce enĩ ex hoc beatam me dicẽt
oẽs generationes. Quia fecit mihi magna q̃
potẽs est: et sctm̃ nomen eius. Et mĩa
eius a progenie in progenies: timentibus eũ.
Fecit potentiã in brachio suo: dispersit su-
pbos mente cordis sui. Deposuit poten-
tes de sede: et exaltauit humiles. Esuri-
entes impleuit bonis: et diuites dimisit
inanes. Suscepit israel puerũ suum: recor-
datus mĩe sue. Sicut locutus est ad pa-
tres nostros: abrahã et semini eius in secula. Aña.
Cenantibus aũt accepit iesus panẽ benedixit ac
fregit deditq̃ discipulis suis. Repetita aña post
Magnificat. dicat sacerdos. Postcõio. Refe-
ctione. Dñs vobiscũ. et Oremus. more solito.

Refecti vitalibus alimẽtis q̃s dñe
deus nr̃: vt qđ tẽpore nr̃e mortali-
tatis exequimur: immortalitatis tue mune-
re consequamur. Per. Et sic missa et ve-
spere simul finiãtur. Diaconus dicente. Ite
missa est. si eps̃ celebret. si vero nõ: missa
et vespere simul finiantur cũ Benedicã-
mus dño. Propter solẽnitatẽ vero cene di-
aconus et subdiaconus dalmatica et tuni-
ca induãtur: ꝫ eps̃ nõ celebrauerit. Post
prãdiũ cõueniãt clerici ad ecclesiã ad al-

taria abluēda: et ad mādatū faciendū et ad cōpletoriū dicendū. In primus benedicat aqua more solito extra chorū priuatiȝ. Deīde ꝑparētur duo sacerd. excellētiores cū diacono et subdiacono de secūda forma ⁊ cerofer. de prima forma q̄ oēs sint albis cū amictib⁹ induti: ⁊ icipiēt a maiori altare abluāt illud īfūdētes vinū et aquā et interiȝ cātet R. In monte oliueti. a toto choro corā altari cū suo v. ⁊ dr̄ sine Gl'a patri. Quo finito dr̄ v. et oro de sctō in cuius honore consecratū est altare ab excellētiori sacerd. modesta voce Itē sine nota q̄ terminetur sic Per xp̄m nec precedat nec subsequatur Dn̄s vobiscum. sed tantū Oremus. ante oratione̅ Eodē modo oīa altaria in eccl'ia abluāt cū R. et. v. sicut ordinatiȝ sūt in ꝑdicta historia: scȝ In monte oliueti. et cū v. ⁊ or. de sctis vt̄s dictū est. Ita q̄ nullū R. incipiatur nisi tm̄ corā altari: et ibi totū cantabitur vt̄s diximꝰ. Et semp in extrema ablutiōe cātetur R. Circumdederūt. cū suo v. Et si plura fuerint altaria in ecclesia q̄ R. in ꝑdicta historia: tūc reincipiatur historia ordine ꝑdicto seruato: sed q̄ R. Circumdederūt. semp vltimo loco cātetur Post ablutionē altaris intrēt capl'm et diaconus legat euāgel' Ante diē festum sicut ad missā lectū est: deinde dr̄ sermo. Quo finito surgant duo predicti sacerd. et incipiēt a maioribus lauant oīm pedes: vnus ex vna parte: et alter ex altera parte chori: ⁊ ipsi inuicē sibi lauēt pedes Et interiȝ cātētur hec sequentes ān. cū suis ꝑs a toto choro interim sedente. ān. Mandatum nouum. ps. Deus misereatur nostri. totus ps dr̄ sine Gloria patri. Et post vnūquēq̄ v. repetatur ān. Et hoc modo dicūt oēs ān. cū suis ꝑs q̄ sequūtur ān. Diligamus nos. ps. Ecce q̄ bonū. ān. In diebus illis. ps. Miserere. i. ān. Maria ergo. ps. Beati immaculati. ān. Postq̄. ps. Audite hec oēs gētes. hec sequentes ān. si necesse fuerit cātētur: sin autē oīno pretermittātur ā. Vos vocatis. ā. Si ego dn̄s ān. Ante diem. ān. Venit ad petrus. Peracta ablutione pedū dicto sermone accipiāt caritatis potum. Quibus rite peractis vnus sacerdos dicat preces hoc modo.

Suscepimus deus miām tuā. In medio tēpli tui. Tu mādasti. Mandata tua custodiri nimis. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū. Habitare fratres in vnū. Dn̄e exaudi. Et cla. Dn̄s vobis. Et cū spū tuo. Oremꝰ. Oro.

Adesto q̄sumus dn̄e officio seruitutis nostre. et quia tu pedes lauare dignatus es tuis discipulis ne despicias opera manuū tuarū que nobis retinenda mandasti: sed sicut exteriora hic abluūtur inquinamēta corporū. sic a te oīm nostrorū īteriora mūdētur pctā qd̄ ipse prestare digneris. Qui cū patre et spū sancto viuis et regnas deus. Per.

¶ Si vero nullus assit clericus sermonē faciēs: ceteris vt prius peractis: post ablutionē pedū dicūtur preces predicte. Deinde legat̄ sequēs euāgelium a quodā diacono de scda forma in superpelliciis sine titulo. Benedictione prius petita ab executore officii et legatur more lect. fratribꝰ interim caritatis potū sumentibus: ⁊ legatur vsq̄ ad illū finē. Surgite eamus hinc. Et ita recedāt. Euangeliū Secundum Joannem. xiii. et. xiiii.

Amen amen dico vobis: nō est seruus maior dn̄o suo: neq̄ apl's maior est q̄ misit illū. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Nō de oībus vobis dico. Ego scio quos elegerim: sed vt adimpleatur scriptura. Qui mādūcat mecum panē: leuabit cōtra me calcaneū suū Amē amē dico vobis priusq̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis q2 ego sum. Amen amē dico vobis: q̄ accipit si quē misero me accipit. Qui autē me accipit: accipit eū q̄ me misit. Et cum hec dixisset iesus turbatus est spū: et ꝓtestatus est et dixit Amē amē dico vobis: q2 vnus ex vobis me tradet. Aspiciebāt ergo adinuicē discipuli: hesitantes de quo diceret. Erat autē recūbēs vnꝰ ex discipulis eius in sinu iesu: quē diligebat iesus Innuit ergo huic symon petrus: et dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaq̄ cum recubuisset ille supra pectus iesu: dixit illi. Dn̄e quis est Rn̄dit iesus. Ille est cui ego intinctū panē porrexero. Et cū intinxisset panē: dedit iude symonis scariothis Et post buccellā introiuit in illū sathanas. Et dicit

tus vestibꝰ sacerdotalibꝰ [illegible] casula rubea sufficere possit ad [illegible]

ei iesus. Qd facis fac citius. Hoc autē ne
mo sciuit discūbētium: ad qd dixerit ei.
Quidā autē putabāt quia loculos habe
bat iudas q dixisset ei iesus eme ea que
nobis opus sunt ad diē festū: aut egenis
vt aliqd daret. Cum ergo accepisset ille
buccellā: exiuit continuo. Erat enim nox
Cū ergo exisset: dicit iesus. Nunc clarifi
catus est filius hoīs: et deus clarificatus
est in eo. Si deus clarificatus est in eo: et
deus clarificauit eum in semetipso. Et
continuo clarificabit eum. Filioli adhuc
modicum vobiscum sum. Queretis me.
et sicut dixi iudeis: quo ego vado vos nō
potestis venire. Et vobis dico modo.
Mādatū nouū do vobis: vt diligatis in
uicē: sicut dilexi vos vt et vos diligatis
inuicē. In hoc cognoscēt oēs qa discipu
li mei estis: si dilectionem habueritis ad
inuicē. Dixit ei symon petrus. Dñe quo
vadis? Rñdit iesus. Quo ego vado non
potes me modo sequi: sequeris aūt postea.
Dicit ei petrus. Quare nō possum te seq
modo? Animā meā pro te ponā. Rñdit
iesus. Aiam tuā p me pones. Amē amē
dico tibi: nō cātabit gallus donec ter ne
ges me. Et ait discipulis suis. Non tur
betur cor vestrū neq formidet. Creditis i
deū: et in me credite. In domo pris mei
mansiones multe sunt. Si quominus di
xissem vobis: qa vado parare vobis locū
Et si abiero et preparauero vobis locum
iterū veniā et accipiā vos ad meipm: vt
vbi sū ego et vos sitis. Et quo ego vado
scitis et viā scitis. Dixit ei thomas. Dñe
nescimus quo vadis Et quō possumus
viā scire? Dicit ei iesus. Ego sum via veri
tas et vita. Nemo venit ad patrē nisi p
me. Si cognouissetis me: et patrē meū
vtiq cognouissetis. Et amodo cogno
scetis eū: et vidistis eū. Dicit ei philippus
Dñe ostēde nobis patrē: et sufficit nobis
Dicit ei iesus. Tāto tēpore vobiscū sum
et nō cognouistis me. Philippe q videt
me: videt et patrē meū. Et quō tu dicis
ostēde nobis patrē? Nō credis qa ego in
patre: et pater in me est. Verba q ego lo
quor vobis: a meipso non loquor. Pater
aūt in me manēs: ipse facit opa. Nō cre
ditis qa ego in patre: et pater in me est?
Alioqn pter ipsa opera credite. Amen
amen dico vobis. q credit in me: opera q
ego facio: et ipse faciet. Et maiora horum
faciet: qz ego ad patrē vado. Et qdcūq
petieritis patrē in noīe meo: hoc faciam
vt glorificetur pater in filio. Si qd petie
ritis in noīe meo: hoc faciā. Si diligitis
me: mādata mea seruate. Et ego roga
bo patrē: et aliū paraclytū dabit vobis:
vt maneat vobiscum in eternū. Spiritū
veritatis quē mūdus nō potest capere:
qz nō videt eū nec scit eū. Vos aūt cogno
scetis eū qz apud vos manebit: et in vo
bis erit. Nō relinquā vos orphanos ve
niā ad vos: adhuc modicū et mūdus me
iā nō videt. Vos autem videbitis me: qa
ego viuo et vos viuetis. In illo die vos
cognoscetis qz ego sum in patre meo: et
vos in me: et ego ī vobis. Qui habet mā
data mea et seruat ea: ille est q diligit me
Qui aūt diligit me: diliget a patre meo
Et ego diligā eū: et manifestabo ei me
ipsum. Dicit ei iudas: nō ille scariothis.
Dñe qd factū est: qa manifestaturus es
teipm nobis et nō mundo? Rñdit iesus
et dixit ei. Si qs diligit me: sermonē me
um seruabit. Et pater meus diliget eū:
et ad eū veniemus et mansionē apud eū
faciemus. Qui nō diligit me: sermones
meos non seruat. Et sermonē quē audi
stis nō est meus: sed eius qui misit me pa
tris. Hec locutus sum vobis: apud vos
manens. Paraclytus aūt spūs sanctus
quē mittet pater in noīe meo ille vos do
cebit oīa: et suggeret vobis oīa qcūq di
xero vobis. Pacē relinquo vobis: pacem
meā do vobis. Non quomodo mūdus
dat: ego do vobis. Non turbetur cor ve
strū: neq formidet. Audistis qa ego dixi
vobis: vado et venio ad vos. Si dilige
retis me gauderetis vtiq: quia vado ad
patrē: qa pater maior me est. Et nunc di
xi vobis: priusq fiat: vt cum factū fuerit
credatis. Iam nō multa loquar vobiscū
Venit enim princeps mūdi huius: et in me
nō habet qcq. Sed vt cognoscat mūdus
qz diligo patrem: et sicut mādatū dedit mi
hi pater: sic facio. Surgite eamus hinc.
¶ Feria. vi. in die paraceues dicta ho
ra nona accedat sacerdos ad altare indu

tus vestib⁹ sacerdotalib⁹ i casula rubea cū diacono ⁊ subdiacono et ceteris ministris altaris q̄ oēs sint albis cū amictib⁹ induti: ⁊ statim ꝓcedat accolit⁹ alba indutus ad legendū hanc lectionē ad gradū chori sine titulo hoc modo. Osee. vi.

In tribulatiōe sua mane cōsurgēt ad me. Uenite et reuertamur ad dn̄m: q2 ipse cepit et sanabit nos: percutiet et curabit nos. Uiuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos et viuemus in cōspectu eius. Sciemus sequemurq3: vt cognoscamus dn̄m. Quasi diluculū preparatus est egressus eius: ⁊ veniet quasi imber nobis tēporane⁹ et serotin⁹ terre. Quid faciā tibi effraim: Quid faciā tibi iuda: Mia vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane pertransiēs. Propter hoc dolaui in ꝓphetis ⁊ occidi eos in verbis oris mei: ⁊ iudicia tua quasi lux egredientur. Quia misericordiā volui ⁊ nō sacrificiū: et sciētiā dei: plusq̄ holocaustū. Chor⁹ alternatim dicat. Tract⁹

Domine audiui auditū tuū ⁊ timui: cōsideraui opera tua ⁊ expaui. In medio duorū aīaliū innotesceris: dū appropinquauerint anni cognosceris: dū aduenerit tēpus ostēderis. In eo dū conturbata fuerit aīa mea: in ira misericordie memor eris. De⁹ a libano veniet et sctūs de mōte vmbroso et cōdenso. Operuit celos maiestas ei⁹ et laudis ei⁹ plena est terra. Sequat oro sine Dn̄s vobiscū. sed tantū cū Orem⁹. et Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Deus a quo et iudas proditor reat⁹ sui penā ⁊ cōfessiōis sue latro premiū sumpsit: cōcede nobis tue ꝓpiciatiōis effectū: vt sicut in passiōe sua iesus xp̄s dn̄s nr̄ diuersa vtrisq3 intulit stipēdia meritorū: ita nobis oblato vetustatis errore resurrectiōis sue grām largiat. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spūssctī de⁹. p. Subdiacon⁹ legat hāc lectionē ad gradū chori sine titulo hoc mō. Exodi. xii.

Dixit dn̄s ad moysen ⁊ aarō in terra egypti. Mēsis iste vobis principiū mēsiū: primus erit in mēsibus anni. Loquimini ad vniuersū cetū filiorū israel et dicite eis. Decima die mēsis hui⁹ tollat vnusquisq3 agnū ꝑ familias ac domos suas. Sin autē3 minor est numerus vt sufficere possit ad vescēdum agnū: assumat vicinū suū q̄ iūctus est domui eius iuxta numerū aīarū q̄ sufficere possint ad esum agni. Erit eīn agn⁹ absq3 macula: masculus agniculus. Iuxta quē ritū tolletis ⁊ hedū ⁊ seruabitis eum vsq3 ad quartādecimā diem mēsis huius. Immolabitq3 cū vniuersa multitudo filiorū israel ad vesperā: sumētq3 de sanguine agni. ac ponēt sup vtrūq3 postē: et insup liminarib⁹ domorū in qb⁹ comedēt illū. Et edēt carnes nocte illa assas igni ⁊ azimos panes cū lactucis agrestib⁹. Nō comedetis ex eo crudū q̄d: nec coctū aqua sed assū tantū igni. Caput cū pedib⁹ ei⁹ ⁊ intestinis vorabitis: ⁊ os ei⁹ nō cōfringetis: nec remanebit ex eo q̄cq̄ vsq3 mane. Si q̄d residuū fuerit: igne cōburetis. Sic autē comedetis illū. Renes vr̄os accingetis ⁊ calciamēta habebitis in pedib⁹ tenētes baculos in manib⁹. Et comedetis festināter. Est eīn phase: idest trāsit⁹ dn̄i. Chorus alternatim dicat Tractus

Eripe me dn̄e ab hoīe malo: a viro iniquo libera me. Qui cogitauerūt malicias in corde tota die cōstituebāt prelia. Acuerūt linguā suā sicut serpētes: venenū aspidū sub labiis eorū. Custodi me dn̄e de manu peccatoris: et ab hoībus iniq̄s libera me. Qui cogitauerūt supplātare gressus meos absconderūt supbi laqueū mihi. Et funes extenderūt in laqueū pedib⁹ meis: iuxta iter scādalū posuerūt mihi. Dixi dn̄o de⁹ meus es tu: exaudi dn̄e vocē orōnis mee. Dn̄e dn̄e virtus salutis mee: obūbra sup caput meū in die belli. Ne tradas me a desiderio meo peccatori cogitauerūt aduersum me ne derelinquas me ne vnq̄ exaltent. Caput circuit⁹ eorū: labor labiorū ipsorū operiet eos. Ueruntamē iusti cōfitebūtur noīi tuo: et habitabunt recti cū vultu tuo. Sequat passio sine Dn̄s vobiscū. Et sine titulo hoc modo incipiēdo. Joannis. xviii. ca.

Egressus est iesus cum discipulis suis trans torrentem cedron vbi erat ortus: in quē introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autē et iudas qui tradebat eum locum: q2 frequēter iesus cōuenerat illuc cū3 discipulis suis. Judas autē cum accepisset cohortē et a pontificibus et phariseis ministros: venit illuc cū laternis ⁊ facib⁹ et armis. Jesus itaq3

sciens omnia que ventura erāt super eū:
processit et dixit eis. ✠ Quē queritis?
c Responderūt ei. s Jesum nazarenum
c Dixit ei iesus. ✠ Ego sum. c Stabat
autē et iudas qui tradebat eum: cū ipsis
Ut ergo dixit eis ego sum: abierunt re-
trorsum et ceciderunt in terram. Iterū
ergo interrogauit eos. ✠ Quem que-
ritis? c Illi autem dixerūt. s Jesum na-
zarenum. c Respondit iesus. ✠ Dixi vo-
bis: quia ego sum. Si ergo me queritis
sinite hos abire. c Ut impleretur sermo
quem dixit: quia quos dedisti mihi: nō
perdidi ex eis quemq̄. Simon ergo pe-
trus habens gladiū eduxit eū: et percus-
sit pontificis seruū. et abscidit auriculā
eius dextrā. Erat autē nomē seruo mal-
chus. Dixit ergo iesus petro. ✠ Mitte
gladiū tuū: in vaginā. Calicē quē dedit
mihi pater: non bibam illū? c Cohors
ergo et tribunus et ministri iudeorū cō-
prehenderūt iesum: et ligauerūt eū: et ad-
duxerūt eū ad annā primū. Erat eīn so-
cer cayphe: qui erat pontifex anni illius
Erat aūt cayphas q̄ consiliū dederat iu-
deis: q̄ expedit vnū hoīem mori pro po-
pulo. Sequebatur autē iesum symon pe-
trus: et alius discipulus. Discipulus au-
tē ille erat notus pōtifici: et introiuit cū
iesu in atrium pōtificis. Petrus aūt: sta-
bat ad ostiū foris. Exiuit ergo discipul⁹
alius q̄ erat notus pōtifici: et dixit ostia-
rie. et introduxit petrum. Dixit ergo pe-
tro ancilla ostiaria. s Nunquid et tu ex
discipulis es hominis istius? c Dicit ille
s Non sum. c Stabant autē serui et mi-
nistri ad prunas. q̄ frigus erat: et calefa-
ciebāt se. Erat autē cū eis et petrus: stās
& calefaciēs se. Pontifex ergo interroga-
uit iesū de discipulis suis: et de doctrina
eius. Rn̄dit ei iesus. ✠ Ego palā locut⁹
sum mūdo: ego semper docui in synago-
ga et in tēplo. quo oēs iudei cōueniūt. et
in occulto locutus sum nihil. Quid me
interrogas? Interroga eos q̄ audierūt:
q̄d locutus sum ipsis. Ecce hi sciūt: q̄ di-
xerim ego. c Hec aūt cū dixisset: vnus as-
sistēs ministrorū dedit alapā iesu dicēs.
s Sic rn̄des pontifici? c Rn̄dit ei iesus.
✠ Si male locut⁹ sum: testimoniū phi-
be de malo. Si autē bene: q̄d me cedis?
c Et misit eum ānas ligatū: ad cayphā
pōtificē. Erat autē symon petrus: stans
et calefaciēs se. Dixerūt ergo ei. s Num-
q̄d et tu ex discipulis eius es? c Negauit
ille et dixit. s Non sum. c Dixit ei vnus
ex seruis pōtificis: cognatus eius. cuius
abscidit petrus auriculā. s Nonne ego
te vidi in orto cū illo? c Iterū ergo nega-
uit petrus: et statim gallus cātauit. Ad-
ducūt ergo iesum a caypha in pretoriū.
Erat aūt mane. Et ipsi nō introierūt in
pretoriū: vt nō contaminarent: sed vt mā-
ducarēt pascha. Exiuit ergo pilatus ad
eos foras: et dixit. s Quā accusationem
affertis aduersus hoīez hūc? c Respōde-
runt & dixerūt ei. s Si nō esset hic male-
factor: nō tibi tradidissemus eū. c Dixit
ergo eis pilatus. s Accipite eū vos: et se-
cūdū legē vestrā iudicate eū. c Dixerūt
ergo ei iudei. s Nobis nō licet interfice-
re quēq̄. c Ut sermo iesu impleret quē
dixit: significans qua morte esset mori-
turus. Introiuit ergo iterū in pretoriū
pilatus: et vocauit iesum et dixit ei. s Tu
es rex iudeorū? c Et rn̄dit iesus. ✠ A te-
metipso hoc dicis: an alii tibi dixerūt de
me? c Rn̄dit pilatus. s Nunq̄d ego iude-
us sum? Gens tua et pōtifices: tradide-
runt te mihi. Quid fecisti? c Respōdit ie-
sus. ✠ Regnū meū: nō est de hoc mun-
do. Si ex hoc mundo esset regnū meū:
ministri mei vtiq̄ decertarent: vt nō tra-
derer iudeis. nunc autē regnū meū nō
est hic. c Dixit itaq̄ ei pilat⁹. s Ergo rex
es tu? c Rn̄dit iesus. ✠ Tu dicis: q̄a rex
sū ego. Ego in hoc nat⁹ sum. & ad hoc ve-
ni in mundū. vt testimonium phibeā ve-
ritati. Oīs q̄ est ex veritate: audit vocē
meā. c Dixit ei pilatus. s Quid est veri-
tas? c Et cū hoc dixisset: iterū exiuit ad
iudeos. et dixit eis. s Ego nullā inuenio
in eo causā. Est aūt cōsuetudo vobis: vt
vnū dimittā vobis in pascha. Vultis er-
go dimittam vobis regē iudeorū? c Cla-
mauerūt rursū oēs dicētes. s Nō hunc:
sed barrabā. c Erat aūt barrabas latro.
Tunc ergo apprehendit pilat⁹ iesum: &
flagellauit. Et milites plectētes coronā
de spinis: imposuerūt capiti eius: et ve-

ste purpurea circũdederunt eũ: et venie
bãt ad eũ et dicebãt. s. Aue rex iudeorũ. c
Et dabãt ei alapas. Exiuit iterũ pilatus
foras: & dicit eis. s. Ecce adduco eum vo
bis foras: vt cognoscatis. qr in eo nullã
causã inuenio. c Exiuit ergo iesus por
tãs spineã coronã. et purpureũ vestimẽ
tum. Et dicit eis pilatus. s. Ecce homo.
c Cũ ergo vidissent eũ põtifices & mini
stri: clamabãt dicẽtes. s Crucifige: cruci
fige eũ. c Dicit eis pilatus. s Accipite eũ
vos: et crucifigite. Ego enim non inuenio
in eo causam. c Rñderũt ei iudei. s Nos
legẽ habemus. et secũdũ legẽ debet mori
qr filiũ dei se fecit. c Cum ergo audisset
pilatus hũc sermonẽ: magis timuit. Et
ingressus est pretoriũ iterũ: et dicit ad ie
sum. s Unde es tu? c Jesus aũt rñsionẽ
nõ dedit ei. Dicit ergo ei pilat⁹. s Mihi
nõ loqueris? Nescis qr potestatẽ habeo
crucifigere te. et potestatẽ habeo dimit
tere te? c Rñdit iesus. ✠ Non haberes
potestatẽ aduersũ me vllã: nisi tibi esset
datũ desup. Propterea q tradidit me ti
bi: maius peccatũ habet. c Et exinde que
rebat pilatus dimittere eũ. Judei aũt cla
mabãt dicẽtes. s Si hunc dimittis non
es amicus cesaris. Ois enĩ q se regem fa
cit: contradicit cesari. Pilatus ergo cũ
audisset hos sermões: adduxit foras ie
sum: et sedit pro tribunali in loco q dicit
lithostratos: hebraice aũt gabatha. Erat
aũt parasceue pasche: hora quasi sexta.
Et dicit iudeis. s Ecce rex vester. c Illi
autẽ clamabant. s Tolle tolle: crucifige
eũ. c Dicit eis pilat⁹. s Regẽ vestrũ cru
cifigã? c Rñderũt põtifices. s Nõ habe
mus regẽ: nisi cesarẽ. c Tunc ergo tradi
dit eis illũ: vt crucifigeret. Susceperũt
aũt iesũ: et eduxerũt. Et baiulãs sibi cru
cẽ: exiuit in eũ q dicitur caluarie locũ: he
braice golgotha. Ubi eum crucifixerunt
Et cũ eo alios duos hinc & hinc: medium
aũt iesũ. Scripsit autẽ et titulũ pilatus.
et posuit sup crucẽ. Erat aũt scriptũ. Je
sus nazarenus rex iudeorũ. Hunc ergo
titulũ multi legerũt iudeorũ: qr ppe ci
uitatẽ erat locus. vbi crucifix⁹ est iesus.
Et erat scriptũ hebraice: grece: et latine.
Dicebãt ergo pilato põtifices iudeorũ.
s Noli scribere rex iudeorũ: sed qr ipse di
xit rex sum iudeorũ. c Rñdit pilatus. s Q
uod scripsi scripsi. c Milites ergo cũ cru
cifixissent eũ: acceperũt vestimẽta eius.
et fecerũt quattuor partes: vnicuiq mi
liti partẽ et tunicã. Erat aũt tunica incõ
sutilis: desup contexta p totũ. Dixerũt er
go adinuicẽ. s Nõ scindamus eam: sed
sortiamur de illa cuius sit. c Ut scriptu
ra impleretur dicẽs. Partiti sunt vestimẽ
ta mea sibi. Accedãt duo ministri in sup
pelliceis: vnus ad dextrũ. et alius ad sini
strũ cornu altaris: & inde duo lintheami
na ãmoueãt q ad hoc sup altare fuerunt
apposita. et in vestẽ meã miserunt sortẽ.
Et milites quidem: hec fecerũt. Stabant
aũt iuxta crucẽ iesu mater eius. et soror
matris eius maria cleophe: & maria ma
gdalene. Cũ vidisset ergo iesus matrem
et discipulũ stantẽ quem diligebat: dicit
matri sue. ✠ Mulier: ecce filius tuus.
c Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mater
tua. c Et ex illa hora accepit eã discipul⁹
in suã. Postea sciẽs iesus qa iam oĩa con
summata sunt: vt cõsummaret scriptura
dicit. ✠ Sitio. c Uas ergo positum erat:
aceto plenũ. Illi autẽ spongiã plenã ace
to: ysopo circũponentes: obtulerunt ori
eius. Cũ ergo accepisset iesus acetũ: di
xit. ✠ Cõsummatum est. c Et inclina
to capite: tradidit spiritũ. Sequatur. Pa
ter noster. Aue maria. In manus tuas.
c Judei ergo qm parasceue erat. vt non
remanerent i cruce corpora sabbato. erat
enim magn⁹ dies ille sabbati: rogauerunt
pilatũ vt frangerentur eorũ crura et tolle
rentur. Uenerũt ergo milites: & primi qdẽ
fregerunt crura. & alterius q crucifixus
est cũ eo. Ad iesũ aũt cũ venissent vt vi
derẽt eũ iã mortuũ. nõ fregerũt ei⁹ cru
ra: sed vnus militũ lãcea latus eius ape
ruit. et continuo exiuit sanguis et aqua
Et q vidit testimoniũ perhibuit: & verũ
est testimoniũ ei⁹. Et ille scit qa vera di
cit: vt & vos credatis. Facta sunt eñ hec
vt scriptura impleretur. Os nõ cõminue
tis ex eo. Et iterũ alia scriptura dicit. Ui
debũt in quẽ transfixerũt. Euãgelium.
Post hec aũt rogauit pilatũ ioseph
ab arimathia. eo qd esset discipu

lus iesu, occultus autē propter metū iudeorū: vt tolleret corpus iesu. Et pmisit pilatus. Uenit ergo et tulit corpus iesu. Uenit autē et nichodemus q̄ venerat ad iesum nocte primū ferens mixturā mirrhe et aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus iesu: et ligauerūt illud lintheis cū aromatib⁹: sicut mos iudeis est sepelire. Erat autē in loco vbi crucifixus est ort⁹: et in orto monumentū nouū: in quo nondū quisq̄ positus erat. Ibi ergo propter parasceuem iudeorū: quia iuxta erat monumentū: posuerūt iesum.

Sequitur orationes solēnes: et ad vnā quāq̄ illorū dicitur. Flectamus genua. nisi ad eam que orat pro iudeis. Oratio.

Oremus dilectissimi nobis impimis p ecclesia sctā dei: vt eā deus et dn̄s nr̄ pacificare et custodire dignet toto orbe terrarū: subiiciēs ei principatus et potestates: detq̄ nobis quietam et tranquillā vitā degentibus glorificare deū patrē oipotentē. Deinde dicat sacerdos Oremus. Deinde dicat diaconus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne de⁹ q̄ gloriā tuā oībus in xp̄o gentibus reuelasti: custodi op̄a misericordie tue: vt ecclesia tua toto orbe diffusa stabili fide in cōfessione tui noīs perseueret. Per eūdē dn̄m. Chorus respondeat. Amen. et oēs orationes finiātur sub tono silētio. Orātio.

Oremus et pro beatissimo papa nostro N. vt deus et dn̄s noster q̄ elegit eū in ordine episcopatus: saluū atq̄ incolumē custodiat ecclesie sue sctē ad regendū populum sanctū dei. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus cuius iudicio vniuersa fundātur: respice propicius ad preces nostras: et electū nobis antistitem tua pietate conserua: vt xp̄iana plebs que tali gubernatur auctore: sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur. Per dominum. Oratio.

Oremus et p oībus episcopis/ presbyteris/ diaconibus/ subdiaconib⁹/ accolitis/ exorcistis/ lectoribus/ hostiariis/ confessoribus/ virginibus/ viduis/ et pro omni populo sancto dei. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus cuius spū totū corpus ecclesie sanctificatur et regitur: exaudi nos p vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratie tue munere ab oībus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dn̄m in vnitate eiusdē. Oratio.

Oremus et pro xp̄ianissimo rege nostro N. vt deus et dn̄s noster subditas illi faciat oēs barbaras natiōes ad nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus in cui⁹ manu sunt oīm potestates et oīm iura regnorū: respice ad xp̄ianorū benign⁹ imperium: vt gentes que in sua feritate confidunt: potentie tue dextera comprimantur. Per dominum. Oratio.

Oremu⁹ et p cathecuminis nostris: vt de⁹ et dn̄s noster adaperiat aures precordiorū ipsorū ianuāq̄ mie sue: vt p lauacrū regenerationis accepta remissiōe oīm peccatorū: et ipsi digni inueniant in christo iesu dn̄o nostro. Orem⁹. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui ecclesiam tuā noua semp ple fecundas: auge fidē et intellectū cathecuminis nostris: vt renati fōte baptismatis: adoptionis tue filiis aggregentur. Per. Oratio.

Oremus dilectissimi deū patrē oīpotentē: vt cūctis mundū purget erroribus: morbos auferat: famē depellat: aperiat carceres: vincula dissoluat: peregrinātibus reditū: infirmātib⁹ sanitatē: nauigātib⁹ portū salutis indulgeat. Orem⁹. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus mestorū cōsolatio: laborātiū fortitudo: perueniant ad te preces de quacūq̄ tribulatiōe clamātiū: vt oēs sibi in necessitatib⁹ suis miam tuā gaudeāt affuisse. Per. Oratio.

Oremus et pro hereticis et scismaticis: vt deus et dn̄s noster iesus xp̄s eruat eos ab erroribus vniuersis: et ad sanctam matrem ecclesiā catholicam et apostolicā reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui saluas oēs homines et neminē vis perire re

spice ad alas diabolica fraude deceptas
vt oi heretica prauitate deposita. erran-
tiū corda resipiscant. et ad veritatis tue
redeant vnitatem. Per dn̄m. Oratio.

Oremus et pro pfidis iudeis: vt de-
us et dn̄s noster auferat velamen
de cordibus eoꝝ. vt et ipsi agnoscant ie-
sum xp̄m dn̄m nostrum. Oremus. Nō
dicitur hic Flectamus genua. Oratio.

Omnipotens sempiterne de⁹ q̄ etiā iudai-
cā perfidiā a tua mīa non repellis
exaudi preces nostras quas ꝓ illius po-
puli obcecatione deferimus: vt agnita
veritatis tue luce que christ⁹ est. a suis te
nebris eruatur. Per eundē dn̄z. Oratio.

Oremus et ꝓ paganis. vt deus om̄ps
auferat iniq̄tatē de cordibus eoꝝ
vt relictis ydolis suis cōuertant ad deū
viuū et verū. et vnicū filiū eius iesū xp̄m
deū et dn̄m nr̄z cū quo viuit et regnat cū
spū scto deus. Per oīa secula scloꝝ. Ore
mus. Flectamus genua leuate. Oratio

Omnipotens sēpiterne de⁹ q̄ nō vis mor-
tē pctoꝝ: sed vitā semꝑ inquiris.
suscipe ꝓpicius orationē nostrā: et libe-
ra eos ab ydoloꝝ cultura: et aggrega ec
clesie tue sctē ad laudē et gloriā noīs tui
Per dn̄m. Finitis orationibus exuat sa-
cerdos casulā: et in sede sua iuxta altare
se reponat cū diacono et subdiacono: et
interim duo alii p̄sbyteri de supiori gra
du nudatis pedibus: albis induti absq̄
paruris tenētes crucē coopertā suꝑ bra-
chia solēniter iter eos retro magnū alta
re in dextera pte canāt hos v̄ Popule me⁹
Duo diaconi de scda forma in cappis su-
is nigris ad gradū chori ad altare cōuer
si dicāt Agyos. Chorus rn̄deat cū genu
flectiōe osculādo formulas trib⁹ vicibus
in vna rn̄siōe vnaquaq̄ vice resurgēdo
Sanctus deus. Sacerdotes vero tenē-
tes crucē retro altare: et diaconi ad gra-
dū chori dicētes Agyos. sēꝑ sint stantes
Itē sacerdotes loco nō mutato dicāt v̄.
Quia eduxi te. Diaconi. Agyos. Chorus.
Sanctus deus. Itē sacerdotes loco non
mutato dicāt v̄. Quid vltra. Diaconi. A-
gyos. Chorus. Sctūs deus. Deinde sa-
cerdotes discooperiētes crucē iuxta al-
tare in dextera parte canāt hanc ā. Ecce
lignum. Chorus cū genuflectione osculā
do formulas respōdeat ān. Crucem tuam
p̄s. Deus misereatur. Totus p̄s dr̄ sine
Gloria p̄ri. a toto choro: et post vnūquē-
q̄ v̄. repetatur ān. similiter a toto choro
cū genuflectiōe. Et interim deponatur
crux solēniter super tertiū gradū ab al
tari: iuxta quā sedeant predicti sacerdo-
tes vnus a dextris et alt⁹ a sinistris. De-
inde ꝓcedant clerici ad crucē adorandā
nudatis pedibus: incipientes a maiori-
bus. Finito p̄s cū ān. cātet sequēs hym-
nus a duobus sacerdotib⁹ interim sedē
tib⁹ iuxta crucē modo supradicto. Hy⁹.
Crux fidelis. Chorus eundem repetat
post vnūquēq̄ v̄. interim sedendo. Itez
sacerdotes dicant v̄. Pange lingua. v̄. De
parentis. v̄. Hoc opus. v̄. Quādo venit. v̄. Lu
stra sex. v̄. Hic acetum. v̄. Gloria et honor deo.
His finitis deportet crux ꝑ mediū cho-
ri a predictis duobus sacerdotibus vbi
a populo adoretur āte aliq̄d altare: et in
terim cātetur hec sequēs aā. in choro cū
suo v̄. a toto choro interim sedente. Can
tor incipiens ān. Dum fabricator. v̄. O ad-
mirabile. Aperto. Adorata cruce et finita ā.
predicta cū suo v̄. predicti sacerdotes ea
reuerentia qua crucez antea exportaue-
rūt per mediū chori vsq̄ ad summū al-
tare iterū reportent. Tunc conueniant
oēs clerici de choro ad altare: et reindu-
at sacerdos casulā quā prius exuerat et
accedat ad gradū altaris cuz diacono et
subdiacono et dicat Confiteor. et Mise
reatur. et Absolutionē. cū p̄cibus et or.
Aufer a nobis. more solito: tamē hic nō
detur osculū pacis. Deinde sacrificio su-
per altare more solito deposito et incen-
sato cū aque et vini infusione in calicem
scz post ablutionē manuū dicat cum hu
miliatione corā altari. In spiritu humi-
litatis. osculando altare et benedicendo
sacrificiū: et vertat se dicēdo. Orate fra-
tres. more solito. Postea dicat statim hu
mili voce sine nota. Orem⁹. Preceptis
salutaribus: cū orōne dn̄icali. scz. Pater
noster. Chorus respondeat. Sed libera
nos. Deinde dicat. Libera nos q̄s. et Da
propicius. In qua oratiōe dū dicit. Per
eundem. frangat corpus dn̄i sicut solet

fieri ceteris diebus. Deinde dicat modesta voce: videlz sine nota. **Per oia secula seculoꝝ.** Chorus rñdeat. **Amen.** Postea dimittat in calicē sicut solet partē hostie Nō dr̄ **Pax dñi.** nec **Agnus dei.** nec pax detr: sed statim cōicet se sacerdos dicēdo. **Corpus dñi.** ꝛc. Ad corpus et sanguinē. **Corpus et sanguis:** nulla ꝑcedēte oꝛone Deinde pꝰ lotionē manuū dicāt vesperas nō cātādo: sed bini et bini priuatim corā altari hoc modo. ān. **Calicē ꝯs.** **Credidi. ꝓpter** ꝛ cetere ān. cū suis ꝑis sicut in die cene. ān. **Cenātibus.** ꝑs. **Magnificat** Deinde stando dr̄. **Pater nr̄.** cū ꝑo. **Miserere.** Quo finito dicat sacerdos in audientia sed sine nota postcō. sine **Dñs vobiscum** ꝛ sine **Oremus.** hoc modo incipiēs. **Respice q̄s dñe sup hāc famil.** sine **Qui tecū.** et sic missa ꝛ vespere simul finiantur Nō dr̄ **Dñs vobiscū.** nec **Benedicamus dño.** nec **Ite missa est.** Finitis vesperis exuat sacerdos casulā: et assumens secū vnū de prelatis in suppellicijs amborū pedibus nudatis reponat crucē in sepulchrū pariter cū corpore dñico: scz in pixide: incipiens ipse solus ℟. **Estimatus sum** genuflectendo cū suo socio: quo incepto statim surgāt: sil'r fiat in ℟. **Sepulto dño** Chorus ꝓsequat cū suo ℣. genuflectendo continue vsqꝫ in finē seruitij. Deinde incēsato sepulchro et clauso ostio: incipiat idē sacerdos ℟. **Sepulto.** Chorus cantet cū suo ℣. Ad istas tres ā. genuflectēt duo ꝑdicti sacerdotes cōtinue. sacerdos incipiat ān. **In pace.** Chorus ꝓsequat **In idipm.** Itē sacerd. ān. **In pace factus.** Chorus ꝓsequat. **Locus eius.** Itē sacerd. ān. **Caro mea.** Chorꝰ ꝓsequat. **Requiescet in spe.** His finitis et dictis oronibus ad placitū secrete ab oībus cū genuflectione: oībus alijs ad libitū recedētibus ordine nō seruato: reinduat sacerdos casulaꝫ eodē ordine quo accessit in principio seruitij cū diacono ꝛ subdiacono ꝛ ceterꝭ ministris altaris abscedat. Exīde ardebit cōtinue vnus cereus ad minus ante sepulchrū: vsqꝫ ad ꝓcessionē que fit in resurrectiōe dñica in die pasche: ita tñ qꝰ dū ꝑs. **Benedictus.** canit ꝛ cetera q̄ sequūtur in sequēti nocte extinguat. Sil'r extinguat in vigilia pasche dū benedicitur nouus ignis: vsqꝫ dū accēdat cereus paschalis xxxvi. pedes continens in longitudine.

¶ Sabbato sancto in vigilia pasche: primo fiat benedictio ignis ab executore officij induto vestibus sacerdotalibus cuꝫ cappa serica: diaconus dalmatica: ꝛ subdiaconus tunica induant cū ceteris ministris altaris albis cū amictis indutis: sine lumine: cum cereis ꝛ sine cruce ꝛ sine igne in thuribulo. Quidā etiā de prima forma in suppellicijs: cereū extinctū sup hastā quandā deferēs et ꝓcessio ꝑcedēs post portitorē aque benedicte ꝑ mediuꝫ chori ad nouū ignē benedicēdū ꝓcessionaliter eat: choro sequēte habitu nō mutato: ꝛ ad colūnā ex parte australi iuxta fontē vbi sacerdos executor officij ignē benedicat qui accendatur ibidē: scilicet in medio inter duas colūnas. Incundo vero dr̄ iste ꝑs. **Dominus illuminatio.** sine nota ꝛ sine **Gloria pri.** Hoc modo fiat statio ad ignē sacerd. iuxta igneꝫ stet ad orientē cōuersus: ꝛ ad sinistrū eiꝰ stet diac. subdiaco. vero ad sinistrū diaconi. Ceroferariꝰ vnus stet sacerd. oppositus ad dexterā ceroferarij puer tenēs librū primior sacerd. Alius aūt ceroferarius stet retro sacerd. Ad dexterā eiusdē ceroferarij: stet portitor aq̄ primior sacerdo. Et vltimo loco retro oēs a parte occidētali stet portitor haste cū cereo. Et ex parte ignis australi stet thuribulariꝰ ad accipiendū ignē in thuribulari post benedictionē. Oībus istis ministris ad sacerdotē cōuersis interim choro circūstante videlz ex parte boriali. Sequat benedictio ignis solēniter a sacerd. ita dicente. **Dñs vobiscum.** et **Oremus.** Oratio.

DOmine deus nr̄ pater oīps lumē indeficiēs: cōditor oīm luminuꝫ. exaudi nos famulos tuos: et bene✝dic hunc ignē. q̄ tua sctificatiōe ac bñdictione cōsecretur. tu illuminās oēm hoīem venientē in hūc mūdū. illumina cōscientias cordis nr̄i igne tue caritatis. vt tuo igne igniti tuo lumine illuminati expulsis a cordibꝰ nr̄is pctōꝝ tenebris. ad vitā te illustrāte ꝑuenire mereamur eternā. ꝛ sicut illuminasti ignē moysi famu

In vigilia pasche.

lo tuo p colūnā ignis ambulātē in mari rubro. ita illustra nostrū luminē. et cādela q̄ de eo fuerit accēsa i honore maiestatis tue semp pseueret benedicta. et qcūqz lumen ex eo portauerit sit illuminatus lumine gratie spūalis. Per x̄. Et oēs orōnes dicāt cū Oremus. sub tono lectionis hic aspgat aqua benedicta super ignē: deinde dr Dñs vobiscū. Oremus. Orō.

Domine scte pater oȝs eterne de⁹ bñ✠dicere ⁊ scti✠ficare digneris istū ignē quē nos indigni p inuocationez vnigeniti filii tui dñi nostri iesu xp̄i bene✠dicere presumimus. tu clementissime pater cū tua bene✠dictiōe sanctifica: et ad pfectū humani generis prouenire cōcede. Per eundē xp̄m. Oratio.

Celesti lumine q̄s dñe semp hic et vbiqz nos preueni. vt mysteriū cuius nos participes esse voluisti: et puro cernam⁹ intuitu. ⁊ digno pcipiamus affectu. Per dñm. ¶ Sequatur benedictio thimiamatis siue incēsi hoc modo.

Exorciso te immundissime spūs ⁊ oīs fantasma inimici in noīe dei patris oīpotentis. et in noīe iesu xp̄i filii eius. et in virtute spūs scti: vt exeas et recedas ab hac creatura thimiamatis siue incensi. cū oī fallacia atqz nequicia tua. vt sit hec creatura scti✠ficata in noīe eiusdē dñi nr̄i iesu xp̄i: vt oēs gustantes tāgentes siue adorātes eā. virtutē et auxiliū pcipiāt sci spūs. ita vt vbicūqz hoc incēsum vel thimiama fuerit: ibi nullatenus appropinquare audeas: nec aduersa inferre presumas. sed quicunqz spūs immūde es. cū oī versutia tua procul inde fugias. atqz discedas. adiuratus per nomen et virtutē dei patris oīpotentis. et filii eiusdē dñi nostri iesu xp̄i. qui venturus est in spū sancto iudicare viuos ⁊ mortuos. et te preuaricatorem et seculū per ignē. Respondetur. Amen. Oratio.

Eternā ac iustissimā pietatē tuaz depcamur dñe scte pater oȝs eterne deus: vt bene✠dicere et scti✠ficare digneris hāc thimiamatis vel incēsi speciē: vt sit incēsum maiestati tue in odorē suauitatis acceptū. sit a te hec species bene✠dicta. sit per inuocationē scti noīs tui scti✠ficata. ita vt vbicunqz fumus eius puenerit extricet. et effugetur omne genus demoniorū. sicut incensū iecoris piscis. quē raphael archangelus thobiā famulū tuū docuit. cū ascēdit ad sare liberationē. Per xp̄m. Oremus. Orō

Descendat bene✠dictio tua dñe sup hanc speciē incensi et thimiamatis: sicut in illo de quo dauid propheta tuus cecinit dicens. Dirigatur oratio mea sicut incēsum in aspectu tuo. sit nobis odor cōsolatiōis suauitatis et gratie vt fumo isto effugetur oē fantasma inimici mentis et corporis. vt simus pauli apostoli voce bonus odor deo effugiat a facie incēsi huius siue thimiamatis oīs demonū incursus. sicut puluis a facie vēti. et sicut fumus a facie ignis. et presta hoc piissime pater boni odoris incensuz ad opus ecclesie tue ob causaz religionis iugiter permanere. vt mystica nobis significatiōe spūaliū vtutū. fragrās ostēdat odor suauitatē tua ergo q̄s oīpotēs de⁹ immēsa maiestatis tue dextera hāc creaturā bene✠dicere ex diuersarū rerū cōmixtione infectā dignare. vt in virtute sancti noīs tui. oēs immūdor spirituū fantasticos incursus effugare. oēsqz morbos reddita sanitate expellere. vt vbicūqz fumus aromatū eius afflauerit mirabiliter possit. atqz in odore fragratissimo tibi ppetua suauitate redolere. Per dñm. Postea accēdatur solus cere⁹ super hastā de nouo igne: ceteris luminaribus ecclesie prius extinctis. Post benedictionē incēsi impleatur thuribuluz de carbonibus cū incēso et incēsetur nouus ignis. Deinde redeat pcessio more solito in chorū. In redeūdo autē duo clerici de secūda forma in superpelliciis canāt Inuentor rutili. Chorus idē repetat post vnūquēqz x̄. Deīde sequatur benedictio cerei paschalis ab ipso diacono induto ad processionē ad borealē cōuerso. ad gradū pſbyterii: cerofer. diacono assistētib⁹ vno a dextris: reliquo a sinistris. ad eū cōuersis: cereis extinctis: subdiac. vero stet ei oppositus iuxta quē stet portitor haste eodem modo conuersus post diaconū stet thuribul'. diacono canente.

Exultet iam angelica turba ce-
lorum exultēt diuina mysteria et
pro tanti regis victoria tuba in-
tonet salu ta ris. Gau
deat se tellus tantis irradiata fulgo-
ribus et eterni regis splendore lustra-
ta totius orbis se sentiat a
misisse ca ligi nem. Lete-
tur et mater eccle si a tan ti luminis
adornata fulgoribus: et magnis popu
lorum vo cibus hec aula re sul-

tet. Qua propter astantibus vo-
bis fratres caris simi ad tā mirā san-
cti huius luminis clarita tem vna me
cum queso dei omnipotentis mi seri-
cordiam inuo ca te. Ut
qui me non meis meritis intra leuita-
rum numerū aggregare dignatus est
luminis sui gratia infundēte cere
huius laudem implere per fi-
ci at. Per dominū nostrū iesum
xpm filium suū q̄ cū e o vi uit et

regnat deus in unitate spirit' sancti

Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscu. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominu. Gratias agam' domino deo nro. Dignu et iustu est.


Vere quia dignu et iustu est invisibilem deum omnipotentem patrem filiumque eius unigenitum dominu nostrum iesum christu cum sancto spiritu toto cordis ac mentis

affectu et vocis ministerio personare. Qui pro nobis eterno patri ade debitum soluit et veteris piaculi cautionem pio cruore detersit. Hec sunt enim festa paschalia in quibus verus ille agnus occiditur eius qz sanguine postes consecrantur. Hec nox est in qua primum patres nostros filios israel eductos de egypto sub brum mare sic co vestigio

transi ex fert fili. Hec
igitur nox est que peccatorum
tenebras columne illuminati o ne
purga uit. Hec nox
est que hodie per universum mundum in
christo cre dentes a viciis seculi
segre gatos et caligine peccatorum
red dit gra ti e sociat sancti-
ta ti. Hec nox
est in qua destructis
vinculis mortis christus ab inferis

victor ascen dit. Nihil enim
nobis nasci profuit nisi re dimi
profuisset. O mira
circa nos tue pietatis digna tio.
O inesti mabi
lis dilectio caritatis ut servum
redimeres filium tradidisti.
O certe necessarium ade pec
catum quod christi morte
deletum est. O felix culpa
que talem ac tantum meruit habere


In vigilia pasche.




redēpto rem. O



certe beata nox: que sola meruit scire



tēpus et horā in qua xp̄s ab in fe-



ris resurre xit. Hec




nox est de qua scriptum est




q̄ nox vt dies illuminabit: z nox illumi



natio mea in deli cijs me is.



Hu ius igitur sanctifica tio




noctis fu gat scelera culpas lauat et



reddit innocētiam lapsis/ z mestis leti




tiā fugat odia/ cōcordiā parat/ et cur-



uat impe ria. In huius igitur no




ctis gratia su scipe sancte




Hic ponatur incēsuz a diacono in cereum vel in cādelabrum in modū crucis: sic̄ et in paruum cereum portitoze accedente

pater.



incēsi hui⁹ sacrificium vesperti nū




Quod ti bi in hac cerei oblatio




ne so lēni per ministroz manus




de ope rib⁹ apū sacro sancta reddit




eccle sia. Sed iā colū



ne hui⁹ p̄conia nouim⁹ quam in ho




norē dei rutilās ignis accen dit.



C Hic accendatur cereus de nouo igne nec extinguatur vsq₃ post cōpletoriuz diei sequentis. Et ardebit cereus paschalis cōtinue p̄ ebdomadā pasche ad matutinas z





ad missã et ad vespas: sicut fiat in oct. pasche. Omnibus vero dñicis ab octa. pasche usqz ad ascen. dñi ad missã tñ accendat etiã in fes. scti marci euãgel. aplo2 philippi et iacobi ad missã tñ: in ãnũciatiõe bte marie: et in inuẽtiõe sctẽ crucis sicut in oct. pasche accẽdatur. Hic ceroferarii cereos suos accendant per ecclesiam.

Qui li cet divisus in partes mu-
tuati luminis detrimenta non
novit. alitur liquanti bus ceris:
quas in substantiam precio se
hu ius lam pades apes mater
edu xit. O
be a ta nox que expo-
lia uit e gyptios: ditavit hebre-
os. Nox in qua terrenis celestia iun

gun tur. O ramus
te ut cereus iste in
honorem nominis tui conse
cratus ad noctis hu ius cali-
ginem destruendã indeficiens per-
severet. ...
ta tis ac ceptus super nis lumina-
ribus miscea tur. Flammas
eius lucifer matuti nus inve-
niat. Il le inquã lucifer q nescit
occa sum. Il le q regres-

sus ab inferis humano generi sere-

nus illu xit. Pre camur

er go te do mine vt nos famulos

tuos omnem clerū et deuotissimum

populū vna cum patre nostro papa

[illegible] nostro N.

necnon et episcopo nostro N.

quie te temporum con cessa in

his pascha li bus gaudiis conser

ua re digne ris. Qui sem per viuis

regnas impe ras necnon et glori-

a ris solus de us solus altissimus

ie su chri ste cum sancto

spiri tu in glo ria dei pa

tris. A men.

Debet autem candelabrum cū cereo paschali amoueri feria sexta post ascensione dñi. Postea legantur lectiões absq; titulis a dignioribus psonis ad gradus chori. Lectio prima. Genesis. primo.

IN principio creauit deus celum & terrā. Terra aūt erat inanis & vacua: & tenebre erant super faciē abyssi. & spūs dñi ferebatur sup aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucē q esset bona: & diuisit lucē a tenebris. Appellauitq; lucē diem: et tenebras noctē. Factūq; est vespere & mane: dies vn⁹. Dixit quoq; deus. Fiat firmamētū i medio aquarū. & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamētū: diuisitq; aquas q erant sub firmamento. ab his q erant sup firmamentū. Et factū est ita. Vocauitq; deus: firmamentū celū. Et factus est vespere et mane: dies secundus. Dixit vero deus. Congregētur aque. q sub celo sunt in locū vnū: et appareat arida. Factūq; est ita. Et vocauit deus aridā terrā: congregationesq; aquarū appellauit maria. Et vidit de⁹ q esset bonū: & ait. Germinet terra herbam virentē. & facientē semē. & lignum pomiferū faciens fructum: iuxta genus suū: cuius semen in semetipso. sit super terrā. Et factū est ita. Et protulit terra herbā virentē. et afferentē semen iuxta genus suū: lignūq; faciens fructū. et ha

bens vnũquodqz sementẽ. secundũ spe
ciem suã. Et vidit deus ꝙ esset bonũ. fa
ctumqz est vespere ⁊ mane: dies tertius
Dixit autẽ deus. Fiant luminaria in fir
mamento celi: et diuidant diẽ ac noctez
et sint in signa et tempora. et dies et an
nos: vt luceant in firmamento celi. et il
luminẽt terram. Et factũ est ita. Fecitqz
deus duo luminaria magna. luminare
maius. vt preesset diei. et luminare mi
nus. vt preesset nocti et stellas. Et posu
it eas in firmamento celi. vt lucerent su
per terram: ⁊ preessent diei ac nocti. ⁊ di
uiderent lucem ac tenebras. Et vidit de
us ꝙ esset bonũ: et factum est vespere ⁊
mane dies quartus. Dixit etiã deus. Pro
ducant aque reptile anime viuentis: et
volatile super terram sub firmamento
celi. Creauitqz deus cete grandia. et om
nem animã viuentem atqz motabilem
quã produxerant aque in species suas. ⁊
omne volatile secundũ genus suum. Et
vidit deus ꝙ esset bonũ: benedixitqz eis
dicens. Crescite et multiplicamini et re
plete aquas maris: auesqz multiplicen
tur super terram. Et factũ est vespere et
mane dies quintus. Dixit quoqz deus.
Producat terra animã viuentẽ in gene
re suo. iumenta et reptilia: et bestias ter
re secundũ species suas. Factũqz est ita.
Et fecit deus bestias terre iuxta species
suas: et iumenta ⁊ omne reptile terre in
genere suo. Et vidit deus ꝙ esset bonũ:
et ait. Faciamus hominẽ ad imaginẽ et
similitudinẽ nostram: et presit piscibus
maris: et volatilibus celi: et bestiis vni
uerseqz terre. omniqz reptili quod mo
uetur in terra. Et creauit deus hoiez ad
imaginẽ et similitudinẽ suaz. ad imagi
nẽ dei creauit illum: masculũ et feminã
creauit eos. Benedixitqz illis deus ⁊ ait.
Crescite et multiplicamini et replete ter
ram: et subiicite eam: et dominamini pi
scibus maris et volatilib⁹ celi: ⁊ vniuer
sis animãtibus que mouẽtur super ter
rã. Dixitqz deus. Ecce dedi vobis oẽm
herbã afferentẽ semẽ super terrã: et vni
uersa ligna que habent in semetipsis se
mentẽ generis sui. vt sint vobis in escaz
et cunctis animãtibus terre. omniqz vo
lucri celi. et vniuersis que mouentur in
terra. et in quibus est aĩa viuẽs. vt habe
ant ad vescendũ. Et factũ est ita. Viditqz
deus cuncta que fecerat: et erant val
de bona. Et factũ est vespere et mane: di
es sextus. Igitur perfecti sunt celi et ter
ra: et omnis ornatus eorum. Comple
uitqz deus die septimo opus suuz quod
fecerat: ⁊ requieuit die septimo ab vniuer
so opere suo quod patrarat. Oẽs oratio
nes sine Dñs vobiscũ. ⁊ sine Flectamus
dicũtur: sed tantũ cũ Oremus. Oratio.

Deus q̃ mirabiliter creasti hoiem
et mirabili⁹ redemisti. da nobis
q̃s: cõtra oblectamẽta pcti mẽtis ratiõe
psistere. vt mereamur ad gaudia eter
na puenire. Per. Lctõ scda. Exodi. xiiii.

Factũ est in vigilia matutina: ⁊ ec
ce respiciens dñs sup castra egy
ptiorũ. p columnã ignis ⁊ nubis. interfe
cit exercitũ eorũ. ⁊ subuertit rotas curru
um ferebanturqz in pfundũ. Dixerũt er
go egyptii. Fugiamus israelẽ: dñs eniz
pugnat p eis contra nos. Et ait dñs ad
moysen. Extende manũ tuã sup mare:
et reuertãtur aque ad egyptios. sup cur
rus ⁊ equites eorũ. Cũqz extẽdisset moy
ses manũ cõtra mare: reuersũ est primo
diluculo ad priorem locũ. Fugiẽtibusqz
egyptiis occurrerũt aque: et inuoluit eos
dñs in mediis fluctibus. Reuerseqz sũt
aque: ⁊ operuerũt currus et equites cũ
cti exercitus pharaonis. qui sequẽtes in
gressi fuerãt mare: nec vnus quidẽ sup
fuit ex eis. Filii aũt israel perrexerũt p me
diũ sicci maris: ⁊ aque eis erant quasi p
muro a dextris et a sinistris. Liberauit
qz dñs in die illa israel de manu egypti
orũ: et viderunt egyptios mortuos sup
littus maris. et manũ magnã quã exer
cuerat dñs contra eos. Metuitqz popu
lus dñm: et crediderũt dño et moysi ser
uo eius. Tunc cecinit moyses ⁊ filii isra
el carmen hoc dño: et dixerunt. Oẽs tp.
dicũtur a choro alternatĩ: pter vltimũ
tp. scz Laudate dñm oẽs gentes. Tractus.

Cantemus dño gloriose enim honorifica
tus est. equum ⁊ ascensorem proiecit in
mare. adiutor ⁊ protector factus est mihi in sa
lutem. Hic deus meus et honorificabo eum. de⁹

patris mei ⁊ exaltabo eum. Dñs conterens bel
la: dñs nomen est illi. Oremus. Oratio.
Deus cuius antiqua miracula eti
am nr̃is seculis coruscare sētimꝰ
dū q̄d vni ppl'o a psecutiōe egyptiaca li
berādo dextere tue potētiā ꝯtulisti: id in
salutē gentiū p aquā regenerationis ope
raris. pr̄a q̄s: vt in abrahe filios: ⁊ in isra
eliticā dignitatem totius mūdi trāseat
plenitudo. Per d. Lectō tertia. Isaie. iiii.
Apprehendent septē mulieres vi
rū vnū in die illa: dicentes Panē
nostrū comedemus. et vestimētis nr̃is
operiemur: tātūmodo inuocetur nomē
tuū sup nos. aufer opprobrium nostrū
In die illa erit germē dñi in magnificen
tia et gloria: et fructus terre sublimis: et
exultatio his q̄ saluati fuerint de israel.
Et erit. Oīs q̄ relictus fuerit in syō: ⁊ re
siduus in hierusalē: sanctus vocabitur.
oīs q̄ scriptus est in vita in hierusalem.
Si abluerit dñs sordes filiarum syon: ⁊
sanguinē hierusalē lauerit de medio eiꝰ
in spiritu iudicii et spū ardoris. Et crea
uit dñs sup omnē locū montis syon: et
vbi inuocatus est. nubē per diem. et fu
mū et splendorem ignis flammantis in
nocte. Super oēm enim gloriā ptectio.
⁊ tabernaculum erit in vmbraculū diei
ab estu: et in securitatem et absconsionē
a turbine et a pluuia. Tractus.
Vinea facta est dilecto in cornu l loco v
beri. Et maceriā circumdedit: ⁊ circūfo
dit ⁊ plātauit vineā sorech: ⁊ edificauit turri in
medio eiꝰ. Et torcular fodit in ea: vinea eni dñi
sabaoth domus israel est. Oremus. Oratio
Deus qui nos ad celebrādum pa
schale sacramentum vtriusq; te
stamenti paginis imbuisti. da nobis in
telligere misericordias tuas: vt ex pce
ptiōe presentiū munerum. firma sit ex
pectatio futurorum. Per dominum.
Lectio quarta. Deuteronomii. xxxi.
Scripsit moyses canticū: et docuit
filios israel. Precepitq; dñs iosue
filio nū: et ait. Cōfortare et esto robustꝰ
tu eni introduces filios israel in terram
quā pollicitus sum patribus eor: ⁊ ego
ero tecum. Postq̄ ergo scripsit moyses
verba legis huius in volumine. atq; cō
pleuit: precepit leuitis q̄ portabāt archā
federis dñi. dicēs. Tollite librū istum. et
ponite illum in latere arche federis dñi
dei nostri: vt sit ꝯtra te ibi in testimoniū
Ego eni scio contētionē tuā: et ceruicem
tuā durissimā. Adhuc viuēte me ⁊ ingre
diente vobiscū: semp contentiose egistis
cōtra dñm. quantomagis cū mortuus
fuero: Congregate ad me oēs maiores
natu per tribus vestras atq; doctores: ⁊
loquar audientibus eis sermones istos
et inuocabo cōtra eos celū ⁊ terrā. Noui
eni q̄ post mortē meā inique agetis: et
declinabitis cito de via quā precepi vo
bis. Et occurrēt vobis mala in extremo
tēpore: quādo feceritis malū in conspe
ctu dñi: vt irritetis eū per opera manuū
vr̃ar. Locutꝰ est ergo moyses audiente
vniuerso cetu filiorū israel verba carmi
nis huius: ⁊ ad finē vsq; cōpleuit. Tr.
Attendite celū et loquar: et audiat terra
verba ex ore meo. Expectetur sicut plu
uia eloquiū meum: ⁊ descendāt sicut ros verba
mea sicut imber sup gramina. Et sicut nix sup
fenū: q: nomē dñi inuocabo. Date magnitudi
nē deo nostro: deus verax opera eius et oēs vie
eius iudicia. Deꝰ fidelis in quo nō est iniq̄tas:
iustus et sanctus dñs. Sequatur Oratio.
Deus q̄ ecclesiā tuā semp gentiū
vocatiōe multiplicas: cōcede ppi
cius: vt quos aqua baptismatis abluis
cōtinua ptectiōe tuearis. Per dñm. Hāc
orationē nō sequatur lectio. sed Tractus.
Sicut ceruus desiderat ad fōtes aquarū
ita desiderat aīa mea ad te deus. Siti
uit aīa mea ad deū viuū: quādo veniā et appa
rebo ante faciē dei mei. Fuerūt mihi lachryme
mee panes die ac nocte: dū dicitur mihi p singu
los dies vbi est deꝰ tuꝰ. Deīde sequātur due
orōes sub vno Per d. ⁊ vno Oremꝰ. orō
Concede q̄s oīpotens deus: vt qui
festa paschalia agimus celestibus
desideriis accēsi. fontem vite sitiamus
dñm nostrū iesum christū filium tuum
Omnīps sempiterne deus. respice p
picius ad deuotionē populi rena
scentis. q̄ sicut ceruus aquar expetit fō
tē: ⁊ concede ppicius vt fidei ipsius sitis
baptismatis mysterio animā corpusq;
sanctificet. Per dñm. Deinde sequatur


septiformis letania q̄ in medio chori a se
ptē pueris in superpelliceis dr: ⁊ interim
exuat sacer. casulā et sumat cappā sericā
rubeā adhuc stans āte altare: donec per
cātetur letania ⁊c: vt in processionale cō
tinetur. Finita letania: scʒ Rex sanctorū
incipiat missa solēniter a catore sine re-
gimine chori sic Kyrie eleysō. ⁊ dr cāt⁹ de
Lux ⁊ origo. absq̧ ꝟ. ⁊ interim sacerdos
assūpta casula ad altare dicat Cōfiteor.
Misereatur. et Absolutionē. cū p̄cibus
et oratione Aufer a nobis dn̄e. more so-
lito: tamē hic nō detur osculū pacis. De-
inde thurificet altare: et postea incipiat.




Glo ri a in excelsis de o.
Tūc oēs genuflectēt exuētes cappas ni
gras: ⁊ tūc pulsent oēs cāpane i classicū.
Sequat Dn̄s vobiscū. et Oremus. Oro.
Deus q̄ hāc sacratissimā noctē glo
ria dn̄ice resurrectionis illustras
cōserua in noua familie tue p̄genie ado
ptionis spiritū. quē dedisti. vt corpore ⁊
mēte renouati. purā tibi exhibeāt serui
tutē. Per eūd. in vnitate eiusd. Sequēs
ep̄la legat in pulpito Ad collossenses. iii
Fratres. Si cōsurrexistis cū xp̄o.
q̄ sursū sunt querite: vbi christ⁹
est in dextera dei sedēs. Que sursū sunt
sapite: nō q̄ sup terrā. Mortui eñ estis:
et vita vestra abscondita est cum xp̄o in
deo. Cū eñ xp̄s apparuerit vita vestra:
tūc et vos apparebitis: cū ipso in gloria.
Lecta ep̄la duo clerici de scd̄a forma in
cappis sericis in pulpito cātēt hoc All'a.
Chorus idē p̄sequat. Clerici ꝟ. Confite-
mini dn̄o quoniā bonus q̄ñ in seculū mia eius
Chorus finiat cū neuma Itē clerici rein
cipiāt All'a. sine neuma. Deinde sequa-
tur tract⁹ q̄ a duob⁹ de scd̄a forma i cap-
pis nigris ad gradū chori tot⁹ ⁊ integer
cātetur choro interim sedente. Tractus
Laudate dn̄m oēs gētes: ⁊ collaudate eū
oēs populi. ꝟ. Qm̄ confirmata est sup
nos mia eius: ⁊ veritas dn̄i manet ineternum.
Interim vero p̄cedat diacon⁹ cū subdia
cono p mediū chori more solito sine cru-
ce ad legēdū euāgeliū quē precedāt duo
ceroferarii cereis extictis: ⁊ legat in pul-
pito more dn̄icali. Scd̄ʒ matheū. xxviii
Vespere autē sabbati q̄ lucescit in
prima sabbati: venit maria ma-
gdalene et alia maria videre sepulchrū.
Et ecce terremotus factus est magnus
angelus autē dn̄i descēdit de celo. ⁊ acce
dēs reuoluit lapidē et sedebat super eū.
Erat aūt aspectus ei⁹ sicut fulgur: et ve
stimenta eius sicut nix. Pre timore autē
eius exterriti sunt custodes: et facti sunt
velut mortui. Rñdēs aūt angelus: dixit
mulierib⁹. Nolite timere vos. Scio eñ
q̧ iesum qui crucifixus est q̄ritis. Nō est
hic. Surrexit eñ: sicut dixit. Venite ⁊ vi
dete locū: vbi positus erat dn̄s. Et cito
eūtes dicite discipulis ei⁹: q̄r surrexit: et
ecce precedet vos in galileā. Ibi eū vide
bitis: ecce predixi vobis. Non dr Credo.
sed post euangeliū dr Dn̄s vobiscum. et
Oremus. Non dicitur Off'. Secreta.
Suscipe q̄s dn̄e p̄ces populi tui cū
oblatiōibus hostiarū: vt paschali
bus initiate mysteriis ad eternitatis no
bis medelā te operāte proficiant. Per d.
Prefatio. Et te q̄dē oī tēpore: sed in hac
potissimū nocte. et Cōicantes. et Noctē
sacratissimā. ⁊ Hāc igitur. Hec p̄fatio
dr p totā ebdōam pasche: et in oībus dn̄i-
cis vsq̧ ad ascensionē dn̄i: q̄ñ de resurre-
ctiōe agitur. Cōicantes. vero et Hāc igi-
tur. p ebdōam ⁊ in oct. pasche tm̄ dr: hac
die dr Sanctus. solēniter: sacerdote ve-
ro dicēte. Pax dn̄i sit semper vobiscum.
et choro rn̄dēte. Et cum spiritu tuo
non dr Agnus dei. nec pax dei. Sed fa-
cto īteruallo īcipiātur vespe festiue sine
regimine chori sine cāpanarū pulsatiōe ⁊ sine
Deus in adiutoriū. a quodā de supiori
gradu ex pte chori sic. Alleluya. ps. Lau
date dn̄m oēs gētes. ꝟ. Quoniā confir-
mata. ꝟ. Gloria patri. ꝟ. Sicut erat. to-
ta dicitur añ. Alleluya all'a all'a all'a. qua di
cta statim incipiat añ. sup Magnificat.
ab excellētiore post eū qui celebrauerit.
sed nō p̄cātetur a choro āte psalmi into-
nationē. Non thurificet altare neq̧ cho
rus. añ. Vespere autē sabbati que lucescit in
prima sabbati venit maria magdalene ⁊ altera

maria videre sepulchrū alleluya. ℣s. Magni
ficat. Repetita an. dicat sacerdos. Dñs
vobiscum et Oremus. Oratio.
SPiritū in nobis dñe tue caritatis
infunde: vt quos sacramētis pa
schalibus satiasti. tua facias pietate cō
cordes. Per dñm in vnitate eiusdē. Et
sic missa et vespere simul finiant dicēte
diacono. Ite missa est cū nota de Alla.
¶ Ad missam dicendam dum sacerdos
induit se sacris vestibus dicat hymnū.
VEni creator spūs mētes tuorū vi
sita imple superna gratia que tu
creasti pectora. Qui paraclitus diceris
donū dei altissimi fons viuus ignis ca
ritas et spiritalis vnctio. Tu septiformis
munere dextre dei tu digitus tu ritu p
misso patris sermone ditans guttura.
Accende lumē sensibus: infunde amo
rē cordibus: infirma nostri corporis: vir
tute firmans perpetim. Hostem repel
las longius: pacēqz dones protinus: du
ctore sic te preuio: vitem⁹ omne nociū.
Per te sciamus da patrē: noscam⁹ atqz
filiū: te vtriusqz spiritū: credamus omni
tēpore. Sit laus patri cū filio: scō simul
paraclyto: nobisqz mittat fili⁹: carisma
sctī spūs. Amē. ℣. Emitte spūm tuū et creabū
tur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.
DEus cui oē cor patet et oīs volun
tas loquitur: et quē nullū latet secre
tū: purifica p infusionē sctī spūs cogita
tiones cordis nostri vt te perfecte dilige
re: et digne laudare mereamur. Per xp̄m
Deinde sequat an. Introibo ad altare dei.
℣s. Iudica me deus et discerne: totus ℣s
cū Gloria patri. Deinde dr an. Introi
bo ad altare dei ad deū q letificat iuuētutē meā
Kyrie eleyson. Xp̄e eleyson. Kyrie eleyson
Pater noster. Aue maria. His finitis et
officio misse inchoato cū post officium
Gloria pri incipit: accedat sacerdos cū
suis ministris ad gradū altaris et dicat
ipē confessionē diacono assistēte a dextris
et subdiacono a sinistris: hoc modo inci
piendo. Et ne nos. Sed libera. Confite
mini dño qm bonus. Quoniā in seculū
mīa eius. Confiteor deo beate marie oī
bus sanctis et vobis: qr peccaui nimis co
gitatione locutione et opere: mea culpa.
precor sanctā mariam oēs sanctos dei et
vos orate pro me. Ministri respondeāt.
Misereatur vestri oīpotens deus: et di
mittat vobis oīa peccata vestra: liberet
vos ab oī malo: cōseruet et confirmet in
bono: et ad vitā perducat eternā. Sacer
dos. Amen. et postea dicant. Confiteor.
Quo dicto dicat sacerdos. Misereatur.
vrī: deinde dicat sacerd. Absolutionem
et remissionē oīm pctōꝝ vestrorū: spaci
um vere penitentie et emendationē vi
te gratiā et cōsolationē sctī spūs: tribuat
vobis oīpotens et misericors dñs. Mi
nistri respōdeāt Amē. Et sciendū est q
quicūqz sacerdos officiū exequat: semp
ipus si presens fuerit ad gradū altaris
dicat. Confiteor. Misereatur. et Absolu
tionem. Deinde dicat sacerdos ℣. Adiu
torium nostrum. Qui fecit. Sit nomen. Et hoc
Oremus. Deinde finitis precibus sacer
dos deosculet diaconū et postea subdia
conū: ita dicens. Habete osculū pacis et
dilectionis vt apti sitis sacrosancto alta
ri ad pficiēdū officia diuina. Et hoc sem
per obseruetur p totū annū: nisi tātū in
missis p defunctis: et in tribus primis
feriis ante pascha. His itaqz peractis: ce
roferarii candelabra cum cereis ad gra
dū altaris dimittāt. Deinde accedat sa
cerdos ad altare et dicat in medio alta
ris tacita voce inclinatoqz corpore et iun
ctis manibus. Oremus. Oratio
AUfer a nobis dñe qs oēs iniqui
tates nostras: vt ad sancta sctōꝝ
puris mētib⁹ mereamur introire. Per
christū. Tunc se erigat sacerdos et oscu
letur altare et hoc in medio: et signet se
in facie sua ita dicens. In noīe patris et fi
lii et spiritussancti. Amē. Deinde ponat
diaconus thus in thuribulū et dicat sa
cerdoti. Benedicite. et sacerd dicat. Dñs
Ab ipso benedicatur hoc incēsum: in cu
ius honore cremabitur. In noīe patris.
⁊c. Tūc diaconus ei thuribulū tradens
deosculet manū ei⁹: et ipse sacerdos thu
rificet mediū altaris et vtrūqz cornu al
taris: pmo in dextera scdo in sinistra pte
et interi in medio: deīde ab ipso diacono
ipē sacerd. thurificet: et postea tertiū mi
nisterio subdiacono sacerd. deosculetur


His itaqȝ gestis in dextro cornu altaris: cū diacono et subdiacono officiuȝ misse vsqȝ ad orationē ꝓsequatur: vel vsqȝ ad **Gloria in excelsis**. qn̄ dr. Et post officiū et psalmū repetat officiū: et postea dicit **Gloria patri**. ꝛ **Sicut erat**. tertio repetatur officiū. Et hoc ꝑ totū ānū obseruetur tā in dn̄icis q̄ȝ in festis sctōꝝ: ꝛ in oct. ꝛ infra qn̄ chor⁹ regit: et in oībus missis de sctā maria ꝑ totū ānū obseruetur: nisi in dn̄ica passiōis dn̄i: ꝛ abhinc vsqȝ ad cenā dn̄i ad missam scȝ de tēporali tātū: tunc statim post psalmū q̄ dicitur post officiū reincipiatur officium sine **Gloria patri**. post repetitionē officii ꝑcipalis rector chori officiū misse a cantore querere debet: deinde illud socio suo intimare: ꝛ postea simul incipere. Et similiter. **Kyrie**. **Sequentia**. **Offert**. **Sanctus**. **Agnus** ꝛ **Cōio**. q̄rātur intimētur ꝛ incipiāt. His finitis ꝛ officio misse īchoato cū post officiū **Gloria patri**. incipitur: tūc accedāt ministri ad altare ordinatim: primo ceroferarii duo pariter incedētes: deinde thuribularii/ post subdiaconus/ exinde diaconus/ post euȝ sacerdos. diacono et subdiacono casulis indutis scȝ quotidie per aduētū. et a. lxx. vsqȝ ad cenā dn̄i: qn̄ de tēporali dicit missa: nisi in vigiliis et quattuor tēporib⁹: man⁹ tn̄ ad modū sacerdotis nō habētib⁹: ceteris vero ministris scȝ cerofer. thuribul. et accolito in albis cū amictibus existētibus. In aliis vero tēporib⁹ anni qn̄ de tēporali dicit missa: et in festis sctōꝝ totius anni vtātur diac. et subdiaco. dalmaticis et tunicis. nisi in vigiliis et quattuor tēporib⁹: nisi in vigil. pasche et pēthe. et nati. dn̄i si in dn̄ica contigerit: et excepto ieiunio quattuor tēporū quod celebrat in ebd̄a penthe. tūc dalmaticis et tunicis indui debēt. In die parasceues ꝛ in rogatiōib⁹ ad missam ieiunii ꝛ ad ꝓcess. et in missis dn̄icalib⁹ ꝛ sctōꝝ que in caplo dr̄: tunc eciā albis cū amictib⁹ vtātur: ita tn̄ q̄ in tpe paschali de quocūqȝ dr̄ missa: nisi in inuētiōe sctē crucis vtātur ministri altaris vestimētis albis ad missā. Silr̄ fiat in fes. ānūciat. btē marie. et i cōcep. eiusdē ꝛ in vtroqȝ fes. scti michaelis: et in fe. scti ioānis apl̄i in ebd̄a nat. dn̄i/ ꝛ post oct. et in oct. assump. et nati. btē marie: et in cōmemoratiōibus eiusdē per totū annū: ꝛ per octa. et in octa. dedicationis ecclesie. Rubeis vero vtātur vestimentis oībus dn̄icis per annū extra tēpus pasche qn̄ de dn̄ica agitur: et in. iiii. feria. in capite ieiunii: et in cena dn̄i: et in vtroqȝ festo sctē crucis: in quolibet festo martyrum aplōꝝ et euāgelistarū extra tēpus pas. In oībus aliis festis vnius cōfessoris vel plurimorū cōfessorū vtātur vestimētis crocei coloris. Quo facto sacerdos et sui ministri in sedibus paratis se recipiant et expectent vsqȝ ad **Gloria in excelsis**. quod incipiatur semꝑ in medio altaris: quādocūqȝ dicitur: omnibus dn̄icis per annū quādo **Gloria in excelsis**. dicitur. dicit vnū istorū pro dispositiōe cantoris



Glo ri a in excelsis de o.




Glo ri a in excelsis deo.



Glo ri a in excelsis deo.

¶ In oībus maioribus duplicibus dicatur vnū istorū pro dispositione cantoris




Glo ri a in excelsis de o.




Glo ri a in ex celsis deo.

¶ In oībus aliis duplicib⁹ dicitur vnū istorū pro dispositione cantoris.




Glo ri a in excelsis deo.




Glo ri a in ex cel sis de o.

¶ In utroque festo sancti michaelis: et in festo sancti dunstani dicitur hic cantus.




Glo ri a in ex cel sis deo.

¶ In omnibus festis et in octa. quando Inuitatorium a tribus cãtatur dicitur vnũ istorũ pro dispositione cantoris.




Glo ri a in excelsis deo.




Glo ri a in ex cel sis deo.

¶ In omnibus aliis festis simplicibus tam. iii. q̃. ix. lec. in quibus chorus regitur dicatur vnum istorum cantuum.




Glo ri a in excelsis de o.




Glo ri a in excelsis deo.

¶ In oibus festis. iii. lec. et in oct. qñ chorus non regitur dicitur vnum istorum.




Glo ri a in excelsis deo.




Glo ria in excel sis deo.

¶ In cõmemoratione beate marie dicitur hic cantus p totũ annũ quando de-



Glo ri a in excelsis de o.

Nisi quando vltimo sit seruitiũ de sancta maria ãte aduentũ dñi et ante. lxx. et in octa. assumptionis et natiuitatis btẽ marie tũc eni de sequẽs cãtus tã a choro q̃ a sacerdote et eius ministris ad altare.



Glo ri a in ex celsis deo.

Et in terra pax hoibus bone voluntatis. Laudam⁹ te. Bñdicim⁹ te. Adoramus te. Glorificam⁹ te Grãs agim⁹ tibi: ppter magnã gloriã tuã. Dñe de⁹ rex celestis de⁹ pater oipotẽs. Dñe fili vnigenite iesu xpe. Spũs et alme orphanorũ paraclyte. Dñe deus agn⁹ dei fili⁹ pris. Primogenit⁹ marie virginis matris. Qui tollis pctã mundi miserere nobis. Qui tollis pctã mundi: suscipe deprecationẽ nostrã. Ad marie gloriã. Qui sedes ad dexterã patris: miserere nobis. Qm̃ tu solus sanctus. Mariã sanctificans. Tu solus dñs. Mariã gubernãs. Tu solus altissimus. Mariã coronãs. Jesu xpe. Cũ sancto spiritu in gloria dei patris. Amẽ.

¶ In oibus aliis missis qñ dicẽdum est de sine psa. Post inceptionẽ. Glia in excelsis. diuertat se sacerdos ad dextrum cornu altaris et ministri cũ eo prosequẽtes: diacon⁹ a dextris et subdiacon⁹ a sinistris submissa voce dicãt idẽ. In dupl. fest. principalis rector chori. Gloria in excelsis. qñ debet dici qrat a cãtore: et sacerdoti insinuat. ¶ Notãdũ est q̃ oẽs clerici stare tenentur ad missam: nisi dũ lectio epistole legitur. et grad. et Alleluya. vel Tr. cantatur. In duplicibus tamen festis stare tenẽtur oẽs dũ a choro Alla. canitur. Pueri vero semper sint stãtes ad missaz choro canẽte. Rectores vero chori cũ duo tantũ habentur sequãtur per oia regulã clericorum de secũda forma ad vespas matutinas et ad missã: nisi q̃ semp dũ chorus canitur Alla. stare tenẽtur: et in inceptiõibus cantuũ ad missaz

ad altare se cõuertãt. In dup. festis oẽs rectores chori imitẽtur oĩa vtʒ Et notã dũ est q̄ oẽs clerici cõuersi ad altare stare tenent̄ dũ ad missam Glia in excelsis inchoatur: quousq̄ chorus cantet Et in eodẽ hymno ad hec verba. Adoramus te. et ad hec verba. Suscipe deprecationem nostrã. et in fine eiusdẽ cũ dicit Iesu xpe cum sancto spiritu in gloria dei. vsq̄ ad epistolã vel lect. Dictoq3 gr. Alleluya. et sequẽtia vel tr. a sacerdote priuatim cũ suis ministris: accipiat subdiaconus panẽ et vinũ et aquã cũ calice et ea pparet ad eucharistie ministrationeʒ benedictione prius aque a sacerdote petita hoc modo. Benedicite. sic respondeat sacerdos. Dñs. Ab eo sit benedicta de cuius latere exiuit sanguis et aqua. In noĩe patris. ꝛc. Sacerdos vero interim sedeat in sede sua. In fine vero Gr. vel tr. vel Alla. vel sequentie chorus ad altare se inclinet anteq̄ ad lectorem euangelii se vertat: et ad Gloria tibi domine. semp ad altare se vertat lector euangelii et etiã oẽs clerici signo crucis se signent/ quod et ad missam publice obseruatur scilʒ ad Gloria in excelsis. qñ dr. In gloria dei patris. Amẽ. ꝛ ad Gloria tibi dñe et post Sanctus. cũ dr. Benedictus qui venit. et ad inceptionẽ. Credo in vnum deum. quousq3 chorus cantet: ꝛ iterum ad altare se inclinet: scʒ dũ dr hec clausula. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine et homo factus est. Crucifixus etiã pro nobis sub pontio pilato et in fine cũ dr. Et vitam venturi seculi. Amen. Abhinc quousq3 etiã inchoetur offert. et post offer. quousq3 compleatur totum officiũ misse hunc gestũ chorus imitetur omni festo per annũ. Per totũ autẽ aduẽtum non dicitur Gloria in excelsis. de quocunq3 dicitur missa: et a septuagesima vsq3 ad vigiliam pasche. Quibus itaq3 peractis factoq3 signaculo crucis in facie sua: vertat se sacerdos ad populũ: eleuatisq3 aliquãtulũ brachiis iũctisq3 manibus dicat hoc modo.

Dominus vobiscũ.

Et chor⁹ respõdeat. Et cum spũ tuo. sub eodẽ tono: et iterũ reuertat se sacerdos ad altare et dicat hoc modo.

Oremus.

Quotienscũq3 dr Dñs vobiscũ. ad missaʒ semp sub eodẽ tono dicetur sicut et Oremus. nisi in prefationibus ꝛ nisi in missa sponsaliũ cũ fiat benedictio super spõsum et spõsam ante Pax dñi. tũc eñ dr sic: et in consistibus ita determinando.

Dominus vobiscum. Oremus.

Deinde dicitur oratio sic determinãdo.

Per omnia secula seculorum. Amen.

Et si aliqua memoria habenda est iterũ dicat sacerdos Orem⁹. vtʒ. Et qñ sunt plures collecte dicẽde: tũc oẽs orõnes q̃ sequũtur sub vno Per dñm. ꝛ vno Oremus. dicũtur: ita tñ q̄ septẽnariũ numerũ excedere nõ debent scdm ecclesie sarũ. Et semp dũ stat sacerdos ad officiũ misse post eũ stet diacon⁹ directe in proximo gradu: et subdiaconus similimodo directe in scdo gradu post diaconum: ita vt quotiẽs sacerdos ad populũ se cõuertit diaconus sicut se cõuertat. Subdiacon⁹ vero interim genuflectendo de casula sacerdotis aptãda subministret. Et si episcopus celebrauerit oẽs diaconi in gradu diaconorũ cõsistant: principali diacono mediũ locũ inter eos obtinẽte. Simili modo in gradu subdiaconorũ se habeãt ceteris oĩbus diaconis ꝛ subdiaconis gestũ pñcipalis diaconi et pñcipalis subdiaconi imitãtibus: excepto q̄ principalis subdiaconus sacerdoti ad populũ cõuertenti solus subministret. Sciendum est aũt q̄ quicquid a sacerdote dr ante epistolã in dextro cornu altaris expleatur: preter inceptionem Gloria in excelsis. similiter fiat post perceptionẽ sacramẽti.

Cetera oĩa in medio altaris expleantur nisi forte diaconus defuerit. Tūc enim in sinistro cornu altaris legatur euangelium. Post introitū vero misse vnus ceroferarioꝝ panē vinū et aquā q̄ ad eucharistie ministrationē disponūtur/ deferat reliquus vero peluim cum aqua et manutergio portet chorū licet ingredi vsq; ad complectorium prime collecte. Cetera vsq; ad Credo dicuntur vt supra in prima dñica aduentus domini.



Credo in vnum deum.
Patrem omnipotentē factorē celi et terre: visibiliū oĩm ⁊ inuisibiliū. Et in vnū dñm iesum xpm filiū dei vnigenitum. Et ex patre natum ante oĩa secula. Deū de deo lumen de lumine: deū verum de deo vero. Genitū nō factū consubstātialem patri: per quem oĩa facta sunt. Qui propter nos hoĩes et propter nostrā salutē descēdit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine: et homo factus est. Crucifixus etiā ꝑ nobis sub pontio pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die scd̄m scripturas. Et ascendit in celū sedet ad dexterā patris. Et iterū venturus est cū gloria iudicare viuos ⁊ mortuos: cuius regni nō erit finis. Et in spiritū sanctū dñm et viuificātem: qui ex patre filioq; procedit. Qui cū patre et filio simul adoratur et cōglorificatur: qui locutus est ꝑ ꝓphetas. Et vnā sanctā catholicā et apostolicā ecclesiā. Confiteor vnū baptisma in remissionē peccatorū. Et expecto resurrectionē mortuoꝝ. Et vitā vēturi scl'i. Amen
Dū a choro canitur Credo. accedat diaconus post lectū euāgel'. et offerat sacerdoti librū euangelioꝝ vel textū deosculando in sinistris eius. Deinde sequatur Dñs vobiscū. ⁊ Oremꝰ. Deinde dicitur Offꝛ. Post offꝛ. vero porrigat diaconꝰ sacerdoti calicē cū patena et sacrificio: et osculetur manū eius vtraq; vice. Ipse vero accipiēs ab eo calicē: diligenter ponat in loco suo debito super mediū altare ⁊ inclinato parūper eleuet calicē vtraq; manu offerens sacrificium dño: dicēdo hanc orationem. Oratio.


Suscipe sancta trinitas hanc oblationē quā ego miser indignꝰ peccator offero in honore tuo. ⁊ beate marie ⁊ oĩm scōꝝ tuoꝝ: ꝓ pctīs et offensionibus meis ꝓ salute viuoꝝ et requie oĩm fideliū defunctoꝝ. In noĩe patris. ⁊c. Dicta oro. reponat calicē ⁊ cooperiat cū corporalibus/ ponatq; panē sup corporalia decēter ante calicē vinū et aquā cōtinentē/ et osculetur patenā et reponat eā a dextris sup altare sub corporalibus parum cooperiendo. Hoc peracto accipiat thuribulū a diacono et thurificet sacrificiū: videlicet vltra ter signū crucis faciēs: et ter in circuitu ⁊ ex vtraq; parte calicis et sacrificii: deīde locū inter se ⁊ altare. Et dū thurificat dicat. Dirigatur dñe ad te oratio mea sicut incēsū in cōspectu tuo. Postea thurificetur ipe sacerd. ab ipo diac. ⁊ subdiaconus deferat ei textū deosculādū: deinde accolitus thurificet chorū: incipiens a rectoribꝰ. chori: deinde superiorē gradū ex parte decani incipiēs ab ipo decano vel a proximiori stallo eo absente: postea superiorē gradū ex parte cātoris. Eodē ordine secūdus: exīde primas formas ita q ipe puer singulos pueros incēsando illis inclinet subsequēter cum diacono cū textu ab oĩbus deosculando. Si episcopus celebrauerit et duplex festū fuerit: duo pueri veniēt cū thuribulis et duo subdiaconi cū duobꝰ textibus vel reliquiis. Si aūt epūs nō celebrauerit ⁊ duplex festū fuerit: textū deferat accolitus ex parte cantoris. Primo autem thurificandus est cantor q stat in medio chori cū ceteris rectoribus chori. scz in festis maioribus dup. tātū: deinde principales rectores chori ex vtraq; parte sui: exīde duo rectores secūdarii: postea chorus more solito eodem quoq; ordine sequātur textus. Quādo vero nō dicitur Credo. tunc immediate post. Oremus. ⁊ offꝛ. accedat diaconus ⁊ offerat sacerdoti calicē cū patena ⁊c. solito more expleātur: ⁊ thurificet sacrificiū more solito: sed chorus nō thurificetur. Nūq; eīn

incēssatur chorus post euangeliū ad mis samauli qū dr: **Credo.** sed tūc semp. His itaqz peractis eat sacerdos ad dextrum cornu altaris. et abluat manus dicens. **Munda me dñe ab oī inquinamento cordis ⁊ corporis mei vt possim mūd⁹ implere opus sanctū dei.** Diacono interim ipm altare in sinistro cornu thurificāte et reliquias more solito ī circuitu. Ablutis manibus sacerd. reuertat se ad altare ad diuinū officiū exequēdū: ⁊ diacon⁹ ⁊ subdiacon⁹ gradibus suis ordinate su pradicto modo se teneāt. Deinde reuertat se ⁊ stans āte altare inclinatoqz capite ⁊ corpore iūctis manibus dicat oratio


In spū humilitatis ⁊ in aīo cōtrito suscipiamur a te dñe: et sic fiat sacrificiū nostrū in conspectu tuo: vt a te suscipiat hodie et placeat tibi dñe deus. Et erigens se deosculet altare a dextris sacrificii: et dans benedictionē vltra sacrificiū: postea signet se dicens. **In noīe patris.** ⁊c. Deinde vertat se sacerd. ad populū ⁊ tacita voce dicat **Orate fratres ⁊ sorores p me: vt meū pariterqz vestrū acceptū sit dño deo nostro sacrificium.** Rñsio cler. priuatī. **Spūssancti gratia illuminet cor tuū ⁊ labia tua: et accipiat dñs digne hoc sacrificiū laudis de manibus tuis p peccatis ⁊ offensionibus nostris.** In missis vero p defunctis post ablutionē manuū sacerdotis statim incipiat sacerdos iunctis manibus in medio altaris conuersus ad altare dicens.




Hostias et preces tibi dñe offerimus Et chorus cātādo respondeat. **Tu suscipe p aīabus illis quarū hodie memoriā agimus: fac eas dñe de morte transire ad vitā.** Et interiz dicat sacerd. **In spū humilitatis.** Deinde statim dicat cōuersus ad populū tacita voce **Orate fratres ⁊ sorores p fidelibus defunctis.** Rñsio clerici cantādo **Requiē eternā dona eis dñe: et lux ppetua luceat eis. quā olim abrahe promisisti et semini eius.** ¶ Notādū est ꝙ in oībus missis p corpore presenti ⁊ in anniuersariis cuiuscūqz fuerint et in trigintalibus dicitur **Hostias et preces.** cum v. **Requiē eternam.** et **Quam olim abrahe.** In oībus vero aliis missis p defunctis nō dicūtur: nec in die aīarum. Et reuersus ad altare sacerd. secretas oratiōes dicat iuxta numerū antedictarū ⁊ ordinē ante epistolā ita incipiens **Oremus.** Quib⁹ finitis dicat sacerdos aperta voce. **Per oīa secula seculorum.** manib⁹ nō leuatis: donec dicitur. **Sursum corda.** Et tunc accipiat subdiacon⁹ offer. et patenā de manu diaconi ipsam patenā tenendā quousqz **Pater noster.** dicitur: quā accolito offertorio coopertā cōmittat in gradu: scz post diaconū interim cōstituto. Quod etiā obseruetur in omni missa ad autenticū altare celebrāda per totū annū: nisi tm̄ in missis p defunctis: tm̄ in die aīarum obseruabitur. ¶ Hec prefatio dr in die natiuitatis dñi. ad oēs missas: et quotidie p ebdam: ⁊ in die circūcisiōis ⁊ in oībus missis de sctā maria ab hac die vsqz ad purif. et etiā in die purifi. Dicat etiā ī festo corporis xp̄i et in oct. eiusdē. et infra qū de eo fit seruitiū. Dicitur etiā in cōmemoratiōe eius. **Cōmunicātes** vero dr tm̄ vsqz ad circūcisionē: et in die circuncisionis.




Eterne deus. Quia per incar



nati verbi mysterium: noua mentis




nostre oculis lux tue clarita tis in



fulsit. Ut dum visibiliter deum cogno



scimus: per hūc in inuisibilium amore



ra pia mur. Et ideo cum angelis.
Infra canonē ad primā missaz in nocte natiuitatis dñi dicitur. Noctez sacratissimam ad oēs alias missas dicitur. Diem sacratissimum. quandocūqz dicitur.


Communicantes et diem sacratissimū celebrantes: quo beate marie intemerata virginitas: huic mundo edidit saluatorē. Sed et memoriā venerātes. In primis eiusdē gloriose semper virginis marie genitricis ipsius dei et dñi nostri iesu xpi. Sed et beatorū apl'orū ac martyrū tuorū. Petri Pauli Andree Jacobi Johannis Thome Jacobi Philippi Bartholomei Mathei Symonis et Thadei Lini Cleti Clementis Sixti Cornelii Cypriani Laurentii Grisogoni Johannis et Pauli Cosme et Damiani. Et oīm sanctorū tuorū quorū meritis precibusqz concedas: vt in omnibus protectiōis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dñm nostrum. Amē.
¶ Hec prefatio dr̄ in die epyphanie et per oct. et in oct. et Cōmunicātes. similiter.



Eterne deus. Quia cū vnigenitus tu' in substantia nostre carnis ap



paruit: in nouā nos immortalitatis sue




lucem reparauit. Et ideo cum angelis



¶ Infra canonem.
Communicantes et diem sacratissimum celebrantes: quo vnigenitus tuus in tua tecū gloria coeternus in veritate carnis nostre visibiliter corporalis apparuit. Sed et memoriā venerātes. In primis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei et dñi nostri iesu xpi. Sed et beatorū apostolorū ac martyrū tuorū Petri Pauli Andree Jacobi Johannis Thome Jacobi Philippi Bartholomei Mathei Symonis et Thadei Lini Cleti Clementis Sixti Cornelii Cypriani Laurentii Grisogoni Johannis et Pauli Cosme et Damiani. Et oīm sanctorū tuorū quorū meritis precibusqz concedas: vt in omnibus protectiōis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dñm nostrum. Amē.
¶ Hec prefatio dicit in feria. iiii. in capite ieiunii: et in oī missa de ieiunio: nisi in dñicis abhinc vsqz ad cenam domini.




Eterne deus. Qui corporali ieiu



nio vicia comprimis: mētē eleuas: vir



tutem largiris et premia. Per christuz



dominū nostrum. Per quē maiestatē.
¶ In dñicis per quadragesimā dicitur prefatio quotidiana. In cena dñi prefatio quotidiana dicitur. Infra canonem Cōmunicantes. et Hanc igitur. et Qui pridie. tā ab epō q̄ a sacerdote dicantur.
¶ Infra canonem.
Communicantes et diem sacratissimū celebrantes quo dñs noster iesus christ' pro nobis traditus est. Sed et memoriā venerantes. In primis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei et dñi nostri iesu xpi. Sed et beatorū apostolorū ac martyrū tuorū

Petri Pauli Andree Jacobi Johannis Thome Jacobi Philippi Bartholomei Mathei Symonis et Thadei Lini Cleti Clementis Sixti Cornelii Cypriani Laurentii Grisogoni Johannis et Pauli Cosme et Damiani. Et omnium sanctorū tuorum quorum meritis precibusq; concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundē christum dñm nostrum. Amen. Item.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed et cūcte familie tue quā tibi offerimus ob diē in qua dñs noster iesus xp̄s tradidit discipulis suis corporis et sanguinis sui mysteria celebrāda. Quesumus dñe vt placatus accipias: diesq; nostros in tua pace disponas: atq; ab eterna damnatione nos eripi: et in electorum tuorum iubeas grege numerari Per xp̄m dñm nostrum. Amen.

Qui pridie q̄ pateretur pro nostra omniumq; salute hoc est hodie. accepit panē in sanctas ac venerabiles manus suas: et eleuatis oculis in celū ad te deum. &c. ¶ hec p̄fatio dicitur in die pasche et per totā ebdam et in oībus dñicis vsq; ad ascensionez dñi qñ de dñica siue de pascha dicit missa. Sed in vigilia pasche tantū dicit in prefatiōe. Sed in hac potissimū nocte Quādocūq; alias dicit dicitur. Sed in hac potissimū die. Communicantes vero. et Hanc igitur. per ebdomadā et in octa. pasche tantū dicitur ita q̄ in vigilia pasche tantū dicitur Noctem sacratissimam. ¶ In die vero pasche et alias quando dicitur: dicitur Diem sacratissimum.


Eterne deus. Et te quidē omni tempore: sed in hac potissimū die gloriosius predicare cum pascha nostrum immolatus est christus. Ipse enim verus est agn⁹ qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit: et vitam resurgendo reparauit. Et ideo cum angelis.

¶ Infra canonem.

Communicantes et diem sacratissimū celebrantes: resurrectionis dñi nostri iesu xp̄i secūdū carnem. Sed et memoriā venerantes. In primis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei et dñi nostri iesu xp̄i. Sed et beatorū apostolorū ac martyrū tuorum Petri Pauli Andree Jacobi Johannis Thome Jacobi Philippi Bartholomei Mathei Symonis et Thadei Lini Cleti Clementis Sixti Cornelii Cypriani Laurentii Grisogoni Johannis et Pauli Cosme et Damiani. Et omniū sanctorū tuorū quorum meritis precibusq; concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundē christum dominum nostrum. Amen. Item

Hanc igitur oblationez seruitutis nostre: sed et cūcte familie tue quā tibi offerimus pro his quoq; quos regenerare dignat⁹ es ex aqua et spū sancto tribuens eis remissionē oīum peccatorū Quesumus dñe vt placatus accipias: diesq; nostros in tua pace disponas: atq; ab eterna damnatione nos eripi: et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per christum dñm nostrum. Amē


¶ Hec prefatio dr in die ascensionis dñi z per octa. et in oct. et in dñica infra oct. qñ de dñica agitur. et **Communicantes.**



Eterne deus. Per christũ dominũ




nostrũ. Qui post resurrectionem suam




omnibus discipulis suis manifestus ap



paruit: et ipsis cernentibus est eleuatus



in celum: vt nos diuinitatis sue tribue-




ret esse participes. Et ideo cũ angelis

Infra canonem

Communicãtes et diem sacratissimum celebrantes quo dñs noster iesus christus vnigenitus filius tu' vnitam sibi fragilitatis nostre substantiam in glorie tue dextera collocauit. Sed et memoriã venerãtes. In primis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdẽ dei et dñi nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrũ tuorum Petri Pauli Andree Jacobi Joãnis thome Jacobi Philippi Bartholomei Mathei Simonis et Thadei Lini Cleti Clementis Sixti Cornelii Cypriani Laurẽtii Grisogoni Joannis et Pauli Cosme et Damiani. Et oĩm sanctorũ tuorum quorum meritis precibusq; concedas vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominũ nostrum. Amen.

¶ Hec prefatio dicitur in die penthecostes z p ebdõam et in oĩbus missis de sctõ spiritu. **Communicãtes.** et **Hanc igitur.** in die penthecostes: et ab hinc vsq; ad festũ sancte trinitatis dicuntur tantum.



Eterne deus. Per christũ dominũ




nostrum. Qui ascendens super omnes



celos: sedensq; ad dexterã tuã promis-




sum spiritũ sanctũ hodierna die in filios




adoptionis effudit. Qua propter pro-



fusis gaudiis totus in orbe terrarum




mundus exultat: sed et superne virtu



tes atq; angelice potestates: hymnum



glo ri e tue concinnunt: si ne fi ne



di cen tes.

¶ Infra canonem.

Communicantes et diem sacratissimū pēthecostes celebrantes quo sp̄us sanct⁹ apostolis in igneis linguis apparuit. Sed & memoriam venerātes In primis gloriose semper virginis marie genitricis dei & dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Sed et beatorū apl'orū ac martyrū tuorū. Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Joānis. Thome. Jacobi Philippi Bartholomei mathei Symonis et thadei Lini Cleti Clemētis Sixti Cornelii Cypriani Laurentii Grisogoni Joānis et Pauli Cosme et Damiani. Et oīm sctōrū tuorū quorū meritis precibusq3 cōcedas: vt in oīb⁹ p̄tectiōis tue muniamur auxilio. Per eundem christū dn̄m nostrū. Amē. ¶ Item

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed et cūcte familie tue quā tibi offerimus pro his quoq3 quos regenerare dignatus es ex aqua & sp̄u sancto tribuens eis remissionē oīm peccatorū. Quesumus dn̄e vt placatus accipias diesq3 nostros in tua pace disponas: atq3 ab eterna damnatione nos eripi: et in electorū tuorū iubeas grege numerari. Per christum dominū nostrum. Amen.

¶ Hec prefatio dicitur in die sctē trinitatis et in oībus dn̄icis vsq3 ad aduētū dn̄i qn̄ de dn̄ica d̄r missa: licet in capl'o dicat et in oībus cōmemorationibus sctē trinitatis p totū annū: & in oī missa sponsaliū

Eterne deus. Qui cū vnigenito filio tuo et spiritu sancto vnus es deus: vnus es dominus. Non in vnius singularitate p̄sone: sed in vni⁹ trinitate substantie. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus: hoc de filio tuo. hoc de spiritu sancto. sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione vere sempiterneq3 deitatis: et in personis proprietas: et in essentia vnitas: et in maiestate adoretur equalitas. Quā laudant angeli atq3 archangeli cherubin quoq3 ac seraphin qui non cessant clamare vna voce dicentes


¶ Hec p̄fatio d̄r in oīb⁹ festis apl'orū & euāgelistarū et p octa. apl'orū petri & pauli atq3 ādree qn̄ de oc. d̄r missa: p̄terq̄ī fes. ioānis apl'i et euangel'. in ebd. nati. dn̄i. In oct. vero eiusdē dicet & in festo ei⁹ in t̄pe paschali.

Eterne deus. Et te dn̄e suppliciter exorare vt gregē tuū pastor eterne nō deseras: sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur: quos operis tui vicarios eidem contulisti preesse pastores. Et ideo cum angelis et archangelis cū thronis et dominationib⁹ Cumq; omni militia celestis exercitus hymnum glorie tue canimus: sine fine dicentes.

¶ hec prefatio dicitur in vtroq; festo sancte crucis: et in cōmemorationibus eiusdem per totum annum.

Eterne deus. Qui salutē humani generis in ligno crucis constituisti vt vnde mors oriebatur inde vita resurgeret Et q̄ in ligno vicerat in ligno quoq; vinceretur. Per xp̄m dominū nostrū. Per quē maiestatē tuā laudāt angeli: adorāt dominationes tremūt potestates. Celi celorūq; ꝟtutes: ac beata seraphin: socia exultatione cōcelebrāt. Cum quibus et nostras voces: vt admitti iubeas deprecamur: supplici confessione dicentes.

Hec prefatio dicitur in omni festo beate marie virginis: nisi in purificatione eiusdem. Dicatur etiam per octa. assumptionis et natiuitatis beate marie: et in commemorationibus eiusdem per totū annum: nisi a die natiuitatis domini vsqꝫ ad purificationem.




Eterne deus. Et te in conceptio-




ne. Et te in annunciatione. Et te in assū



ptione. Et te in natiuitate. Et te in visita



tione. Et te in veneratione beate et glo




riose semper virginis marie exultanti-




bus animis laudare: benedicere et predi



care. Que ꝫ vnigenitū tuum sancti spi



ritus obumbratione concepit: et virgi-



nitatis gloria permanente: huic mūdo




lumen eternū effudit: iesuꝫ christū dñm




nostrum. Per quē maiestatē tuā laudāt




angeli: adorāt dominationes tremunt



potestates. Celi celorūqꝫ virtutes ac bea




ta seraphin socia exultatiōe cōcelebrāt



Cū quibus et nostras voces vt admitti




iubeas deprecamur supplici cōfessione




dicentes.

Hoc modo incipiantur oēs prefationes ad missam per totū annū tam in ferijs qꝫ in festis.



Per omnia secula seculorū. Amen



Dominus vobiscū. Et cum spiritu tuo



Sursum corda. Habemus ad dominū.




Gratias agamus domino deo nostro.




Dignum et iustum est.

¶ Hec prefatio est quotidiana: et dicitur quotidie: nisi in festis et per octa. a quib⁹ propria habentur. ita tñ q̃ oẽs prefatiões totius anni sub hoc tono dicitur: siue ppe habeãtur siue non tã in feriis q̃ in festis secundum vsum ecclesie Sarum.




Vere dignũ et iustũ est equũ et salutare nos tibi semper et vbiqz gratias





agere: domine sctẽ pater oĩpotẽs eterne deus. Per xpm dominũ nostrũ. Per






quẽ maiestatẽ tuã laudãt angeli: adorãt



dominationes: tremũt potestates. Celi



celorũqz virtutes: ac beata seraphin: so-



cia exultatione concelebrãt. Cũ qbus



et nostras voces: vt admitti iubeas de-




precamur: supplici confessione dicentes.
Sequatur Sanctus sanctus sanctus.
¶ Item in aliis prefationibus.




Et ideo cum angelis et archan-



gelis cum thronis et dominationibus



Cumqz omni militia celestis exercitus



hymnum glorie tue canimus sine fi-



ne di cen tes.

Sequitur Sanctus. Dum sacerdos dicit. Sanctus sanctus. erigat parumper brachia sua et iungat manus suas vsqz ad hec verba. In noĩe dñi. tunc semp signet se in facie sua. Sãctus sanctus sanctus dñs deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine dñi: osanna in excelsis. Quando vltimo fit seruitiũ de sancta maria ante aduentum: et ante lxx. et in octa. visitationis. assumptionis et natiuitatis beate marie. tunc dicitur hoc modo. Benedictus marie filius qui venit in nomine dñi. Deinde confestim manibus iunctis et oculis eleuatis incipiat. Te igitur clementissime. corpore inclinato donec dixerit ac petimus.





Te igitur clementissime pater: per iesum christũ filium tuum dñm nostrũ: supplices rogamus corpore inclinato donec dicat. ac petimus. Hic erigens se sacerdos osculetur altare a dextris sacrificii dicẽs. vti accepta habeas et benedicas. Hic faciat sacerdos tres cruces super calicem et panem dicendo. Hec ✠ dona. hec ✠ munera. hec ✠ sancta sacrificia illibata. Factis signaculis super calicem eleuet manus suas ita dicens.

In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica: quã pacificare: custodire: adunare: et regere digneris toto orbe terrarũ vna cũ famulo tuo papa nostro. N. et antistite nostro. N. id est proprio episcopo tantũ: et rege nostro. N. et dicũtur noĩatim. Sequatur et omnibus orthodoxis: atq; catholice et apostolice fidei cultoribus. Hic oret pro viuis.

Memento dñe famulorũ famularũq; tuarũ. N. et. N. In qua oratione ordo debet attendi propter ordinẽ caritatis. Quinquies orat sacerdos. Primo pro se ipso. Secũdo pro patre et matre carnali et spũali et pro aliis parentibus Tertio pro amicis specialibus parochianis et aliis. Quarto pro oĩbus astantibus. Quinto pro omni pplo xpiano. Et potest hic sacerdos oẽs suos amicos deo cõmẽdare. Cõsulo tamen vt nullus ibidẽ nimis immoretur: tũ propter cordis distractionẽ tũ propter immissiões q̃ possunt fieri per angelos malos: tũ propter alia pericula. Et oĩm circũastantiũ quorũ tibi fides cognita est et nota deuotio pro quibus tibi offerimus: vel q̃ tibi offerũt hoc sacrificiũ laudis pro se suisq; oĩbus: pro redẽptione animarũ suarum: pro spe salutis et incolumitatis sue: tibiq; reddunt vota sua eterno deo viuo et vero.

Communicãtes et memoriã venerãtes. In primis gloriose semperq; virginis Inclinando paũper dicat. marie genitricis dei et dñi nostri iesu xpi. Sed et beatorũ apostolorũ ac martyrũ tuorũ Petri Pauli Andree Jacobi Joannis Thome Jacobi Philippi Bartholomei Mathei Symõis et Thadei Lini Cleti Clemẽtis Sixti Cornelii Cypriani Laurentii Grisogoni Joannis et pauli Cosme et Damiani. Et oĩm sanctorũ tuorũ quorũ meritis precibusq; cõcedas: vt in oĩbus protectiõis tue muniamur auxilio. Per eũdẽ xpm dñm nostrũ Amẽ. Hic respiciat sacerdos hostiã cũ magna veneratione dicens.

Hanc igitur oblationẽ seruitutis nostre: sed et cũcte familie tue q̃s dñe vt placatus accipias: diesq; nros in tua pace disponas: atq; ab eterna dãnatiõe nos eripi: et in electorũ tuorũ: iubeas grege numerari. Per xpm dñm nr̃m. Amẽ. hic iterum respiciat hostiam dicẽs.

Quam oblationẽ tu deus oĩpotens in omnibus quesumus. Hic faciat tres cruces super vtrũq; cum dicat. Bene ✠ dictam ascri ✠ ptam. ra ✠ tam. rationabilem: acceptabilẽq; facere digneris vt nobis. Hic faciat crucẽ super panem dicens. cor ✠ pus. Hic super

[illegible] panis. [illegible]
moris dicat [illegible]
[illegible] rpi. Hic erigat sacer
dos manus et coniungat [illegible]
[illegible] eleuet [illegible]

Qui pridie [illegible] acce-
pit panem in [illegible]
nerabiles manus suas: et [illegible]
oculis in celum. Hic eleuet oculos
suos. ad te deū patrē suū omnipo-
tentē. Hic inclinet se: et postea [illegible]
paululū dicens. tibi gratias agens
bene✠dixit fregit. Hic tangat ho
stiam dicens. dedit discipulis suis di
cens. Accipite et manducate ex hoc
omnes. Hoc est enim corpus me
um. Et debet ista verba proferri cū
vno spiritu et sub vna prolatione:
nulla pausatione interposita. Post
hec verba: iclinet se sacerdos ad ho
stiā: et postea eleuet eam supra frō
tem vt possit a populo videri: et re
uerenter illud reponat ante calicē
in modū crucis per eandem facte.
Et tunc discooperiat calicē: et tene
at inter manus suas nō disiungē
do pollicē ab indice: nisi dum facit
benedictiones tantum ita dicens.

Simili modo postea [illegible] cena-
[illegible] accipiens et hūc preclā
rum [illegible] ac venerabi-
les [illegible]. Hic incli-
[illegible] gratias agens bene-
✠ [illegible] discipulis suis dicens.
[illegible] ex eo omnes. Hic
[illegible] sacerdos parumper calicem
ita dicens. Hic est enim calix sangui
nis mei noui et eterni testamenti:
mysterium fidei: qui pro vobis et pro
multis effundetur in remissionem
peccatorū. Hic eleuet calicem vsq
ad pectus: vel vltra caput dicens.

Hec quotienscumq feceritis: in mei
memoriā facietis. Hic reponat ca-
[illegible] et digitos suos vltra cali
cem propter micas et cooperiat ca
licē: deinde eleuet brachia sua in mo
dum crucis iūctis digitis: vsq ad
hec verba. de tuis donis ac datis.

Unde et memores dn̄e nos
[illegible]: sed et plebs tua sā
cta [illegible] filii tui domini dei
nostri [illegible] beate passionis: necnō
et ab inferis resurrectionis: sed et
in celos gloriose ascensionis offeri
mus preclare maiestati tue de tuis
donis ac datis. Hic quinq cruces
fiant: sed tres prime cruces sup ho
stiā et calicē dicēdo. hostiā pu✠rā:
hostiā san✠ctā: hostiā imma✠cu
latā. Quarta super patenā tātum
dicēdo. pa✠nē sanctū vite eterne
Quinta super calicem dicendo. et
ca✠licem salutis perpetue.

Supra que propicio ac sereno
vultu respicere digneris et ac
cepta habere sicuti accepta habere
dignatus es munera pueri tui iusti
abel et sacrificiū patriarche nostri
abrahe: et qd tibi obtulit summus
sacerdos tu⁹ melchisedech sanctū
sacrificiū immaculatā hostiā. Hic
sacerdos corpore inclinato: et can
cellatis manib⁹ dicat. Supplices
te rogamus. vsq ad hec verba. Ex
hac altaris participatione. et tunc
erigat se deosculans altare a dex
tris sacrificii: et faciat signū crucis
super hostiā et calicē: et in facie sua
cū dicit. omni benedictione celesti.

Supplices te rogamus omni
potens deus iube hec perfer
ri per man⁹ sancti angeli tui in sub
lime altare tuū in cōspectu diuine

maiestatis tue: vt quotquot. Hic
erigēs se osculetur altare a dextris
sacrificii dicens. ex hac altaris par
ticipatione sacrosanctum filii tui.
Hic faciat signū crucis super hoste
am dicēs. cor ✠ pus. deinde super
calicē dicēs. et san ✠ guinē sumpse
rimus: omni. Hic signet se in faciē
dicēs. bene ✠ dictione celesti et gra
tia repleamur. Per eundē xp̄m dn̄m
nostrū. Amē. Hic oret pro mortuis.

Memento etiam dn̄e anima
rum famulorum famula
rumq̄ tuarū. N. et. N. Qui nos pre
cesserunt cū signo fidei et dormiūt
in somno pacis. Ipsis dn̄e & omni
bus in christo quiescētibus locum
refrigeriū lucis et pacis: vt indulge
as deprecamur. Per eundē christū
dominū nostrum. Amen. Hic per
cutiat pectus suum semel dicens.

Nobis quoq̄ peccatorib⁹ fa
mulis tuis de multitudine
miserationū tuarum sperantibus
partem aliquā et societatē donare
digneris: cum tuis sanctis apostolis et martyribus: cū Joanne Ste
phano Mathia Barnaba Ignatio
Alexandro Marcellino Petro Fe
licitate Perpetua Agatha Lucia
Agnete Cecilia Anastasia. Et cum
omnibus sanctis tuis: intra quorum
nos consortiū non estimator meri
ti sed venie quesumus largitor ad
mitte. Per christum dn̄m nostrum
Non dicitur Amen. Per quem hec
omnia domine semp̄ bona creas.
Hic ter signet calicē dicens. sancti
✠ ficas viui ✠ ficas bene ✠ dicis
et prestas nobis. Hic discooperiat
calicem et faciat signaculū crucis
cum hostia quinquies. primo vltra
calicē ex vtraq̄ parte: secundo cali
ci equale: tertio infra calicē: quar
to sicut primo: quinto ante calicē.
Per ip ✠ sum: et cum ip ✠ so: et in
ip ✠ so: est tibi deo patri omni ✠ po
tenti in vnitate spiritus ✠ sancti:
omnis honor et gloria. Hic cooper
iat sacerdos calicem et teneat ma
nus suas super altare vsq̄ dum di
citur. Pater noster.

Per omnia secula seculorum
Amen. Oremus. Preceptis saluta
ribus moniti: et diuina institutio
ne formati audemus dicere. Hic
accipiat diacon⁹ patenā eāq̄ a dex
tris sacerdotis extēso brachio i altū
vsq̄ Da ppici⁹. discoopertā teneat.
hic eleuet sacerdos manus dicens

Pater noster qui es in celis
sanctificetur nomen tuum. Ad
ueniat regnum tuum. Fiat volū

tas tua sicut in celo et in terra. Pa-

nem nostrum quotidianum da no

bis hodie. Et dimitte nobis debita

nostra sicut et nos dimittimus de-

bitoribus nostris. Et ne nos indu-

cas in temtationem.

Chorus dicat. Sed libera nos a malo. Sacerdos priuatim Amen.

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis: presentibus et futuris: et intercedente beata et gloriosa semperque virgine dei genitrice maria: et beatis apostolis tuis petro et paulo atque andrea cum omnibus sanctis. Hic committat diaconus patenam sacerdoti deosculans manum eius: et sacerdos deosculetur patenam: postea ponat ad sinistrum oculum: deinde ad dextrum: postea faciat crucem cum patena vltra caput: et tunc reponat eam in locum suum dicens.

Da propicius pacem in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti: et a peccato simus semper liberi: et ab omni perturbatione securi. Hic discooperiat calicem et sumat corpus cum inclinatione transponens in concauitate calicis: retinendo inter pollices et indices: et frangat in tres partes: prima fractio dicitur. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Secunda fractio qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Hic teneat duas fracturas in sinistra manu et terciam fracturam in dextera manu in summitate calicis: ita dicens apta voce.

Per omnia secula seculorum

Chorus respondeat Amen. Hic faciat tres cruces infra calicem cum tertia parte hostie dicendo.

Pax domini sit semper vobiscum

Chorus respondeat Et cum spiritu tuo. Agnus dei. dicendum accedant diaconi et subdiaconi ad sacerdotem vterque a dextris diaconus propior subdiaconus remotior: et dicant priuatim. Agnus dei qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem. In missis pro defunctis dicitur hoc modo. Agnus dei qui tollis peccata mundi: dona eis requiem. cum hac additione: in tertia repetitione sempiternam. Hic cruce signando de-

ponat dictā tertiā partē hostie in sa
cramētum sanguinis sic dicendo.

H Ec sacro ✠ sancta commix-
tio corporis et sanguinis do
mini nostri iesu xpi fiat mihi omni
busq; sumentibus salus mentis et
corporis et ad vitam eternam pro
merendam et capescendam prepa
ratio salutaris. Per eundem chri-
stum dominum nostrum. Amen.

Anteq̄ pax detur dicat sacerdos.

D Omine sancte pater omnipo-
tēs eterne deus: da mihi hoc
sacrosanctū corpus et sanguinē fi
lii tui dñi nostri iesu xpi ita digne su
mere vt merear per hoc remissionē
omniū peccatorū meorū accipere
et tuo sctō spiritu repleri. et pacē tu
am habere: qa tu es deus solus et
preter te nō est alius: cuius regnū
et imperiū gloriosum sine fine per
manet in secula seculorum. Amē.

Hic osculetur sacerdos corporalia
in dextera parte et summitatē cali
cis: et postea diaconū dicēs. Pax ti
bi et ecclesie dei. Respōsio. Et cū spi
ritu tuo. Diaconus a dextris sacer-
dotis ab eo pacē recipiat et subdia
cono porrigat. Deinde ad gradū
chori ipse diaconus pacē portet re-
ctoribus chori: et ipsi pacē choro por
tent vterq; sue parti incipiēs a ma
ioribus. In festis vero et ferijs qñ
chorus non regitur pax a diacono
choro apportatur per duos extre-
mos de secūda forma: cetera sicut
prius. Post pacem datam dicat sa
cerdos orationes sequentes priua
tim anteq̄ se communicet tenēdo
hostiam duabus manibus.

D Eus pater fons et origo toti
us bonitatis: qui ductus mi
sericordia vnigenitū tuū p nobis
ad infima mūdi descēdere et carnē
sumere voluisti quā ego indignus
hic in manibus meis teneo. Hic in-
clinet se sacerdos ad hostiā dicens.

Te adoro: te glorifico: te tota cor-
dis intētione laudo: et precor vt nos
famulos tuos nō deseras: sed pec-
cata nostra dimittas quatinus ti-
bi soli viuo ac vero deo puro corde
et casto corpore seruire valeamus
Per eundē xpm dñm nostrū. Amē.

D Omine iesu xpe fili dei viui:
qui ex voluntate patris coo
perāte spiritu sancto: per mortē tu
am mundū viuificasti. libera me p
hoc sacrosanctum corpus: et hunc
sanguinem tuum: a cunctis ini-
quitatibus meis: et ab vniuersis
malis: et fac me tuis semper obedi
re mandatis: et a te nunq̄ in perpe
tuum separari permittas: saluator
mūdi. Qui cū deo patre et eodē spi
ritu sctō viuis et regnas deus. Per
omnia secula seculorū. Amen.

C Orporis et sanguinis tui do
mine iesu xpe hoc sacramen
tū quod licet indignus accipio: nō
sit mihi iudicio et cōdēnationi: sed
tua proficiat pietate corporis mei et
anime saluti. Amē. Ad corpus di-
cat cū humiliatione anteq̄ percipiat

A Ue in eternū sanctissima ca
ro: mihi ante omnia et sup
omnia sūma dulcedo. Corpus do
mini nostri iesu xpi sit mihi peccato
ri via et vita. In no ✠ mine patris
et filij et spiritus sancti. Amen. Hic
sumat corpus cruce prius facta cū
ipso corpore āte os. Deinde ad san
In illo tpe Maria stabat ad monumētum foris: plorās. Dū ergo fleret: inclinauit se et pspexit ad monumētū. Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnum ad caput ꝛ vnū ad pedes. vbi positū fuerat corpus iesu. Dicunt ei illi. Mulier qd ploras? Dicit eis. Quia tulerūt dñm meū: et nescio vbi posuerūt eū. Hec cum dixisset: conuersa est retrorsuz. et vidit iesum stantē ꝛ nesciebat. quia iesus est. Et dicit ei iesus. Mulier qd ploras? Quem queris? Jlla existimans qa ortulanus esset: dicit ei. Domine: si tu sustulisti eū: dicito mihi vbi posuisti eum: et ego eum tollā. Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa: dicit ei. Rabboni: qd dicitur magister. Dicit ei iesus. Noli me tāgere: nondū enim ascēdi ad patrem meum. Vade autez ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrē vestrū: deum meum et deum vestrum. Venit ergo maria magdalene annuncians discipulis: quia vidi dominū: ꝛ hec dixit mihi. Credo. Offr. In die solemnitatis vestre dicit dñs: inducam vos in terram fluentem lac et mel alleluya. Secreta.

Suscipe qsumus dñe munera populorū tuoꝝ propicius: vt confessione tui nominis ꝛ baptismate renouati sempiternā beatitudinē cōsequantur. Per. Cōio. Populus acquisitionis annūciate virtutes eius alla: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suū alla. Postcōio.

Exaudi dñe preces nostras: vt redēptionis nostre sacrosancta cōmertia: et vite nobis conferant presentis auxilium. et gaudia sempiterna cōcilient. Per dominum. Feria sexta. Officiuz.

Eduxit eos dñs in spe alleluya et inimicos eoꝝ operuit mare alleluya alleluya alla. Ps. Attēdite popule meus legē meā: inclinate aurē vestrā in verba oris mei. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui paschale sacramentum in reconciliatiōis humane federe cōtulisti: da mētibus nostris: vt quod professione celebram⁹: imitemur effectu. Per dominū. Lectio epistole beati petri apostoli. i. iii.

Carissimi. Christus semel p petis nostris mortuus est iustus pro iniustis. vt nos offerret deo: mortificatos qdem carne. viuificatos autē spiritu. Jn quo et his qui in carcere erant spiritualiter veniens predicauit: qui increduli fuerant aliquando quādo expectabant dei patientiā in diebus noe cū fabricaretur arca: in qua pauci. idest octo aīe salue facte sunt per aquā. Qd et vos nūc similis forme saluos facit baptisma: non carnis depositio sordiū. sed conscientie bone interrogatio in deum. Per resurrectionez iesu xpi: qui est in dextera dei. Gr. Hec dies quā fecit dñs exultemus et letemur in ea. V. Benedictus qui venit in nomine dñi: de⁹ dominus et illuxit nobis. Non repetatur Gr. Alleluya. V. Dicite in gentibus quia dominus regnauit a ligno. Sequentia.

Victime paschali laudes: imolant xpiani. Agn⁹ redemit oues: xps innocens patri: reconciliauit peccatores. Mors et vita duello: cōflixere mirando dux vite mortuus regnat viu⁹. Dic nobis maria: qd vidisti in via. Sepulchrū xpi viuētis: ꝛ gl'iaz vidi resurgētis. Angelicos testes: sudariū et vestes. Surrexit xps spes nr̄a: precedet suos in galileā. Credēdū est magis soli: marie veraci: q̄ iudeoꝝ turbe fallaci. Scim⁹ xpz surrexisse a mortuis vere: tu nobis victor rex miserere. Secundū matheū. xxviii.

In illo tpe. Undecim discipuli abierunt in galileā: in montē vbi constituerat illis iesus. Et vidētes eum adorauerūt: qdam autez dubitauerunt. Et accedens iesus: locutus est eis dicēs. Data est mihi oīs potestas: in celo ꝛ in terra. Euntes ergo docete oēs gētes baptizātes eos: in noīe patris. et filii. et spūs sancti: docentes eos seruare oīa: qcūqz mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum. oībus diebus: vsqz ad cōsummationem secli. Credo. Offr. Erit vobis hic dies me

mortalis all'a: et diem festū celebrabitis solennē domino in progenies vestras legitimū sempiternum diem alleluya alleluya all'a. Secreta.

Hostias q̄s dn̄e placatus assume: quas ꝓ renatorum expiatiōe peccati deferimus. et pro acceleratione celestis auxilii. Per. Cōio. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra alleluya: euntes docete oēs gentes baptizātes eos in nōie patris et filii et sp̄us sancti alleluya all'a. Postcōio.

Deus qui adoptiōis tue. sobolem peccatorū remissiōe genuisti: da vt cuncti fideles tui veraciter apprehendant. que presentibus susceperunt sacramentis. Per. Sabbato. Officium.



Eduxit dn̄s populū suū in exultatione alleluya. et electos suos in letitia alleluya all'a. ps. Confitemini dn̄o et inuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera eius. Oratio.

Concede q̄sumus omnipotens deus: vt qui festa paschalia venerādo egimus. per hec cōtingere ad gaudia eterna mereamur. Per dn̄m nostrum. Lectio epistole beati petri apostoli. i. ii.

Charissimi. Deponētes igitur oēm maliciā. et oēm dolum et simulationes. et inuidias. et oēs detractiōes: sicut modo geniti infantes rationabiles: et sine dolo lac cōcupiscite: vt in eo crescatis in salutem. Si tamen gustastis: quoniā dulcis est dn̄s. Ad quē accedentes lapidē viuū ab hoībus quidē reprobatum. a deo autē electū. et honorificatum. Et ipsi tanq̄ lapides viui superedificamini domos spirituales: sacerdotiū sanctū offerre spiritales hostias acceptabiles deo: p iesum christū. Propter qd̄ continet scriptura. Ecce ponā in syon lapidem summū angularē. probatum. electū. preciosum: et oīs q̄ crediderit in eū non confundetur. Uobis igitur honor credentibus non credentibus aūt lapis quē reprobauerunt edificātes: hic factus est in caput anguli: et lapis offensionis et petra scandali. his q̄ offendunt verbo: nec credunt in quo et positi sunt. Uos autē estis genus electū. regale sacerdotium/ gēs sancta. populus acquisitionis: vt virtutes annūcietis eius: q̄ de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando nō populus dei: nūc autem populus dei. Et qui non consecuti m̄iam: nunc autē m̄iam consecuti. Duo pueri in suppelliciis in pulpito dicāt All'a. ℣. Hec dies quā fecit dn̄s exultemus et letemur in ea. Nō repetatur All'a. post suū ℣. quando duo All'a. habētur. sed secundum All'a. semp repetatur post suum ℣. similiter fiat quando vnū solū All'a. habetur. Deinde alii duo pueri ad gradū chori in superpelliciis cantent hoc All'a. ℣. Laudate pueri dn̄m: laudate nomen dn̄i. Et finiatur a choro: statim sequatur ali⁹ ℣. ab eisdē pueris. ℣. Sit nomen dn̄i benedictum: ex hoc nunc et vsq̄ in seculū. sic' finiatur a choro. Deinde repetatur All'a. sine neuma. Sequētia.

Mane prima sabbati: surgēs dei filius: nostra spes et gloria. Uicto rege sceleris: rediit ab inferis: cum summa victoria. Cuius resurrectio: oī plena gaudio: consolatur oīa. Resurgētis itaq̄: marie magdalene: facta est prenūcia. Ferens christi fratribus: eius morte tristibus: expectata gaudia. O beati oculi: q̄bus regē seculi: morte iam depositā: prima est intuita. Hec est illa femina: cuius cūcta crimina: ad xp̄i vestigia eius lauit gratia. Que dū plorat et mēs orat: facto clamat: qd̄ cor amat: iesum super oīa. Nō ignorat/ quē adorat: qd̄ precetur/ sed deletur: qd̄ mens timet cōscia. O maria mater pia: stella maris appellaris: operū p merita. Matri christi coequata: dum fuisti sic vocata: sed honore subdita. Illa mūdi imperatrix: ista beata peccatrix: letitie primordia: fuderunt in eccl'ia. Illa eni fuit porta: p quā fuit lux exorta: hec resurgētis prenūcia: mūdum replet letitia. O maria magdalena audi vota laude plena: apud christū chorū istum: clemēter cōcilia. Ut fons sūme pietatis: qui te lauit a peccatis: seruos suos atq̄ tuos: mūdet data venia. Amen dicant omnia. Secundū Joannem. xx.

In illo tēpore. Una sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumētū: et vi-

dit lapidem sublatũ a monumento. Cu
currit ergo et venit ad symonẽ petrũ: et
ad aliũ discipulũ quem amabat iesus: ⁊
dicit eis. Tulerũt dñm de monumento
et nescio vbi posuerũt eũ. Exiit ergo pe-
trus: et ille alius discipulus: et venerunt
ad monumentũ. Currebant autẽ duo si
mul: et ille alius discipulus precucurrit
citius petro. et venit prior ad monumẽ-
tũ. Et cũ se inclinasset: vidit lintheami-
na posita. nõ tamẽ itroiuit. Uenit ergo
symon petrus sequens eũ: ⁊ introiuit in
monumentũ. Et vidit linteamina po
sita: et sudariũ qđ fuerat sup caput eius
non cũ lintheaminibus positũ. sed sepa
ratim inuolutũ in vnũ locum. Tunc er
go introiuit et ille discipulus. qui vene-
rat primus ad monumẽtum: et vidit et
credidit. Nondũ enim sciebant scriptu-
ras: qr oportebat eũ a mortuis resurge-
re. Credo. Offr. Benedictus qui venit in
nomine dñi benediximus vos de domo dñi de-
us dñs et illuxit nobis all'a all'a. Secreta.

Concede q̃s dñe semper nos p hec
mysteria paschalia gratulari: vt
continua nostre reparationis operatio:
ppetue nobis fiat causa letitie. Per dñm
nostrum. Cõio. Omnes qui in christo bapti
zati estis christum induistis all'a. Postcõio.

Redemptionis nostre munere ve-
getati. q̃s dñe: vt hoc ppetue salu
tis auxilio: fides semp vera pficiat. Per

¶ Dñica in octa. pasche. Officium.

Resurrexi et adhuc tecuz
sum alleluya: posuisti su
per me manuz tuã all'a.
mirabilis facta est scien-
tia tua all'a all'a. Ps. Dñe
probasti me et cognouisti me
tu cognouisti sessionem meam et resurrectionẽ
meã. Gloria patri et filio et spũi sctõ. Oratio.
Deus q̃ hodierna die. vt s. in die pasche.
et nulla fiet memoria de dñica. Et epl'a
Expurgate vetus. Quere supra in die
pasche. Loco grad. dr Alla. V. Pascha no
strũ immolatus est xp̃s. Scdm Alla. V. An-
gelus dñi descendit de celo: ⁊ accedens reuoluit
lapidem et sedebat super eum. Sequentia.

Laudes saluatori: voce module-
mur supplici. Et deuotis melo-
diis: celesti dño: iubilem⁹ messye. Qui
seipsum exinaniuit: vt nos perditos: li-
beraret homines. Carne gloriam: dei-
tatis occulens. Pannis tegitur in prese
pi: miserans precepti transgressorẽ: pul
sum: patria paradysi nuduluz. Ioseph
marie: symeoni subditur. Circũciditur
et legali hostia mundatur vt peccator:
nostra qui solet relaxare crimina. Se ce-
ui subiit manus baptizandus: ⁊ perfert
fraudes tẽptatoris: fugit persequẽtium
lapides. Famẽ patitur. dormit ⁊ trista
tur: ac lauat discipulis pedes: de⁹ homo
summus humilis. sed tamen inter hec:
abiecta corporis. Eius deitas: nequaq̃
quiuit: latere signis variis: et doctrinis
prodita. Aquam nuptiis: dat soporis
vinei. Cecos oculos claro lumine vesti
uit: lepraz liuidam tactu fugat: placito.
Putres. suscitat mortuos: membraq̃
curat debilia. Fluxum sanguinis con-
strinxit: et saturauit quinq̃ de panibus:
quinq̃ milia. Stagnũ peragrat fluctu
ans: seu siccum littus vẽtos sedat. Lin-
guam reserat cõstrictam: reclusit aures
priuatas vocibus: febres depulit. Post
hec mira miracula: taliaq̃. Spõte sua
comprehenditur: et dãnatur. Et se cru
cifigi: non despexit. Sed sol eius mortẽ
nõ asperit. Illuxit dies: quam fecit do-
minus. Hostem deuastans: et victor su
is apparens: dilectorib⁹ viuus. Primo
marie: de hinc apostolis. Occ̃s scriptu
ras: cor aperiens vt clausa: de ipso resera
rent. Fauent igitur resurgenti: christo
cũcta gaudiis Flores segetes rediuiuo
fructu vernant et volucres: gelu tristi
terso: dulce iubilant. Lucent clarius: sol
⁊ luna: morte christi turbida Tell⁹ her
bida. resurgenti christo: plaudit que tre
mula eius morte se casuram minitat.
Ergo die ista exultemus: qua nobis vi
am vite resurgẽs: patefecit iesus Astra
solum: mare iocundentur: et cuncti gra
tulentur in celis: spiritales chori trinita-
ti. Euangelium. Offertoriu ⁊ Secreta.
vt supra in die pasche. Infra canonem.
Cõmunicantes. et Hanc igitur. Cetera
sicut in die pasche dicuntur. ¶ Missa do
minicalis p ebdomadã dicitur. Officiũ.

Quasi modo geniti infan
tes all'a: rationabiles si-
ne dolo: lac cõcupiscite al
leluya alleluya all'a. ps.
Exultate deo adiutori nr̃o:
iubilate deo iacob. Non dr̃
Glia in excelsis. in ferijs per totũ annũ
qñ de fer. agit. nec Ite missa est. Oratio
Presta quesum⁹ oĩps deus: vt q̃ pa
schalia festa peregim⁹ hec te largi
ente moribus ꝛ vita teneamus. Per do.
In oĩbus ferijs pasche tẽpore. et in oĩb⁹
festis triũ lectionũ sine regimine chori:
dicuntur tres collecte sicut in prima dñi
ca aduentus dñi prenotatum est. Lectio
epistole beati Joannis apostoli. i. v.
Charissimi. Omne quod natũ est ex
deo: vincit mũdum. Et hec est vi-
ctoria q̃ vincit mũdũ fides nostra. Quis
est aũt q̃ vincit mundũ: nisi q̃ credit qm̃
iesus est filius dei. Hic est q̃ venit p aquã
et sanguinẽ: iesus xp̃s. Nõ in aqua solũ:
sed in aqua et sanguine. Et spiritus est q̃
testificat: qm̃ xp̃us est veritas. Qm̃ tres
sunt q̃ testimoniũ dant in celo: pater ver
bũ ꝛ sp̃us sanctus. Et hi tres vnũ sunt.
Et tres sunt qui testimoniũ dant in ter-
ra: sp̃us/ aqua/ ꝛ sanguis. Et hi tres vnũ
sunt. Si testimoniuꝫ hoĩm accipimus:
testimonium dei maius est. Qm̃ hoc est
testimoniũ dei qđ maius est: quia testifi
catus est de filio suo. Qui credit in filiuꝫ
dei: habet testimonium dei in se. In loco
grad. dicatur hoc All'a. v. Post dies octo
ianuis clausis. stetit iesus in medio discipulorũ
suorũ: et dixit pax vobis. All'a. v. Angel⁹ dñi
descendit de celo: et accedens reuoluit lapidẽ: et
sedebat super eum. Alius v. Respondens autẽ
angelus dixit mulieribus quẽ queritis: ille au-
tem dixerunt iesum nazarenũ. Isti duo v. di-
cũtur per ebdomadã. alternis vicibus:
ita tñ q⁹ v. Respondens primo dr̃ qñ de fe-
ria agitur. Et si nulla feria p hãc ebdam
ad hoc vacauerit: tunc vltimus v. eo an
no oĩno pretermittatur. ¶ Et notãdu est
q⁹ oĩ die p hoc idẽ tempus dñr duo All'a
ad missaꝫ de quocũqꝫ fiat seruitiũ exce-
ptis vigilijs pasche ascẽsiõis et pẽtheco.
et nisi in missis que in processione dicũ-
tur euãgeliũ. Secundum Joannem. xx.

In illo tp̃e. Cum esset sero die illo
vna sabbatorũ. et fores essent clau
se. vbi erant discipuli cõgregati propter
metũ iudeorũ: venit iesus et stetit in me
dio et dixit eis. Pax vobis. Et cũ hoc di-
xisset: ostendit ei manus et latus. Gaui-
si sunt ergo discipuli: viso dño. Dixit er-
go eis iterũ. Pax vobis. Sicut misit me
pater: et ego mitto vos. hec cũ dixisset:
insufflauit. et dixit eis. Accipite spirituꝫ
sanctũ. quorũ remiseritis peccata: remit
tuntur eis. Et quorũ retinueritis: reten
ta sunt. Thomas autẽ vn⁹ ex duodecim
qui dicitur didimus: non erat cum eis.
quando venit iesus. Dixerunt ergo ei:
alij discipuli. Vidimus dñm. Ille autẽ
dixit eis. Nisi videro in manibus eius
fixurã clauorũ: et mittam digitum me-
um in locũ clauorũ: et mittam manum
meã in latus eius: non credam. Et post
dies octo: iterũ erãt discipuli eius intus
et thomas cum eis. Venit iesus ianuis
clausis: et stetit in medio ꝛ dixit eis. Pax
vobis. Deinde: dicit thome. Infer digi-
tũ tuum huc: et vide manus meas: ꝛ af
fer manũ tuam: et mitte in latus meum.
et noli esse incredulus: sed fidelis. Respõ
dit thomas: et dixit ei. Dñs meus et de⁹
me⁹. Dicit ei iesus. Quia vidisti me tho
ma credidisti: beati qui non viderunt et
crediderunt. Multa quidẽ et alia signa
fecit iesus in conspectu discipulorũ suo-
rum: que non sunt scripta in libro hoc.
Hec autẽ scripta sunt vt credatis: quia
iesus est christus filius dei. Et vt creden
tes vitã habeatis: in noĩe ei⁹. Offer. An
gelus dñi descẽdit de celo ꝛ dixit mulierib⁹ quẽ
queritis surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.
Suscipe munera dñe q̃s exultãtis
ecclesie: et cui causam tãti gaudij
contulisti: perpetuũ fructũ concede leti-
tie. Per. Com. Mitte manũ tuã et cognosce
loca clauorũ alleluya: et noli esse incredulus sed
fidelis alleluya alleluya. Postcõio
Quesumus domine deus noster:
vt sacrosancta mysteria que p re
parationis nostre munimine contulisti
et presens nobis remedium esse facias:
et futurum. Per dominuꝫ. ¶ Feria. iiij.
Ad corinthios. prime. xv.

Dñica .ii. post pascha.

Fratres. Si xp̃s predicatur q̃ re-
surrexit a mortuis. quomodo q̇-
dã in vobis dicũt: quoniam resurrectio
mortuorũ non est. Si autẽ resurrectio
mortuorũ non est: neq̃ christus resurre-
xit. Si autẽ christ⁹ nõ resurrexit: inanis
est predicatio nostra. inanis est et fides
nostra. Inuenimur autem et falsi testes
dei: qm̃ testimoniũ diximus aduersus
deũ/ q̃ suscitauerit xp̃m: quẽ nõ suscita-
uit si mortui nõ resurgũt. Nã si mortui
nõ resurgũt: neq̃ xp̃s resurrexit. Qđ si
xp̃s nõ resurrexit: vana est fides nostra.
Adhuc enĩ estis in peccatis vestris. Er-
go et q̇ dormierunt in xp̃o: perierũt. Si
in hac vita tantũ in xp̃o sperãtes sum⁹.
miserabiliores sumus oĩbus hominib⁹
Nunc aũt xp̃s resurrexit a mortuis pri-
mitie dormientiũ: qm̃ quidẽ p hominẽ
mors: et p hoĩem resurrectio mortuorũ.
Et sicut in adam oẽs moriuntur: ita et
in xp̃o oẽs viuificabũtur. Unusq̃sq̃ aũt
in suo ordine: per iesum christum: domi
num nostrum. Secundũ marcum. xvi.

In illo tp̃e. Surgens iesus mane
prima sabbati: apparuit p̃mo ma-
rie magdalene. de qua eiecerat septẽ de-
monia. Illa vadens: nunciauit his. qui
cum eo fuerant lugentibus et flentibus
Et illi audientes q̃a viueret: et visus es-
set ab ea: nõ crediderunt. Post hec autẽ
duobus ex his ambulantibus. ostensus
est in alia effigie euntibus in villam. Et
illi euntes: nunciauerunt ceteris. ¶ Fe-
ria sexta. Ad hebreos. xiii.

Fratres. Obedite prepositis vr̃is
et subiacete eis. Ipsi enim perui-
gilant: quasi rationẽ pro aĩabus vestris
reddituri: vt cũ gaudio hoc faciant: ⁊ nõ
gementes. Hoc enim nõ expedit vobis:
orate p nobis. Cõfidimus enĩ: quia bo-
nam conscientiã habemus in oĩbus: be-
ne volentes cõuersari. Amplius autem
deprecor vos hoc facere: quo celerius re
stituatur vobis. De⁹ aũt pacis q̇ eduxit
de mortuis: pastorẽ magnũ ouiũ in san
guine testamenti eterni: dñm nostrũ ie-
sum xp̃m: aptet vos in oĩ opere bono vt
faciatis voluntatẽ eius: faciẽs in vobis.
quod placeat corã se per iesum christum
Cui est gloria: in secula seculorũ. Amen.
Secundum matheum. xxviii.

In illo tp̃e. Exierunt mulieres de
monumento. cũ timore ⁊ gaudio
magno currẽtes nũciare discipulis eius
Et ecce iesus occurrit illis: dicẽs. Auete
Ille aũt accesserũt et tenuerũt pedes ei⁹
et adorauerũt eũ. Tũc ait illis iesus. No
lite timere. Ite nũciate fratribus meis.
vt eant in galileã: ibi me videbũt. Que
cũ abiissent: ecce quidã de custodib⁹: ve-
nerũt in ciuitatẽ: et nunciauerũt princi-
pibus sacerdotũ. oĩa que facta fuerant.
Et cõgregati cũ senioribus consilio acce
pto: pecuniã copiosam dederunt militi-
bus. dicẽtes. Dicite q̃a discipuli eius no-
cte venerũt: et furati sunt eũ. vobis dor-
mientibus. Et si hoc auditũ fuerit a pre
side: nos suadebimus ei: et securos vos
faciem⁹. At illi accepta pecunia: fecerũt
sicut erant edocti. Et diuulgatũ est ver
bum istud apud iudeos: vsq̃ in hodier-
nũ diẽ. ¶ Sciendum est q̃ in omni festo
cum regimine chori ab octa. pasche vsq̃
ad ascẽsionẽ dñi secundũ Alla. erit vnũ
de subscriptis dictis quibus reincipiant
et sunt nouẽ in numero. Alla. ℣. Mane
nobiscũ dñe quia declinata est iã dies ad vespe-
rũ. Alla. ℣. Oportebat pati xp̃m et resurge-
re a mortuis: ⁊ ita intrare in gloriã suã. Alla
℣. Christus resurgens ex mortuis iam nõ mori
tur mors illi vltra non dominabitur. Alla. ℣
Surrexit altissimus de sepulchro qui p nobis
pependit in ligno. Alla. ℣. Surrexit christ⁹
et illuxit populo suo quem redemit ipse de san-
guine suo. Alla. ℣. Christ⁹ mortuus est pro
pter delicta nostra ⁊ surrexit ꝑpter iustificatio
nẽ nostrã. Alla. ℣. Surgẽs iesus dñs noster
stetit in medio discipulorũ suorũ dixit pax vobis
Alla. ℣. Surrexit dñs et occurrens mulieri-
bus ait: auete. tunc accesserunt et tenuerunt pe
des ei⁹. Alla. ℣. In die resurrectiõis mee di-
cit dñs precedã vos in galileã. Si in hac dñi
ca vel in sequẽtibus fiat seruitium de ali
quo festo cũ regimine chori: tũc ad mis-
sam secundũ Alleluya. nõ erit de dñica.
sed vnũ de nouẽ predictis per ordinem.
¶ Dñica secunda post pascha hac die et
oĩbus dñicis diebus vsq̃ ad ascensionẽ
dñi fit missa de resurrectione sicut in die

pasche preter q̄r. et Cõmunicantes. et Hanc igitur. sed nulla fiat memoria de dñica ad missã de resurrectiõe. Et semp dicitur sequentia Uictime paschali laudes. Et si festũ alicuius scti cũ regimine chori in dñica euenerit: tunc de sancto dr missa: et memoria de resurrectione: sed nõ de dñica. ¶ Notandũ est q in oĩbus dñicis a pascha vsq ad ascẽsionem erit primũ All'a. ỳ. Pascha nostrũ. et secũdum All'a de sua dñica scz qd plus facit mentionẽ de resurrectione: qd est vltimũ. Et semp infra predictũ tempus de quocũq dicitur missa fiat memoria de resurrectione cũ hac oratiõe. Deus qui p vnigenitum. nisi in inuentione sancte crucis. Missa vero dñicalis per ebdomadã dicitur cũ prefatiõe quotidiana. Et si nulla feria per ebdomadã vacauerit a festo tunc in dñica in capitulo dicitur. Missa dñicalis ebdomade secunde. Officium.



Misericordia dñi plena est terra alleluya: verbo dei celi firmati sũt alleluya alleluya. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui in filii tui humilitate iacentẽ mũdum erexisti: fidelibus tuis perpetuã concede letitiã: vt quos p petue mortis eripuisti casibus. gaudiis facias sempiternis perfrui. Per eũd do.

Lectio epistole beati petri apostoli. i. ii.

Carissimi. Christ' passus est p nobis vobis relinquẽs exẽplũ: vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum nõ fecit: nec inuẽtus est dol' in ore eius. Qui cũ malediceretur: nõ maledicebat Cũ pateretur: nõ comminabatur. Tradebat aũt iudicanti se iniuste: q peccata nr̃a ipse ptulit in corpore suo sup lignũ. vt peccatis mortui: iustitie viuamus: cuius liuore sanati sumus. Eratis enim sicut oues errantes: sed cõuersi estis nunc ad pastorẽ et episcopũ: aĩarum vestrarũ All'a. ỳ. Ego sum pastor bonus et cognosco oues meas et cognoscũt me mee. All'a. ỳ. Surrexit pastor bonus qui posuit aĩam suam pro grege sua. Secũdum Ioannem. x.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bon' pastor: aĩam suã dat p ouibus suis. Mercenarius autẽ et qui nõ est pastor cuius nõ sunt oues pprie: videt lupũ veniẽtẽ. et dimittit oues et fugit. Et lup' rapit: et dispgit oues. Mercẽnarius autẽ fugit. qr mercẽnarius est: et nõ ptinet ad eũ de ouibus. Ego sũ pastor bon'. Et cognosco oues meas: et cognoscũt me mee. Sicut nouit me pater: et ego agnosco patrem et aĩam meã pono p ouib' meis. Et alias oues habeo. q nõ sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere: et vocẽ meã audiẽt. Et fiet vnũ ouile: et vnus pastor. Offr. Deus de' me' ad te de luce vigilo: et in noĩe tuo leuabo manus meas all'a. Secreta.

Benedictionem nobis dñe cõferat salutarem sacra semp oblatio: vt quod agit mysterio. virtute pficiat. Per dñm. Cõio. Ego sum pastor bonus alleluya: et cognosco oues meas: et cognoscunt me mee alleluya alleluya. Postcõio.

Presta nobis omnipotens et misericors deus: vt viuificationis tue gratiam consequentes. in tuo semp munere glorieniur. Per dñm. ¶ Feria. iiii. Lectio epistole beati petri apostoli. i. i.

Carissimi. Scientes q non corruptibilibus argẽto vel auro redempti estis de vana vestra cõuersatione paterne traditionis sed precioso sanguine quasi agni incõtaminati et immaculati xp̃i: pcogniti quidẽ ãte mũdi cõstitutionẽ. Manifestati autẽ nouissimis tẽporibus: pter vos q per ipm fideles estis in deũ. Qui suscitauit eũ a mortuis. et dedit ei gloriã: vt fides vestra et spes esset in deo. Aĩas vestras castigantes. in obedientia caritatis: in fraternitatis amore simplici: ex corde inuicẽ diligite attenti' renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili per verbũ dei viui. et pmanẽtis. Qr oĩs caro vt fenũ: et oĩs gloria eius tanq flos feni. Exaruit eni fenũ: et flos eius decidit. Verbũ aũt dñi: manet ineternum. Secundum Lucam. xxiiii.

In il'o tpe. Una sabbati valde diluculo: venerunt mulieres ad monumẽtũ: portantes q parauerãt aromata. Et inuenerũt reuolutũ lapidẽ a mo-

numēto: et ingresse nō inuenerūt corp⁹ dñi iesu. Et factū est dū mente cōsternate essent de isto: ecce duo viri steterūt iuxta illas in veste fulgenti. Cum timerēt autē et declinarēt vultū in terram: dixerunt ad illas. Quid queritis viuentem cū mortuis. Nō est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis. cū adhuc in galilea esset. dicens: qz oportet filiū hoīs tradi in manus hominū peccatorū. et crucifigi. et tertia die resurgere. Et rememorate sunt verborū eius: et regresse a monumento: nunciauerūt hec oīa illis vndecim et ceteris oībus. Erat autem maria magdalene. et ioanna. et maria iacobi. et cetere que cum eis erāt: q̄ dicebāt ad apostolos hec. Et visa sunt ante illos sicut delitamenta verba ista: et nō credebant illis. Petrus autē surgēs. cucurrit ad monumentum: et procumbens vidit lintheamina sola posita. Et abiit secū mirans quod factum fuerat.

¶ Feria sexta. Ad Romanos. v.

Fratres. Sicut per vnius delictū in oēs hoīes in condēnationē: sic et per vnius iustitiā in oēs homines in iustificationē vite. Sicut eñ per inobedientiā vnius hominis peccatores constituti sunt multi: ita et per vnius obedientiā iusti constituentur multi. Lex aūt subintrauit: vt abundaret delictū. Ubi autē abundauit delictum: superabūdauit et gratia: vt sicut regnauit peccatū i morte. ita et gratia regnet per iustitiā in vitā eternā. Per iesuz xp̄m: dñm nostrū

¶ Secundum Matheum. ix.

In illo tpe. Accesserūt ad iesum discipuli ioannis: dicentes. Quare nos et pharisei ieiunamus frequēter: discipuli aūt tui nō ieiunant. Et ait illis iesus. Nunq̄d possunt filii spōsi lugere. q̄diu cū illis est spōsus. Uenient aūt dies cū auferetur ab eis spōsus: et tūc ieiunabunt. Nemo autē inmittit cōmissuraz panni rudis: in vestimentū vetus. Tollet eñ plenitudinē eius a vestimento: et peior scissura fit. Neqz mittunt vinū nouum: in vtres veteres. Alioquin: rūpuntur vtres: et vinum effundetur et vtres peribunt. Sed vinū nouū in vtres nouos mittūt: et ambo cōseruātur.

¶ Missa dñicalis ebdomade tertie. Officium.



Iubilate deo omnis terra all'a: psalmū dicite nomini eius all'a: date gloriā laudi eius all'a alleluya all'a. ℣. Dicite deo q̄ terribilia sunt opera tua dñe in multitudine virtutis tue. Oratio.

Deus q̄ errātib⁹ vt in viā possint redire iustitie veritatis. tue lumē ostēdis: da cunctis q̄ xp̄iana professione cēsent. et illa respuere. q̄ huic inimica sūt nomini. et ea q̄ sunt apta sectari. Per do.

Lectio epistole beati petri apostoli. i. ii.

Carissimi. Obsecro vos tāq̄ aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis. que militant aduersus aīam: conuersationē vestrā inter gentes habentes bonā. vt in eo qđ detractant de vobis tanq̄ de malefactoribus ex bonis operibus. vos cōsiderātes. glorificent deū in die visitatiōis. Subiecti igitur estote oī humane creature ꝓpter deū: siue regi quasi precellenti. siue ducibus tāq̄ ab eo missis. ad vindictam malefactorū. laudē vero bonorū. Quia sic est volūtas dei: vt benefaciētes obmutescere faciatis imprudētiū hoīm ignorātiam. Quasi liberi: et nō quasi velamen habentes malitie libertatē: sed sicut serui dei. Oēs honorate: fraternitatē diligite. Deū timete: regē honorificate. Serui: subditi estote in oīni timore dñis. nō tantū bonis et modestis: sed etiā discolis. Hec est eñ grā. In xp̄o iesu: dño nostro.

All'a. ℣. Modicū et nō videbitis me dicit dominus: iterū modicū et videbitis me qz vado ad patrē. All'a. ℣. Iterū aūt videbo vos et gaudebit cor vestrū et gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. All'a. ℣. Surrexit xp̄s q̄ creauit oīa et misertus est humano generi. In hac ebđa ad missaz in diebus ꝓfestis primū All'a. scz Modicum. đr p totā ebđaz loco gr. et alia duo dñr alternis vicibus in feriis et in festis triū lc. qđ etiā in prima sequēti ebđ obseruandū est. Secundū Ioānem. xvi

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Modicū et iam nō videbitis me: et iterū modicū et videbitis me: quia

vado ad patrem. Dixerũt ergo discipuli
eius adinuicẽ. Quid est hoc qd̃ dicit no-
bis. modicũ et nõ videbitis me: et iterũ
modicũ et videbitis me: ꝛ quia vado ad
patrẽ. Dicebãt ergo Quid est hoc quod
dicit modicũ. Nescimus qd̃ loq̃tur. Co-
gnouit aũt iesus q̃a volebãt eũ interro-
gare: et dixit eis. De hoc q̃ritis inter vos
qꝛ dixi modicũ et nõ videbitis me. et ite
rũ modicũ et videbitis me. Amen amẽ
dico vobis: q̃a plorabitis et flebitis vos.
mũdus aũt gaudebit. Vos aũt cõtrista
bimini: sed tristitia vestra. vertet in gau
diũ. Mulier cũ parit tristitiã habet: q̃a
venit hora eius. Cũ autẽ peperit puerũ:
iã non meminit pressure propter gaudi
um. quia natus est homo in mundũ Et
vos igitur: nunc quidẽ tristitiã habetis
Iterũ autẽ videbo vos: et gaudebit cor
vestrum. Et gaudium vestrum: nemo
tollet a vobis. Offer. Lauda anima mea
dominum laudabo dominũ in vita mea: psallã
deo meo q̃ diu ero alleluya. Secreta.

HIs nobis q̃s dñe mysteriis cõfera
tur quo terrena desideria mitigã
tes discamus amare celestia. Per. Cõio.
Modicum et non videbitis me alleluya: iterũ
modicum et videbitis me quia vado ad patrẽ.
alleluya alleluya. Postcommunio.

REspice q̃s dñe populum tuum et
quẽ eternis dignatus es renoua-
re mysteriis: a temporalibus culpis di-
gnanter absolue. Per. ¶ Feria quarta.
Lectio epistole beati Joannis apl̃i. i.ii.

CArissimi. hec scribo vobis: vt nõ
peccetis. Sed si q̃s peccauerit ad-
uocatũ habemus apud patrẽ iesum xp̃ꝫ
iustũ: ꝛ ipse est ꝓpiciatio ꝑ pctĩs nostris
Nõ pro nostris aũt tantũ sed etiã pro to
tius mũdi. Et in hoc scimus. q̃m cogno
uimus eũ: si mãdata eius obseruemus.
Qui dicit se nosse eũ. et mãdata eius nõ
custodit: mendax est. et veritas in eo nõ
est. Qui autẽ seruat verbũ eius: vere in
hoc caritas dei ꝑfecta est. In hoc scimus
q̃m in ipso sumus: si in ipso ꝑfecti fueri-
mus. Qui dicit se in ipso manere: debet
sicut ille ambulauit: et ipse ãbulare. Ca
rissimi: non mandatũ nouum scribo vo
bis: sed mandatum vetus: qd̃ habuistis
ab initio. Mandatũ vetus: est verbum
qd̃ audistis. Iterũ mãdatũ nouũ scribo
vobis: quod est verũ in ipso et in vobis.
Quoniam tenebre transierũt: et lumen
verum iam lucet. Per iesum xp̃m: dñm
nostrum. Secundum Joannem. iii.

IN illo tp̃e. Facta est q̃stio ex disci-
pulis ioãnis cũ iudeis de purifica
tione. Et venerũt ad ioannẽ: ꝛ dixerunt
ei. Rabbi: q̃ erat tecũ trãs iordanem. cui
tu testimoniũ perhibuisti: ecce hic bapti
zat: et oẽs veniũt ad eũ. Rñdit ioãnes: et
dixit. Nõ potest homo accipere q̃cq̃: nisi
illi datũ fuerit de celo. Ipsi vos mihi te-
stimoniũ perhibetis qd̃ dixerim vobis:
qꝛ ego nõ sũ xp̃s: sed qꝛ missus sum an
te illũ. Qui habet sponsam: sponsus est.
Amicus aũt spõsi. q̃ stat et audit eũ: gau
dio gaudet. ꝓpter vocẽ sponsi. In hoc er
go gaudiũ meũ: impletũ est. Illũ opor-
tet crescere: me autẽ minui. Qui de sur-
sũ venit: sup oẽs est. Qui est de terra de
terra est: et de terra loq̃tur. Qui de celo
venit: sup oẽs est. Et qd̃ vidit et audiuit
hoc testatur: et testimoniũ eiꝰ nemo acci
pit. Qui aũt acceperit eius testimoniũ:
signauit q̃a deus verax est. Quẽ enim ad
mẽsuram: dat deus spiritum. Pater dili
git filiũ: et oĩa dedit in manu eius. Qui
credit in filiũ. habet vitam eternã. Qui
autem incredulus est filio: non videbit
vitã: sed ira dei manet super eum. ¶ Fe
ria sexta. Ad thessalonicenses prime. v.

FRatres. Oẽs enĩ vos filii lucis e-
stis et filii dei: nõ sumꝰ noctis ne-
q̃ tenebrarũ. Igit̃ nõ dormiamꝰ sicut et
ceteri: sed vigilemꝰ ꝛ sobrii sumus. Qui
enĩ dormiũt: nocte dormiunt. Et q̃ ebrii
sũt: nocte ebrii sunt. Nos aũt qui diei su-
mus: sobrii simꝰ: induti loricã fidei et ca
ritatis et galeã spem salutis. Qm̃ nõ po
suit deꝰ nos in irã sed in acquisitionẽ sa-
lutis. per dñm nostrũ iesum christũ qui
mortuus est pro nobis: vt siue vigilemꝰ
siue dormiamus: simul cũ illo viuamꝰ.
Propter quod consolamini inuicẽ: ꝛ edi
ficate alterutrũ. In xp̃o iesu: dñ̃o nostro.
Secundum Joannem. xii.

IN illo tp̃e. Dixit iesus discipulis
suis. Ego lux in mũdum veni: vt

ois q credit in me: i tenebris nõ maneat
Et si qs audierit verba mea et nõ custo-
dierit ea: ego nõ iudico eũ. Non eñ veni
vt iudicẽ mũdũ: sed vt saluificẽ mundũ
Qui spnit me et non accipit verba mea
habet q iudicet eũ. Sermo quẽ locutus
sũ: ille iudicabit eũ i nouissimo die. Qz
ego ex meipso nõ sũ locutus: sed q misit
me pater: ipse mihi mandatũ dedit. qd
dicã aut qd loquar. Et scio qa mandatũ
ei⁹ vita eterna est. Que ergo ego loquor
sicut dixit mihi pater: sic loquor. Missa
dñicalis ebdõe. iiii. post pascha. Officium



Cantate dño cãticum no
uum all'a: quia mirabi
lia fecit dñs all'a: ante cõ
spectũ gentiũ reuelauit
iustitiã suã all'a all'a. ps.
Saluabit sibi dextera eius:
et brachium sanctum eius. Oratio.

Deus q fideliũ mentes vnius effi-
cis volũtatis. da populis tuis id
amare qd precipis id desiderare quod p
mittis: vt iter mũdanas varietates. ibi
nr̃a fixa sint corda. vbi vera sũt gaudia.
Per do. Lcõ ep̃le beati iacobi apostoli. i.

Carissimi. Omne datũ optimũ. et
omne donũ pfectũ desursũ est. de-
scẽdẽs a patre luminũ: apud quẽ nõ est.
trãsmutatio. nec vicissitudinis obũbra-
tio. Voluntarie eñ genuit nos verbo ve-
ritatis: vt simus initium aliqd creature
ei⁹. Scitis fr̃es mei dilectissimi. Sit au
tẽ ois homo velox ad audiendũ: tardus
aũt ad loquẽdum: ⁊ tard⁹ ad irã. Ira eñ
viri: iustitiã dei non operat. Propter qd
abiicientes oẽm immũdiciã ⁊ abundãtiã
malitie: in mansuetudine suscipite insi-
tũ verbũ. Qd potest saluare: aĩas vr̃as
All'a. v. Vado ad eũ q misit me: sed qz hec lo
cutus sum vobis tristitia impleuit cor vestrum
All'a. v. Ego veritatẽ dico vobis: expedit vo
bis vt ego vadã. All'a. v. Surrexit dñs vere
et apparuit petro Et dñr sicut notat in pri
ma dñica precedẽti. Scd̃m ioãnem. xvi

In illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Vado ad eũ q me misit: et ne
mo ex vobis interrogat me quo vadis:
Sed qz hec locutus sum vobis: tristitia
impleuit cor vestrũ. Sed ego veritatem
dico vobis: expedit vobis. vt ego vadã.
Si eñ nõ abiero: paraclytus nõ veniet
ad vos. Si aũt abiero: mittã eũ ad vos.
Et cũ venerit: ille arguet mundũ de pec
cato. et de iustitia. et de iudicio. De pecca
to qdẽ: qa nõ crediderũt in me. De iusti-
cia vero: qz ad patrẽ vado: et iã nõ vide-
bitis me. De iudicio aũt: qz princeps hu
ius mundi. iã iudicatus est. Adhuc mul
ta habeo vobis dicere: sz nõ potestis por
tare modo. Cũ aũt venerit ille spũs veri
tatis: docebit vos oẽm veritatẽ. Nõ eñ
loquetur a semetipso: sed qcunqz audiet
loqtur: ⁊ q vẽtura sunt ãnũciabit vobis
Ille me clarificabit: qa de meo accipiet.
et annũciabit vobis. Oĩa qcunqz habet
pater: mea sunt. Propterea dixi. quia de
meo accipiet. et annũciabit vobis. Offr̃.
Iubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vni
uersa terra: psalmũ dicite noi eius: venite et au
dite: et narrabo vobis oẽs qui timetis deũ: quã
ta fecit dñs anime mee alleluya. Secreta.

Deus q resurgens a mortuis pas-
sione cassata: potẽtiorem te tuis
discipulis reddidisti: concede propitius
vt nos quoqz maiestati tue hoc pascha-
le sacrificiũ cõciliet: ⁊ ad gratiã tuã pme
rendã in bonis operibus efficiat prom-
ptiores. Qui viuis et regnas cũ deo pa-
tre. Cõio. Dum venerit paraclytus spiritus
veritatis ille arguet mundũ de peccato et de iu
stitia et de iudicio alleluya all'a. Postcõio.

Adesto nobis dñe deus noster: vt
per hec que fideliter sumpsim⁹:
et purgemur a vitiis. et a periculis om-
nibus eruamur. Per d. Feria quarta.
Lectio epistole beati iacobi apostoli. ii.

Carissimi. Nolite in psonarũ acce-
ptiõe: habere fidẽ dñi nr̃i iesu xp̄i
glorie. Cũ eñ introierit vir: in cõuẽtũ ve
strũ anulũ aureũ habẽs in veste cãdida
introierit aũt ⁊ paup in sordido habitu.
et intẽdatis in eũ q indut⁹ est veste pcla-
ra. et dixeritis ei: tu sede hic bene: paupe
ri aũt dicatis. tu sta illic. aut sede sub sca
bello pedũ meorũ. nõne iudicatis apud
vosmetipsos: ⁊ facti estis cogitationũ in
iquarũ iudices. Audite fr̃es mei dilectis-
simi. Nõne de⁹ elegit paupes i hoc mũ-
do diuites in fide: ⁊ heredes regni. qd te

pmisit de⁹ diligētibus se. Uos autē: ex
honorastis pauperē. Nōne diuites p po
tentiā opprimūt vos: et ipsi trahūt vos
ad iudicia? Nōne ipsi blasphemāt bonū
nomē qd̄ inuocatū est super vos? Si ta
men legē perficitis regalē. scd̄m scriptu
ras. Diliges proximū tuū sicut teipsū: be
nefacitis. Si autē psonas accipitis: pec
catū operamini. redarguti a lege quasi
trāsgressores. Quicūq3 aūt legē totam
seruauerit. offendit autē in vno: factus
est oīm reus. Qui enī dixit non occides:
dixit nō mechaberis. Qd̄ si non mecha
beris occidas autē: factus es transgres
sor legis. Sic loquimini et sic facite: quasi
per legem libertatis. incipiētes iudicare
Judiciū enī sine mīa: illi q non facit mi
sericordiā. Superexaltat autē mīa: iudi
cium. Secundum Joannem. xvii.

IN illo tpe. Respiciens iesus in di
scipulos suos: dixit. Pater sancte:
serua eos in noīe tuo. quos dedisti mihi
vt sint vnum sicut et nos. Cū essem cū
eis: ego seruabā eos in noīe tuo. Quos
dedisti mihi custodiui: et nemo ex eis pe
riit: nisi filius pditionis: vt scriptura im
pleatur. Nunc autē ad te venio: et hec lo
quor in mūdo: vt habeant gaudiū meū
impletū in semetipsis. Ego dedi eis ser
monē tuū: et mundus eos odio habuit
q2 nō sunt de mūdo: sicut et ego nō sum
de mūdo. Nō rogo vt tollas eos de mū
do: sed vt serues eos a malo. ¶ Feria. vi.
Lectio epistole beati iacobi apostoli. ii.

CArissimi. Uidetis qm̄ ex operib⁹
iustificat̄ homo: et nō ex fide tātū
Similiter aūt et raab meretrix: nōne ex
operib⁹ iustificata est. suscipiēs nūcios. et
alia via eiciēs. Sicut enī corp⁹ sine spū
mortuū est: ita et fides sine operib⁹ mor
tua est. Secundum Joannem. xiii.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Filioli: adhuc modicū tem
pus vobiscū sū. Queretis me: et sicut di
xi iudeis: quo ego vado vos nō potestis
venire. Et vobis dico modo. Mandatū
nouū do vobis: vt diligatis inuicē sicut
dilexi vos: vt et vos inuicē diligatis. In
hoc cognoscēt oēs: q2 discipuli mei estis
si dilectionē habueritis ad inuicē. Dicit
ei symō petrus. Dñe: quo vadis? Rñdit
iesus. Quo ego vado: nō potes me mo
do sequi: sequeris aūt postea. ¶ Missa dñi
calis ebdō quinte post pascha. Officium



Ocem iocunditatis an
nūciate et audiatur alle
luya: nūciate vsq3 ad ex
tremū terre: liberauit
dñs populū suū allā al
leluya. ps. Jubilate deo oīs
terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriā
laudi eius. Oratio.

DEus a quo cuncta bona procedūt
largire supplicibus tuis: vt cogi
temus te inspirante que recta sunt: et te
gubernāte eadem faciamus. Per dñm.
Lectio epistole beati iacobi apostoli. i.

CArissimi. Estote factores verbi: et
nō auditores tantū: fallentes vos
metipsos. Quia si q̄s est auditor verbi. et
nō factor: hic cōparabit̄ viro cōsiderāti
vultū natiuitatis sue in speculo. Cōside
rauit enī se et abiit: et statī oblit⁹ est qua
lis fuerit. Qui aūt pspexerit. in lege pfe
cte libertatis et pmāserit in ea. nō audi
tor obliuiosus factus sed factor operis:
hic beat⁹ in facto suo erit. Si q̄s aūt pu
tat se religiosū esse: nō refrenās linguā
suā. sed seducēs cor suū: hui⁹ vana est re
ligio. Religio mūda et imaculata apud
deū et patrē hec ē: visitare pupillos et vi
duas in tribulatiōe eorū: et imaculatū se
custodire: ab hoc sclo. Alla. v. Usq3 modo
nō petistis q̄cq̄3 in noīe meo petite et accipietis
Alla. v. Surrexit xp̄s et iā nō moritur mors illi
vltra nō dñabitur. Secundū Joannē. xvi.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Amen amē dico vobis: si qd̄
petieritis patrē in noīe meo dabit vobis
Usq3 modo: nō petistis quicq̄3 in nomi
ne meo. Petite et accipietis: vt gaudiū
vestrū sit plenū. Hec in puerbiis locut⁹
sum vobis. Uenit hora: cū iā nō in pro
uerbiis loquar vobis: sed palā de patre
meo annunciabo vobis. Jllo die: in noīe
meo petetis. Et nō dico vobis: quia ego
rogabo patrē de vobis. Ipse enim pater
amat vos: q2 vos me amastis: et credidi
stis: q2 ego a deo exiui. Exiui a patre et
veni in mundū. Iterū relinquo mūdū

et vado ad patrẽ. Dicũt ei discipuli eius Ecce nũc palã loqueris:et puerbiũ nullũ dicis. Nunc scimus q̃a scis oĩa:et non opus est tibi vt q̃s te interroget. In hoc credimus:q̃a a deo existi. Offer. Benedicite gentes dñm deũ nostrũ:et obaudite vocem laudis eius qui posuit animã meam ad vitã: ⁊ non dedit commoueri pedes meos: benedictus dñs qui nõ amouit dep̃cationẽ meam et misericordiam suam a me alleluya. Secreta.

Suscipe q̃s dñe fideliũ p̃ces cum oblatiõibus hostiarũ vt p̱ hec pie deuotiõis officia:ad celestẽ gloriã trãseamus. Per. Cõio. Cantate dño all'a: cãtate domino benedicite nomen eius bene nũciate de die in diem salutare eius all'a all'a. Postcõio.

Tribue nobis dñe q̃s celestis mẽse virtute saciatis: ⁊ desiderare q̃ recta sunt:et desiderata percipere. Per do.

¶ Feria scda in rogationibus si a festo cũ regimine chori vacauerit dicitur post sertã pro magna missa:scʒ Vocem iocũditatis. vt supra in dñica. Et in processione dicitur hec missa. Officium.

Exaudiuit de templo sctõ suo: vocẽ meã all'a:et clamor me⁹ in cõspectu eius: introiuit in aures eius all'a all'a. Ps. Diligã te dñe fortitudo mea:dñs firmamentũ meũ et refugium meum:et liberator meus. Oratio

Presta q̃s oĩps deus:vt qui in afflictione nr̃a de tua pietate confidimus:cõtra aduersa oĩa. tua semp̱ protectiõe muniamur. Per. Scda orõ de sancto de quo est eccl'ia illa. tertia orõ de oĩbus sctis. orõ. Concede q̃s omĩps deus.

Lectio epistole beati iacobi apostoli. v.

Carissimi Cõfitemini alterutrum p̃ctã vestra:et orate p̱ inuicẽ vt saluemini. Multũ eñi valet:deprecatio iusti assidua. Helyas homo erat similis nobis passibilis:et oratiõe orauit vt nõ plueret sup̱ terrã. Et nõ pluit annos tres:et mẽses sex. Et rursum orauit:et celũ dedit pluuiã. et terra dedit fructũ suuʒ. Si quis ex vobis errauerit a veritate. ⁊ cõuerterit q̃s eũ:scire debet q̃m qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore vie sue. saluabit aĩam eius a morte. Et operit: multitudinẽ p̃ctõꝝ. All'a. V. Cõfitemini dño q̃m bonus:quoniam in seculum misericordia eius. ¶ Secundum Lucam. xi.

In illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis. Quis vestrũ habebit amicũ. et ibit ad illum media nocte: et dicet illi. amice cõmoda mihi tres panes. quoniam amicus meus venit de via ad me:et non habeo q̃d ponã ante illũ:et ille deintus respõdens dicat:noli mihi molestus esse. iam ostiũ clausum est. et pueri mei mecũ sunt in cubili: nõ possum surgere et dare tibi. Et ille si p̃seuerauerit pulsans:dico vobis. et si nõ dabit illi surgẽs eo q̃d amicus eius sit. p̱pter improbitatẽ tamẽ ei⁹ surget:et dabit illi quotquot habʒ necessarios. Et ego vobis dico. Petite: ⁊ dabit̃ vobis. Querite:et inuenietis Pulsate ⁊ aperiet̃ vobis. Oĩs eñ q̃ petit accipit. ⁊ qui q̃rit inuenit: ⁊ pulsanti aperietur. Quis aũt ex vobis patrem petit panem:nũquid lapidẽ dabit illi. Aut piscẽ:nunq̃d pro pisce serpẽtem dabit illi. Aut si petierit ouũ:nũquid porriget illi scorpionẽ. Si ergo vos cũ sitis mali. nostis bona data dare filiis vestris: quãto magis pater vester de celo dabit spiritũ bonũ:petẽtibus se. Offer. Confitebor dño nimis in ore meo ⁊ i medio multoꝝ laudabo eũ q̃ astitit ad dexterã pauperis vt saluũ faceret a persequẽtibus aĩam meã all'a. Hic fiat sermo ad populum si placuerit. Secreta

Hec munera dñe q̃sumus. ⁊ vincula nostre prauitatis absoluant. et tue nobis misericordie dona concilient. Per dñm. Cõio. Petite et accipietis querite et inuenietis:pulsate et aperietur vobis: oĩs enim qui petit accipit;et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur alleluya. Postcõio.

Vota nostra q̃s dñe pio fauore p̱sequere:vt dũ dona tua in tribulatiõe p̱cepimus. de cõsolatiõe nr̃a i tuo amore crescam⁹. Per dñm. ¶ Feria. iii. dicit̃ missa de sctã maria:nisi aliq̃d festũ cũ regimine chori in eadẽ contigerit. Et missa Salus populi. dr̃ in p̱cessione vbi fit statio. Et in vigilia ascẽsionis dr̃ missa de pace in processione. Tamẽ si festũ alicuius scti cũ regimine chori in secunda feria cõtigerit:tunc dr̃ missa dñicalis in tertia feria vel in vigilia asceñ. in pro

cessione vbi fit statio. Similiter qñ festũ
cũ regimine chori in vigilia asceñ. eueñe
rit: tunc dr̃ missa de vigilia in processio
ne. Et semp in his predictis tribus die
bus dr̃ magna missa in choro post sextã
et post illaꝫ missam statim dicitur hora
nona: et tunc exeat processio. ¶ In vigi
lia ascensionis dñi. Ad missam. Officiũ

Omnes gẽtes plaudite mani
bus iubilate deo in voce exul
tationis alleluya alleluya. Ps.
Subiecit populos nobis. et gen
tes sub pedibus nostris. Oratio.

Presta q̃s oĩps pater: vt nostre mẽ
tis intẽtio. quo vnigenitus filius
tuus dñs noster vẽture solẽnitatis glo
riosus auctor ingressus est semp intẽdat.
⁊ quo fide pgit cõuersatiõe perueniat. Per
eundẽ. Memoria de sctã maria ⁊ de om
nibus sanctis. Lectio actuũ aplorũ. iiii.

In diebus illis. Multitudinis aũt
credentiũ: erat cor vnũ: et aĩa vnã
Nec quisq̃ eorũ q̃ possidebat aliqd suuꝫ
esse dicebat: sed erant illis oĩa cõmunia.
Et virtute magna reddebant apostoli:
testimoniũ resurrectiõis iesu xp̃i dñi no
stri: et gratia magna erat in oĩbus illis.
Neq̃ enim quisq̃ egens erat: inter illos
Quotquot enim possessores agrorũ aut
domorũ erãt vendẽtes: afferebãt precia
eorũ q̃ vendebãt: et ponebãt ante pedes
aplorũ. Diuidebatur autẽ singulis: put
cuiq̃ opus erat. Alla. v. Oẽs gentes plau
dite manib᷒: iubilate deo in voce exultationis.
Secundum Joannem. xvii.

In illo tp̃e. Subleuatis iesus ocu
lis in celũ: dixit. Pater: venit hora
clarifica filiũ tuũ. vt et filius tuus clari
ficet te. Sicut dedisti ei potestatem oĩs
carnis: vt omne qd dedisti ei: det eis vitã
eternã. Hec est aũt vita eterna: vt cogno
scãt te solũ verũ deũ: ⁊ quẽ misisti iesum
xp̃m. Ego te clarificaui sup terrã: opus
cõsummaui: quod dedisti mihi vt faciã
Et nũc clarifica me tu pater apud temet
ipsum: claritate quã habui priusq̃ mun
dus esset apud te. Manifestaui nomen
tuũ hoibus: quos dedisti mihi de mun
do. Tui erant. et mihi eos dedisti. et ser
monẽ tuũ seruauerunt. Nunc cognoue
rũt q̃a oĩa q̃ dedisti mihi. abs te sunt: q̃a
verba q̃ dedisti mihi. dedi eis. Et ipsi ac
ceperũt. et cognouerũt vere q̃ a te exiui
et crediderũt: q̃a tu me misisti. Ego pro
eis rogo. Nõ pro mũdo rogo: sed pro his
quos dedisti mihi. q̃a tui sũt. Et mea oĩa
tua sunt: et tua mea sunt. et clarificatus
sum in eis. Et iam non sum in mundo:
et hi in mundo sunt: et ego ad te venio.
Offr. Uiri galilei quid admiramini aspici
entes in celum hic iesus qui assumptus est a vo
bis in celum. sic veniet quẽadmodum vidistis
eum ascendentem in celum alleluya. Secreta

Sacrificium dñe pro filii tui suppli
ces: venerabili quam peregimus
nunc ascẽsione deferimus. presta q̃s: vt
et nos p ip̃m his sacrosanctis cõmerciis
ad celestia consurgamus. Qui tecũ. Pre
fatio quotid. Cõio. Pater cũ essem cũ eis
ego seruabam eos quos dedisti mihi alla. nunc
aũt ad te venio nõ rogo vt tollas eos de mundo
sed vt serues eos a malo alla alla. Postcoĩo

Tribue q̃s dñe vt per hec sacramẽ
ta q̃ sumpsim᷒. illuc tẽdat nr̃e de
uotionis affectus: quo tecum est nostra
substãtia: iesus xp̃s dñs noster. Qui te.
¶ In die ascensionis domini. Officium



Uiri galilei: qd admira
mini aspicientes in celũ
alla. quẽadmodũ vidi
stis eũ ascẽdentẽ in celũ
ita veniet alla alla. Ps.
Cũq̃ intuerentur in celum
euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta il
los in vestibus albis qui et dixerunt. Oratio.

Concede q̃s oĩps deus: vt q̃ hodier
na die vnigenitũ tuum redẽptorẽ
nostrũ. ad celos ascẽdisse credimus: ipsi
quoq̃ mente in celestibus habitemus.
Per eundẽ. Lectio actuũ apostolorũ. i.

Primũ quidem sermonẽ feci de oĩ
bus o theophile q̃ cepit iesus face
re ⁊ docere: vsq̃ in diẽ qua precipiẽs apo
stolis per spm̃ sanctũ. quos elegit assum
ptus est. Quibus et prebuit seipm̃ viuũ
post passionẽ suã in multis argumẽtis.
per dies quadraginta apparẽs eis: et lo
quens de regno dei. Et conuescens prece
pit eis. ab hierosolymis ne discederent:
sed expectarẽt promissionẽ patris. quã

audistis inquit per os meū. Quia ioan-
nes quidē baptizauit aqua: vos autē ba
ptizabimini spū sancto: nō post multos
hos dies. Igitur qui cōuenerant: inter-
rogabant eum dicētes. Dñe: si in tēpore
hoc restitues regnum israel. Dixit autē
eis. Non est vestrū nosse tēpora vel mo-
mēta que pater posuit in sua potestate:
sed accipietis virtutez superueniētis spūs
scti in vos: et eritis mihi testes in hieru-
salē. et i ol iudea. ꝛ samaria. et vsqꝫ ad vl
timū terre. Et cū hec dixisset: vidētibus
illis eleuatus est. et nubes suscepit eū ab
oculis eoꝝ. Cūqꝫ intuerētur in celū eūtē
illū: ecce duo viri astiterūt iuxta illos in
vestibus albis. q̄ et dixerūt. Viri galilei:
qd statis aspiciētes in celū. Hic iesus q̄ as
sumpt⁹ est a vobis in celū: sic veniet quē
admodū vidistis eū: eūtē in celū. Alla.
ỽ. Ascēdit de⁹ in iubilatiōe: et dñs in voce tube
Hac die ꝛ in oct. etiā si duplex festū ibidē
celebretur dr Alla. ỽ. Ascendēs xp̄s in altū
captiuā duxit captiuitatem dedit dona hoibus
quotidie p oct. nisi in dñica. et in oct. die
siue fiat seruitiū de ascē. siue de aliquo
festo cuz regi. chori: nisi in festo philippi
et iacobi: ꝛ in inuētiōe sctē crucis erit scdz
Alla. ỽ. Dñs in sinay sancto ascēdēs in altū:
captiuam duxit captiuitatem. Sequentia.

REx omnipotens: die hodierna. Mun
do triumphali: redempto potentia.
Victor ascendit celos: vnde descēderat.
Nam quadraginta postq̄ surrexerat.
Diebus sacris: ꝯfirmās pectora. Apo-
stoloꝝ pacis cara: relinquēs oscula. Qui
bus et dedit potestatē: laxandi crimina.
Et misit eos in mundū: baptizare cun-
ctas animas. In patris et filii et spirit⁹
sancti clementia. Et conuescens: prece-
pit eis ab hierosolymis. Ne abirent: sed
expectarēt promissa munera. Nō post
multos eis dies: mittā vobis spiritū pa
raclytuz in terra. Et eritis mihi testes:
in hierusalē iudea siue samaria. Et cuz
hoc dixisset: vidētibus illis eleuatus est
et nubes clara. Suscepit eum ab eoruz
oculis: intuētibus illis ethera. Ecce ste-
tere amicti: duo viri in veste alba. Iu-
xta dicentes: quid admiramini celoruz
alta. Iesus enim hic: qui assumpt⁹ est
a vobis: ad patris dexterā. Ut ascendit
ita veniet: querens talenti cōmissi lucra
O deus celū mare arua: hoim quē crea
sti: quē fraude subdola. Hostis expulit
paradyso: et captiuatū secum traxit ad
tartara. Sanguine proprio: quem rede
misti deus. Illuc ꝛ puehis: vnde prius
corruit paradysi gaudia. Iudex cuz ve
neris iudicare secula. Da nobis petim⁹
sempiterna gaudia: in sanctoruz patria.
In qua tibi cātemus: omnes alleluya.

¶ Secundum Marcum. xvi.

IN illo tpe. Recūbētibus vndecim
discipulis: apparuit illis iesus. et
exprobrauit incredulitatē eorū et durici
am cordis. qa his qui viderāt eū resurre
xisse a mortuis. nō crediderūt. Et dixit
eis. Eūtes in mundū vniuersum: predi
cate euāgeliū omni creature. Qui credi-
derit ꝛ baptizat⁹ fuerit: saluus erit. Qui
vero non crediderit. condēnabitur. Si-
gna autē eos qui crediderint: hec sequē-
tur. In nomine meo demonia eiiciēt: lin
guis loquētur nouis. serpentes tollent.
Et si mortiferū qd biberint: non eis no-
cebit. Super egros manus imponēt: et
bene habebunt. Et dñs qdem iesus post
q̄ locut⁹ est eis: assumptus est in celū: et
sedet a dextris dei. Illi aūt profecti predi
cauerunt vbiqꝫ: dño cooperāte. et sermo
nem confirmante: sequentibus signis.
Offer. Ascendit deus in iubilatione: et dñs
in voce tube alleluya. Secreta.

SUscipe dñe munera q̄ pro filii tui
gloriosa ascēsione deferim⁹. et cō-
cede ꝑpicius: vt a presentib⁹ periculis li
beremur. et ad vitā perueniamus eternā.
Per eūdē. Prefatio. Qui post resurrecti
onē. et Cōmunicātes. Et dñr per totas
octa. et etiā in dñica quando de ascensio
ne agitur. Cōio. Psallite dño qui ascēdit su
per celos celorū ad orientē alleluya. Postcōio

PResta nobis q̄s oīps et misericors
deus: vt que visibilib⁹ mysteriis
sumēda percepimus: inuisibili cōsequa-
mur effectu. Per. Per totas octa. dr eadē
missa: nisi festū cū regimine chori inter-
currat: et nisi in dñica: sed sine sequentia
Credo. ¶ Dominica infra octauas ascē
sionis. Ad missam. Officium.

Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te all'a. tibi dixit cor meũ: quesiui vultũ tuũ: vultũ tuũ dñe reqrã: ne auertas faciẽ tuã a me all'a all'a. ps. Dñs illuminatio mea: et sal' mea quẽ timebo. Nel de ix. Kyrie de iiii. dic ista oct. cũ regi. chori. Et si in vi feria vel in sabbato pcedẽte aliqd festũ cũ regimine chori celebratũ fuerit. Oratio.

Omĩps sempiterne deus fac nos tibi semp et deuotã gerere voluntatẽ: et maiestati tue sincero corde seruire. Per dñm. Memoria fiat de ascensione.

Lectio epistole beati petri apostoli. iiii.

Carissimi. Estote prudẽtes: et vigilate in orõnib'. Ante oĩa autẽ mutuã in vobismetipsis caritatẽ cõtinuã habẽtes: quia caritas operit multitudinẽ pctõr. Hospitales inuicẽ: sine murmuratiõe. Unusqsqz sicut accepit gratiã in alterutrũ. illã administrantes: sicut boni dispẽsatores multiformis gratie dei. Si qs loqtur: quasi sermones dei. Si qs ministrat: tãq ex virtute. quã administrat deus. vt in oĩb' honorificetur deus. Per iesũ xp̃m: dñm nr̃m. All'a. v. Regnabit dñs sup oĩs gẽtes: deus sedet sup sedẽ sanctã suam. All'a. v. Nõ vos relinquã orphanos; vado et venio ad vos: et gaudebit cor vestrũ. Nulla dr sequentia. Secundũ Joannẽ. xv. et xvi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cũ venerit paraclytus quẽ ego mittã vobis a patre spiritũ veritatis q a patre pcedit: ille testimoniũ phibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis: qa ab initio mecũ estis. Hec locut' sum vobis: vt nõ scãdalizemini. Absqz synagogis facient vos. Sed venit hora: vt oĩs q interficit vos: arbitretur obsequiũ se prestare deo. Et hec faciẽt vobis qr nõ nouerũt patrẽ neqz me. Sed hec locut' sum vobis: vt cũ venerit hora eor reminiscamini: quia ego dixi vobis. Offert.

Lauda aĩa mea dñm laudabo dñm in vita mea psallam deo meo qdiu ero alleluya. Secreta.

Presta qs oĩps deus: vt hãc tibi hostiã in eius corpus et sanguinẽ placabiliter offeram': quẽ sedentẽ a dextris virtutis tue: et pro nobis interpellare cõfidimus: dñm nr̃m iesum xp̃m filiũ tuum. Qui tecũ. Cõio. Pater cũ essem cũ eis ego seruabã eos quos dedisti mihi all'a: nũc autem ad te venio: nõ rogo vt tollas eos de mũdo sed vt serues eos a malo all'a all'a. Postcõio.

Presta qs omĩps de': vt per hec sacrosancta commertia in totius ecclesie confidamus corpore faciẽdũ quod eius precessit in capite. Per eũdẽ. Si aliqd festũ cũ regimine chori in hac dñica euenerit: totum seruitiũ fiat de festo: et missa de dñica in caplo dr cũ cãtu super Kyrie. Gloria in excelsis. Sctũs et Agn' sicut in festo triũ lect. sine regimine chori: cũ vno Alleluya. v' Regnabit. Et tunc ad missam de festo erit scdm Alleluya. v. Non vos relinquã. nisi in festo sancte crucis. Et etiam erit secundum Alleluya. in crastino octa. ascensionis: licet de sctã maria fiat plenũ seruitiũ. In octa. ascen. dñi ad missam oĩa fiant sicut in die more simplicis festi sine sequentia. et Credo

¶ Feria sexta totũ fiat seruitiũ de sancta maria: si a festo cũ regimine chori vacauerit. ¶ In vigilia penthecostes accedat sacerdos ad altare cum diacono et subdiacono et ceteris ministris altaris in solẽni apparatu sicut in vigilia pasche: confessione iã nõ dicta: sed tantũ Pater noster. et legãtur lectiões a dignioribus personis in superpellicijs ad gradũ chori sine titulis. Lectio prima. Genesis. xxii.

Temptauit deus abrahã: et dixit ad eũ. Abrahã abrahã. At ille respõdit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuũ vnigenitũ quẽ diligis isaac et vade in terrã visionis. atqz offeres eũ ibi in olocaustũ sup vnũ montiũ. quẽ mõstrauero tibi. Igitur abraham de nocte consurgẽs strauit asinũ suũ: ducẽs secũ duos iuuenes et isaac filiũ suũ. Cũqz concidisset ligna in olocaustũ: abiit in locũ quẽ preceperat ei de'. Die autẽ tertia: eleuatis oculis vidit locũ pcul. dixitqz ad pueros suos. Expectate hic cũ asino. ego et puer illuc vsqz pperãtes: postq adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoqz ligna olocausti: et imposuit sup isaac filiũ suũ: ipse vero portabat in manib' suis ignẽ et gladiũ. Cũqz duo pgerẽt simul: dixit isaac patri suo. Pater mi. At ille respõdit.

Quid vis fili? Ecce inq̄t ignis et ligna: vbi est victima olocausti? Dixitq̄ʒ abrahā. Deus ꝓuidebit sibi victimā olocausti fili mi. Pergebant ergo pariter: veneruntq̄ʒ ad locū quez ostēderat ei deus. In quo edificauit altare: et desuꝑ ligna cōposuit. Cūq̄ʒ alligasset isaac filiū suum posuit eū in altari suꝑ struē lignorū. Extēditq̄ʒ manū et arripuit gladiū: vt imolaret filiū suū. Ecce angelus dn̄i de celo: clamauit dicens. Abrahā abrahā. Qui rn̄dit. Assuz. Dixitq̄ʒ ei. Ne extēdas manū tuā suꝑ puerū: neq̄ʒ facias illi quicq̄. Nūc cognoui qd̄ timeas deū: et non pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me. Leuauit abrahaz oculos suos: viditq̄ʒ post tergū arietē inter vepres herentē cornibus. Quem assumēs obtulit olocaustū pro filio: appellauitq̄ʒ nomē loci illiꝰ dominꝰ videt. Unde vsq̄ʒ hodie dicitur: in mōte dn̄s videbit. Uocauit autē āgelus dn̄i abraham secūdo de celo: dicēs. Per memetipsm̄ iuraui dicit dn̄s: quia fecisti rē hanc. et nō pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me: benedicā tibi et multiplicabo semē tuuz sicut stellas celi: et velut arenā q̄ est i littore maris. Possidebit semē tuū portas inimicoꝝ suoꝝ: ⁊ bn̄dicētur in semine tuo oēs gētes terre: q2 obedisti voci mee. Reuersus est abrahaz ad pueros suos: abierūtq̄ʒ bersabee simul: et habitauit ibi. Sequat̄ orō sine Dn̄s vobiscū. sed tantū cū Oremus. Oratio.

Deꝰ q̄ in abrahe famuli tui opere humano generi obediētie exempla prebuisti: cōcede nobis et nr̄e volūtatis prauitatē frāgere. et tuorū preceptorū rectitudinē in oībus adimplere. Per dn̄m. Lctō. ii. Scripsit moyses cāticū. et Tꝑ. Attēde celū. reqre s̄ in vigilia pasche. Oēs tꝑ. a choro dn̄r alternatiꝫ ꝑter vltimū ⁊ oēs orōnes sine Dn̄s vobiscū ꝑter vltimā dn̄r: sed tm̄ cū Oremus. Oratio

Deus qui es glorificatio fideliū: et vita iustorū. q̄ ꝑ moysen famulū tuū nos quoq̄ʒ modulatiōe sacri carminis erudisti. vniuersis gētibus mie tue munus operare. tribuēdo beatitudinē. auferēdo terrorē: vt qd̄ prenunciatū est ad suppliciū: i remediū trāsferatur eternū. Per dn̄m. Lctō. iii. Apprehendent septem mu. quere supra in vigilia pasche et etiam Tꝑ. Uinea facta. Oratio.

Deus qui nos ad celebrandā hanc presentē festiuitatem. vtriusq̄ʒ testamēti paginis instruis: da nobis intelligere mīas tuas: vt ex perceptione presentium munerum firma sit expectatio futurorum. Per dominuz. Baruch. iii.

Audi israel mādata vite: auribus percipe vt scias prudētiā. Quid est israel q̄ in terra inimicorū es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatꝰ es cū mortuis. Deputatus es cum his qui in inferno sunt: dereliquisti fontē sapientie. Nā si in via dei ambulasses: habitasses vtiq̄ʒ in pace suꝑ terrā. Disce vbi sit sapientia. vbi sit virtus: vbi sit prudētia. vbi sit intellectus. vt scias simul. vbi sit longiturnitas vite et virtus. vbi sit lumen oculorū et pax. Quis inuenit locū eius. et q̄s introiuit in thesauros eiꝰ? Ubi sūt principes gentiū. ⁊ q̄ dominātur suꝑ bestias q̄ sunt in terra? Qui in auibus celi ludūt: qui argentū thesaurizāt: et aurū in quo confidūt hoīes: et nō est finis possessionis eorū. Qui argentum fabricant et solliciti sunt: nec est inuentio operū illorū. Et tamen exterminati sunt: et ad inferos descenderunt. ⁊ alii in locū illoꝝ surrexerunt. Iuuenes viderūt lumē: et habitauerūt super terrā. Uiā autē discipline nescierunt. neq̄ʒ intellexerūt semitas eius: neq3 susceperūt eā filii eorū. A facie eorū: longe facta est. Nō est audita in terra chanaā: neq3 visa est in themā. Filii quoq3 agar qui exquisierūt prudētiā que de terra est: negociatores terre et theman. et fabulatores. ⁊ exq̄sitores prudentie et intelligētie. Uiā autē sapientie nescierūt: neq3 meminerūt semitarum eius. O israel. q̄ magna est domus dei: et ingēs locus possessiōis eius. Magnꝰ et nō habet cōsummationē. Excelsus et immēsus. Ibi fuerunt gigantes noīati. illi q̄ ab initio fuerūt statura magna: scientes bellū. Nō hos elegit dn̄s: neq3 viā discipline inuenerūt: ꝓpterea perierunt Et qm̄ nō habuerūt sapiētiam: interierūt ꝓpter suā insipientiam. Quis ascē-

dit in celū:et accepit eā. ꝛ eduxit eā de nu
bibus. Quis trāsfretauit mare:et inue
nit eā.et attulit eā sup aurū electū. Non
est ꝗ sciat viam eius:neqꝫ ꝗ excogitet se
mitas eius. Sed ꝗ scit vniuersa nouit il
lā:et adinuenit illā prudētia sua. Qui p
fecit terrā in sempiterno tēpore:et adim
pleuit eā pecudibus. et quadrupedibus
Qui emittit lucē.et vadit et vocauit eā:
et obedit illi in tremore. Stelle aūt dede
rūt lumē in custodiis suis.et letate sunt
Vocate sunt et dixerūt. Ecce assumus.
Et luxerūt ei cū iocūditate:ꝗ fecit illas.
Hic est de⁹ noster: et nō estimabitur ali⁹
ad illū Hic adinuenit oēm viā discipline
et dedit illā iacob puero suo:et israel di
lecto suo. Post hec sup terrā visus est: et
cū hominibus cōuersatus est. Oratio.

Deus qui nobis per pphetarū ora
precepisti tēporalia relinquere:
atqꝫ ad eterna festinare. da famulis tuis
vt ꝗ a te iussa cognouim⁹ implere celesti
inspiratione valeamus. Per. Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aqua
rum:ita desiderat anima mea ad te de⁹
Sitiuit anima mea ad deum viuū: quando ve
niam et apparebo ante faciem dei mei. Fuerunt
mihi lachryme mee panes die ac nocte:dū dici
tur mihi per singulos dies vbi est deus tuus.
Deinde he due oratiōes dicunt sub vno
Per dn̄m.et sub vno Oremus. Oratio.

Concede q̄sumus omnp̄s deus: vt
qui solēnitate doni sanctispiritus
colimus. celestibus desideriis accēsi. fon
tem vite sitiamus. dominum nostrū ie
sum christum filium tuum. Alia oratio.

Omnp̄s sempiterne deus ꝗ paschale
sacramentū quinquaginta dierū
voluisti mysterio cōtineri: presta q̄s: vt
gentiū facta dispersio diuisione lingua
rū.ad vnam confessionē tui nois celesti
munere cōgregetur. Per do. Deinde se
quātur letanie ꝛ bn̄dictio fontiū sicut in
vigilia pasche eodē videlꝫ modo et ordi
ne in eūdo ꝛ redeūdo ꝛ in statiōe:in rede
ūdo dr̄ Rex sctōꝝ. ꝛ postea icipiat missa
kyrie eleyson. et interim dicat sacerdos.
Cōfiteor. ꝛc. more solito. Sequat Glia
in excelsis. Tūc oēs genuflectēt exuētes
cappas nigras:et pulsentur oēs cāpane

deinde dr̄ Dn̄s vobiscum. Oratio.

Presta q̄sumus omnp̄s deus: vt cla
ritatis tue sup nos splendor effu
geat:et lux tue lucis corda eorū. ꝗ p grā
tiā renati sunt. sancti spūs illustratione
confirmet. Per dn̄m. in vnitate eiusdē.

Lectio actuum apostolorum. xix.

In diebus illis. Factū est cū apollo
esset corinthi:et paulus peragra
tis superioribus partibus veniret ephe
sum.et inueniret quosdā discipulos: di
xitqꝫ ad eos. Si spiritū sanctū accepistis
credētes. At illi dixerūt ad eū Sed neqꝫ
si spūs sanctus est audiuimus. Ille vero
ait. In quo ergo baptizati estis. Qui di
xerunt. In ioānis baptismate. Dixit au
tē paulus. Ioānes baptizauit baptismo
penitētie populū. docens in eum qui vē
turus esset post ipsum vt crederēt: hoc
est in iesum. His auditis: baptizati sunt
in noīe dn̄i iesu. Et cū imposuisset illis
manus paulus: venit spūs sanctus sup
eos: ꝛ loquebātur linguis: et pphetabāt
Erant autē oēs viri: fere duodecim. In
trogressus autē paulus synagogā: cū fi
ducia loq̄batur per tres menses. Dispu
tans et suadēs: de regno dei. Lecta epl̄a
duo clerici de scda forma in cappis seri
cis in pulpito cantēt hoc Alla. Chorus
idē et psequat. Clerici. ℣. Confitemini dn̄o
quoniā bonus:qm̄ in seculū misericordia eius.
Chorus finiatur cū neuma. Item clerici
reincipiant. Alla. sine neuma. Deinde se
quatur tr̄. ꝗ a duobus de scda forma in
cappis nigris ad gradū chori totus ꝛ in
teger cātet choro interī sedēte. Tract⁹.

Laudate dn̄m oēs gētes:ꝛ collaudate eū
oēs populi. ℣. Qm̄ cōfirmata est super
nos mia eius:et veritas dn̄i manet ineternum.
Interim vero pcedat diacon⁹ cū subdō. p
mediū chori more solito sine cruce ad le
gendū euāgeliū: quē precedāt duo cero
ferarii cereis extinctis et legat in pulpito
more dn̄icali euāgeliū. Scdm̄ ioānē. xiiii.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis
suis Si diligitis me mādata mea
seruate. Et ego rogabo patrē:et aliū pa
raclytū dabit vobis: vt maneat vobiscū
ineternū: spiritū veritatis: quē hic mun
dus nō potest accipere: quia nō videt eū

nec scit eũ. Vos autẽ cognoscetis euz: qa apud vos manebit: et in vobis erit. Nõ vos relinquã orphanos: veniaz ad vos. Adhuc modicũ: et mundus me iam nõ videt. Vos autẽ videtis me: quia ego viuo et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis: qz ego sum in patre meo: ꝛ vos in me: et ego in vobis. Qui habet mãdata mea ꝛ seruat ea: ille est q̄ diligit me. Qui autẽ diligit me: diliget a patre meo. Et ego diligã eũ: ꝛ manifestabo ei meipm. Nõ dr Credo. Offer. Emitte spiritũ tuuz et creabuntur: et renouabis faciem terre sit gloria dñi in secula seculoꝝ alleluya. Secreta.

Hostias ppli tui q̄s dñe miseratus intẽde: vt ꝛ tibi reddãtur accepte. Cõscientias nr̃as scti spũs salutaris emundet aduẽt⁹. Per d. in vnit. eiusd. Prefatio quotid. hac die Sctũs ꝛ Agn⁹ solẽ. dicũt. Cõio. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus q̄ in me credit flumina de ventre eius fluent aque viue hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum all'a all'a. Postcõio.

Presta q̄s oĩs deus: vt spũs sanct⁹ paduenięs maiestatem nobis filii tui manifestãdo clarificet. Per eũdez. in vnit. eiusd. ¶ In die pẽthecostes. Offiũ.



Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ all'a ꝛ hoc qd cõtinet oĩa sciẽtiã habet vocis all'a all'a alleluya. Ps. Exurgat deus ꝛ dissipẽtur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodez spiritu recta sapere: ꝛ de eius semper consolatiõe gaudere. Per dominum. in vnitate eiusdẽ. Lectio actuum apostolorum. ii.

In diebus illis. Dũ complerentur dies penthecostes: erant oẽs discipuli pariter in eodẽ loco. Et factus est repente de celo sonus: tanq̃ aduenientis spũs vehementis: ꝛ repleuit totã domũ vbi erant sedentes. Et apparuerũt illis dispertite lingue tanq̃ ignis: seditq; supra singulos eorũ. Et repleti sunt oẽs spiritu sancto: ꝛ ceperũt loqui variis linguis prout spũs sctũs dabat eloqui illis. Erãt autẽ in hierusalẽ habitãtes iudei viri religiosi: ex oĩ natione q̄ sub celo est. Facta aũt hac voce cõuenit multitudo. et mente confusa est: qm̃ audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupebant autẽ oẽs: et mirabantur adinuicẽ dicentes. Nonne ecce oẽs isti qui loquũtur galilei sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisq; linguaz nostram in qua nati sumus? Parthi et medi: et elamite: et qui habitant mesopotamiam: iudeam. et capadociã. ponthũ. et asyã. phrigiã. et pãphiliã. egyptũ: et partes libie: q̄ est circa cyrenẽ. et aduene romani. Iudei quoq; et proseliti: cretes et arabes. Audiuim⁹ eos loquẽtes nostris linguis: magnalia dei. All'a. ꝟ. Emitte spm̃ tuũ et creabũtur: et renouabis faciẽ terre. All'a. ꝟ. Spũs sanct⁹ procedens a throno apostoloꝝ pectora inuisibili hodie perlustrauit potentia. Sequentia.

Sancti spiritus assit nobis gratia Que corda nostra: sibi faciat habitacula. Expulsis inde cunctis: vitiis spiritalib⁹. Spũs alme: illustrator oĩm Horridas nr̃e mentis: purga tenebras. Amator scte sensator: semp cogitatuũ Infunde vnctionẽ tuã: clemẽs nostris sensibus. Tu purificator oĩm: flagitiorũ spũs. Purifica nostri oculuz interioris hoĩs. Ut videri supremus genitor: possit a nobis Mundi cordis: quem soli cernere possunt oculi. Prophetas tu inspirasti: vt preconia xp̄i precinuissent inclyta. Apostolos cõfortasti vti tropheũ

xpi:p totũ mũdum veherent. Quando
machinaz:per verbũ suũ fecit deus:celi
terre marium. Tu super aquas fotur⁹
cas:numẽ tuũ expandisti spũs. Tu ala
bus viuificandis:aquas fecundas. Tu
aspicãdo das spiritales:esse hoies. Tu
diuisum p linguas mũ.dũ: et ritus adu-
nasti dñe. Idolatras ad cultũ dei reuo-
cas:magistrorũ optime. Ergo nos sup
plicãtes tibi:exaudi propicius scte spũs
Sine quo preces oẽs casse redduntur:
et indigne dei aurib⁹. Tu q olim seculo
rum sanctos. Tui nois docuisti instin-
ctu amplectẽde spũs. Ipse hodie aplos
xpi. Donãs munere insolito:et cunctis
inaudito seculis. Hũc diẽ gloriosum fe-
cisti. Secundum Joannem. xiiii.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Si quis diligit me: sermonẽ
meũ seruabit. Et pater meus diliget eũ
et ad eum veniemus:et mansionẽ apud
eũ faciemus. Qui nõ diligit me:sermo-
nes meos non seruat. Et sermonez quẽ
audistis non est me⁹:sed eius q misit me
patris. Hec locutus suz vobis:apud vos
manẽs. Paraclytus aũt spũs sctũs quẽ
mittet pater in noie meo: ille vos doce-
bit oia. et suggeret vobis oia. qcũqz dixe
ro vobis. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã
do vobis. Non quõ mũdus dat:ego do
vobis. Nõ turbetur cor vestrũ: neqz for-
midet. Audistis qr ego dixi vobis:vado
et venio ad vos. Si diligeretis me. gau
deretis vtiqz:qa vado ad patrẽ: qr pater
maior me est. Et nũc dixi vobis priusq̃
fiat:vt cũ factũ fuerit credatis. Jam nõ
multa loquar vobiscũ. Venit eniz prin-
ceps mũdi huius:et in me non habet qc
q̃. Sed vt cognoscat mundus qr diligo
patrẽ:et sicut mãdatũ dedit mihi pater
sic facio. Offr. Confirma hoc deus qd ope
ratus es in nobis a tẽplo tuo qd est in hierusalẽ
tibi offerẽt reges munera alleluya. Secreta.

MUnera dñe q̃s oblata sanctifica:z
corda nr̃a sancti spũs illustratiõe
emũda. Per d. in vnitate eiusdẽ. Prefa-
tio. Qui ascẽdens. hec prefatio dr quoti
die per hãc ebdõam:et in oibus missis de
sctõ spũ per totum ãnũ. Ita q extra hãc
ebdõam nõ dicitur hec duo verba. Hodi
erna die. in prefatiõe. Cõmunicantes.et
Hanc igitur. vsqz ad festũ sctẽ trinitatis
tantũ dñr. Cõio. Factus est repẽte de celo
sonus aduenientis spũs vehementis vbi erãt se-
dẽtes alleluya:z repleti sunt oẽs spiritu sancto
loquentes magnalia dei all'a all'a. Postcõio.

SAncti spũs dñe corda nr̃a mũdet
infusio:et sui roris intima aspersi
one fecundet. Per dñm. in vnitate eius-
dem. Feria secunda. Officium.



CIbauit eos ex adipe fru
menti alleluya:z de pe-
tra melle saturauit eos
all'a alleluya alleluya. Ps.
Exultate deo adiutori nr̃o:
iubilate deo iacob. Oratio

DEus qui apostolis tuis sanctũ de
disti spiritũ:cõcede plebi tue pie
petitiõis effectũ:vt q̃bus dedisti fidẽ lar
giaris et pacẽ. Per d. in vnitate eiusdem
Lectio actuum apostolorum. x.

IN diebus illis. Aperiẽs petrus os
suuz:dixit. Viri fratres et patres:
nobis precepit dñs populo predicare et
testificari:qa ipse est qui cõstitutus est a
deo. iudex viuorz et mortuorũ. Huic oẽs
pphete testimoniũ perhibẽt remissionẽ
peccatorũ accipere per nomẽ eius oẽs q
credunt in eũ. Adhuc loquẽte petro ver
ba hec:cecidit spũs sctũs sup oẽs qui au
diebãt verbum. Et obstupuerũt. ex cir-
cũcisione fideles q venerãt cũ petro: qa
et in nationes gratia spũs sancti effusa
est. Audiebant enim illos loquentes lin
guis:et magnificantes deũ. Tunc respõ
dit petrus. Nũquid aquam quis prohi-
bere potest. vt nõ baptizẽtur hi qui spiri
tũ sanctũ acceperũt:sicut et nos. Et ius-
sit eos baptizari:in noie dñi nr̃i iesu xpi.
Alla. V. Emitte spiritũ tuũ et creabũtur:z re
nouabis faciẽ terre. Alla. V. Paraclytus spi
ritus sanctus quẽ mittet pater in nomine meo.
ille vos docebit oẽm veritatem. Sequentia.

REsonet sacrata: iam turma diua
symphonia. Repleta gaudia pro
missa e celo reddita. In vnũ cõgrega-
ta apostolorz phalanx preclara: expectãs
munera. Repente vox diuina. paracly-
tum nunciat deuorans sanctorz viscera
Fãtur oi lingua:nõnulla mysteria dei

q̄ꝫ magnalia. Cantica diuina:nō cessat roboare eius quoqꝫ caterua. O de⁹ omnis ar[...]e laudat sol: et luna concrepat vsia:cuncta celica et profunda flumina. Te psallat tellus alma sydera cūcta clarat iubilat:adorat amat redempta oīs quoqꝫ anima. Stupēs iudea: hec inqt execrāda:cōcio vino ista est repleta:mustiqꝫ crapula bacho plenos deputat repletos gratia. Sumēs hec petrus diuina mysteria:superat obdurata corda illa:et fore affirmat vaticinia iohelis de hoc predicta. Quās anima nunc nostra boat carmina deuota:quo suscipiat celestia habitacula. Pangat omnis corda nostra sancta preconia tua:vt semp pia percipiat carismata. Omnem hāc meram:suscipe melodiā:vt queamus scandere luciflua:et tua celsa: ꝛ decora vranica. Dudum sacrata: imbuisti pectora: nunc nos reple lumine polorū:ve gaudia cedas perpetua atqꝫ regna. Te decet laus per tempora et gloria sydera: o sanctum neuma. Tu alas ꝛ corpora nostra:xpe possideas in sempiterna doxa.

Secundum Joannem. iii.

IN illo tpe. Dixit iesus cuidā principi phariseorū. Sic deus dilexit mūdum:vt filiū suū vnigenitū daret. vt omnis qui credit in eum non pereat. sed habeat vitā eternā. Non enim misit deus filiū suū in mundū:vt iudicet mūdū:sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum:non iudicatur. Qui autē non credit. iam iudicatus est: quia nō credit in noīe vnigeniti filii dei. Hoc est autē iudiciū:qꝛ lux venit in mundū. et dilexerūt hoīes magis tenebras q̄ lucem. Erant enim eorū mala opera. Oīs eīn qui male agit:odit lucem. Et nō venit ad lucē:vt non arguantur opera ei⁹. Qui autem facit veritatem venit ad lucem:vt manifestentur eius opera: quia in deo sunt facta. Credo. Offꝛ. Intonuit de celo dn̄s ꝛ altissimus dedit vocem suā: et apparuerunt fontes aquarū all'a. Secreta

PResta quesumus dn̄e vt secundū promissionē filii tui dn̄i nostri iesu xpi:spūs sanctus et huius nobis sacrificii copiosius reuelet archanū:et omnē reserat propicius veritatem. Per eundē dn̄m. in vnitate eiusdē. Prefatio. Qui ascendens. et Cōicantes. ꝛ Hanc igitur. Cōio. Spūs sanctus docebit vos all'a:quecūq̄ dixero vobis alleluya alleluya. Postcōio.

PLenum in nobis dn̄e remedium nostre redemptionis operare: vt habitatione sancti spiritus: digni effici valeamus. Per dn̄m. in vnitate eiusdē.

Feria tertia. Officium

ACcipite iocūditatē glorie vestre alleluya: gratias agētes deo alleluya:qui vos ad celestia regna vocauit all'a alleluya alleluya. Ps. Attendite popule meus legē meā:inclinate aurē vestrā in v̄ba oris mei. Orō

ASsit nobis dn̄e quesum⁹ virtus spiritus sancti:q̄ et corda nostra clemēter expurget:et ab oībus tueatur aduersis. Per dn̄m. in vnitate eiusdem.

Lectio actuum apostolorum. viii.

IN diebus illis. Cum audissent apostoli qui erāt hyerosolymis. q̄a recepisset samaria verbum dei:miserūt ad eos petrum et ioannē. Qui cū venissent:orauerunt pro ipsis. vt acciperent spiritū sanctum. Nōdum enim in quēq̄ illorū venerat:sed baptizati tantū erant in nomine dn̄i iesu. Tunc imponebant manus super illos: et accipiebāt spiritū sanctū. All'a. ℣. Emitte spiritū tuū et creabūtur et renouabis faciē terre. All'a. ℣. Veni sancte spiritus reple tuorū corda fideliū: ꝛ tui amoris in eis ignem accende. Sequentia.

EYa musa:dic queso p̄clara chorea. Blandificaqꝫ libens:perstrepe organa. Ast modulans:tybia resultet plectro:laudū leta carmina. Nostraqꝫ caterua:hui⁹ diei euprepia. Paraclyti carisma:hac die:alūnos christi plene strat. Facto repente sono linguis xp̄i:fantur magnalia. Vesano plena ructu p̄fidia: musto alūnos madere putat: spūs grā ardētes:quos reddit feruida. Anastasi peracta quīquagena mysticus penetrat ipsūs:pectorꝫ intima oppido reddēs flāmātia. Mox egressi oēs vna:terra peragrant arua: infundentes verbi semina. Mystica patrātes signa:supno rore noua bibula:madidāt itima. Ecce christi

nunc caterua tua. In hac aula decātāt cantica. Ut celesti pmixta: agmini indiscrete. dicat noua tibi promens cantica. Sit perēnis dn̄o gloria. Decus honor potestas p̄ secula. Qui tribuit spiritus gratiā oībus per arua: qui sequūtur ei⁹ monita. Poscimus oēs vna: supplices magnalia. Ut sctūs nostra: sp̄us emundās intima. Illustret clare sophia all'a. Secundum Joannem. x.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: qui nō intrat per ostiū in ouile ouiū. sed ascēdit aliunde/ ille fur est et latro. Qui autē intrat p̄ ostiū: pastor est ouiū. Huic ostiarius aperit: et oues vocē eius audiūt. Et ppꝛias oues vocat nolatī: ꝛ educit eas. Et cū ppꝛias oues emiserit: ante eas vadit. Et oues illū sequūtur: qa sciūt vocē eius. Alienū autē nō sequūtur. sed fugiunt ab eo: qa nō nouerūt vocē alienorū. Hoc puerbiū: dixit eis iesus. Illi aūt nō cognouerūt: qd loq̄retur eis. Dixit ergo eis iterū iesus. Amen amen dico vobis: qa ego sum ostiū ouiū. Oēs quotquot venerūt: fures sunt et latrones. Sed nō audierūt eos oues. Ego sum ostiū. Per me si q̄s introierit saluabit̄: et ingredietur et egredietur: ꝛ pascua inueniet. Fur nō venit nisi vt furet̄: et mactet ꝛ perdat. Ego veni. vt vitā habeāt: et abūdātius habeāt. Credo. Offꝛ. Portas celi aperuit dn̄s et pluit illis māna vt ederēt: panē celi dedit eis: panē āgelorū mādūcauit homo all'a. Secreta

Descēdat q̄s dn̄e spiritus sanctus sup̄ hoc altare: qui et dona populi tui sanctificet. et sumētium corda placatus emūdet. Per d̄. in vnitate eiusdē. Cōio. Spiritus qui a patre pcedit alleluya ille me clarificabit alleluya alleluya. Postcō.

Mentes nostras q̄s dn̄e sp̄us sctū ꝫ diuinis reparet sacramentis: qa ipse est remissio oīm peccatorū. Per do. ī vnitate eiusd̄. ¶ Fer. iiii. quattuor tpm nō d̄r alia magna missa q̄ de ieiu. nec in vi. fer. nec in sab. scd̄ꝫ vsuꝫ sarū. Officiū.

Deus dum egredereris coram pplo tuo alleluya: iter faciens eis alleluya: habitans in illis. alleluya all'a. Ps. Exurgat deus ꝫ dissipentur inimici eius: et fugiāt q̄ oderūt eū: a facie eius. Kyrie. cuꝫ suis v̄. d̄r statim sequatur Glia in excelsis. non dicitur Dominus vobiscū. sed tātū Oremus. Ocō

Presta q̄s oīps deus: vt a n̄ris mentibus carnales amoueat sp̄us sanctus affectus: et sp̄ualia nobis dona potēter infundat. Per dn̄m. in vnitate eiusdem. ¶ Lectio libri sapientie. primo.

Diligite iustitiā: q̄ iudicatis terrā. Sentite de dn̄o in bonitate: et in simplicitate cordis q̄rite illū. Qm̄ inuenitur ab his qui nō tēptēt illū. Apparet aūt eis. qui fidē habent in illū. Peruerse eīm cogitatiōes. separāt a deo: pbata autem virtus. corripit insipientes. Qm̄ in maliuolā aīam non introibit sapientia. nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sāctus eīm sp̄us discipline effugiet fictū: et auferet se a cogitatiōibus q̄ sunt sine intellectu. et corripietur a superueniēte iniquitate. Benignus est eīm sp̄us sapientie: et nō liberabit maledictū a labiis suis. Qm̄ renū illius testis est deus: et cordis eius scrutator est verus. ꝛ lingue eius auditor. Quoniam sp̄us dn̄i. repleuit orbem terrarū. et hoc qd̄ cōtinet oīa: scientiā habet vocis. Et legatur ab accolito supp̄ellicio induto in pulpito. Deinde tres clerici ibidē dicant. Alleluya. v̄. Emitte spiritū tuū et creabūtur: et renouabis faciē terre. Non repetatur All'a. Sequatur Dn̄s vobiscum. et Oremus. Oratio

Mentes nostras q̄s dn̄e sp̄us sctūs paraclytus. q̄ a te procedit illuminet: ꝛ inducat in oēm sicut tu⁹ pmisit filius veritatē. Qui tecū. in vnitate eiusd̄ Lectio actuum apostolorum. ii.

In diebus illis. Stās petrus cum vndecim. eleuauit vocē suā: et locutus est eis. Uiri iudei. et qui habitatis hierusalē vniuersi: hoc vobis notū sit. et auribus percipite verba mea. Nō enim sicut vos estimatis. hi ebrii sunt: cum sit hora diei tertia. Sed hoc est: quod dictū est per prophetā iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dn̄s: effundā de spiritu meo super oēm carnē: et prophetabunt filii vestri et filie vestre. Et iuuenes vestri visiones videbunt: et seniores vestri

somnia somniabũt. Et quidem sup ser-
uos meos. ⁊ sup ãcillas meas in diebus
illis effundã de spiritu meo: ⁊ propheta
bunt. Et dabo ꝓdigia in celo sursum. et
signa in terra deorsum. sãguinẽ et ignẽ
et vaporẽ fumi. Sol cõuertetur in tene
bras: et luna in sanguinẽ: anteq̃ veniat
dies dñi magnus et manifestus. Et erit
Omnis quicũq; inuocauerit nomẽ dñi
saluus erit. Alleluya. ℣. Loquebantur va-
riis linguis apostoli magnalia dei. Repetat
Alleluya. sine neuma. Sequentia

Ux iocunda lux insignis: qua de
throno missus ignis: in xp̃i disci-
pulos. Corda replet: liguas ditat: ad cõ
cordes nos inuitat: lingua cordis modu
los. Christ⁹ misit qđ ꝓmisit: pign⁹ spõ
se quaz reuisit: die quinquagesima. Post
dulcorez melleũ: petra fudit oleũ: petra
tã firmissima. In tabellis saxeis: nõ in
linguis igneis: lex de monte ꝓpsa. Pau
cis cordis nouitas: ⁊ linguaꝝ vnitas: da
tur in cenaculo. O q̃ felix q̃ festiua: di-
es in qua primitiua: fũdatur ecclia. Vi-
ue sunt primitie: nascentis ecclesie: tria
primum milia. Panes legis primitiui:
sub vna sunt adoptiui: fide duo populi.
Se duobus interiecit: sicq; duo vnũ fe-
cit: lapis caput anguli. Utres noui non
vetusti: sũt capaces noui musti: vasa pa
rat vidua. Liquorẽ dat heliseus: nobis
sacrũ rorem deus. si corda sint congrua.
Non hoc musto vel liquore: non hoc di
gni sumus ore: si discordes morib⁹. In
obscuris et diuisis: nõ potes hec paracly
tus: habitare cordib⁹. Consolator alme
veni: linguis reple corda leni: nihil fellis
aut veneni sub tua presentia. Nil iocũ-
dũ nil amenum: nil salubre nil serenũ: ni
hil dulce nihil plenum: sine tua gratia.
Tu lumẽ es et vnguẽtũ: tu celeste cõdi
mentũ: aque ditans alimẽtum: virtute
mysterii. Noua facti creatura: te lauda
mus mẽte pura: gratie nunc sed natura
prius ire filii. Tu q̃ dator es ⁊ donũ: no
stri cordis oẽ bonum: cor ad laudẽ redde
pronũ: nostre lingue formãs sonum: in
tua preconia. Tu purga nos a peccatis: au
ctor ipse pietatis: et in xp̃o renouatis: da
perfecte nouitatis: plena nobis gaudia.

Secundum Joannem. vi.

In illo tp̃e. Dixit iesus discipulis
suis: et turbis iudeorũ. Nemo po-
test venire ad me: nisi pater q̃ misit me.
traxerit eũ. Et ego resuscitabo eũ: in no
uissimo die. Est scriptũ in prophetis Et
erũt oẽs docibiles dei. Ois qui audiuit
a patre et didicit: venit ad me. Nõ q2 pa
trẽ vidit quisq̃: nisi is q̃ est a deo: hic vi-
det patrẽ. Amẽ amẽ dico vobis: q̃ credit
in me habet vitã eternã. Ego suz: panis
vite. Patres vestri. mãducauerũt man
na in deserto: et mortui sunt. Hic est pa-
nis de celo descẽdẽs: vt si q̃s ex ipso man
ducauerit. nõ moriat. Ego suz panis vi
uus: q̃ de celo descẽdi. Si quis mãduca-
uerit ex hoc pane: viuet ineternũ. Et pa
nis quẽ ego dabo caro mea est: pro mũ-
di vita. Credo. Offer. Meditabor in man
datis tuis que dilexi valde: et leuabo man⁹ me
as ad mandata tua que dilexi alla. Secreta.

Oblata tibi dñe q̃s munera spũs sã
ctus sanctificet: et eorũ nos partici
patio. ab oĩm pctõrũ contagione custo-
diat. Per eundẽ in vnitate eiusdẽ. Cõio
Pacem meam do vobis alleluya: pacem relin
quo vobis alleluya alleluya. Postcõio.

Per hui⁹ dñe virtutẽ mysterii tue
nos claritatis ꝑpetuus splẽdor il-
lustret: ⁊ cũ cõsubstãtiali tibi filio. gratia
spũs scti illuminet. Per eũd. I vni. eiusd.
Feria. v. Offin. Spũs dñi. vts. in die
penthecostes. Kyrie sine ℣. Oratio.

Presta q̃s oĩps et misericors de⁹: vt
spũs sctũs adueniẽs: templũ nos
glorie sue dignanter inhabitando perfi-
ciat. Per dominum. in vnitate eiusdem
Lectio actuum apostolorum. viii.

In diebus illis. Philippus descen
dẽs in ciuitatẽ samarie: p̃dicabat
illis xp̃m. Intendebãt autẽ turbe his q̃
a philippo dicebãtur: vnanimiter audi-
entes et videntes signa q̃ faciebat. Mul
ti eñ eorũ qui habebãt spũs inmũdos:
clamantes voce magna exibant. Multi
autẽ paralitici et claudi: curati sunt. Fa-
ctũ est ergo gaudiũ magnũ: in illa ciui-
tate. Alleluya. ℣. Emitte spiritũ tuũ ⁊ crea
buntur: et renouabis faciẽ terre. Alleluya. ℣.
Factus est repente de celo sonus aduenientis spi

ritus vehementis. Sequentia.

Alma chorus dñi nūc pāgat noīa summi (?) essyas sother emanuel sabaoth adonay. Est unigenit⁹ via vita man⁹ homo usyo. Principiū primo genitus sapiētia virtus. Alpha caput finisq simul vocitat et est oo. Fōs et origo boni paraclytus ac mediator. Agn⁹ ovis vitulus: serpens aries leo vermis. Os verbū splendor: sol gloria lux et imago. Panis flos vitis mons ianua petra lapisq. Angelus et spōsus: pastorq propheta sacerdos. Athanatos/kyrios/theon/panthon/craton/et isus. Saluificet nos. Sit cui secla. Per omnia dora.

Secundum Lucam. ix.

In illo tpe. Cōuocatis iesus duodecim discipulis: dedit illis virtutē et potestatē. sup oīa demonia: et vt lāguores curarent. Et misit illos predicare regnū dei: et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neq virgā. neq perā. neq panē. neq pecuniam. neq duas tunicas habeatis. Et in quācunq domū intraueritis. ibi manete: et īde ne exeatis. Et qcūq nō receperint vos: exeuntes de ciuitate illa. etiā puluerē pedū vestrorū excutite. in testimoniū supra illos. Egressi autē circuibant per castella euangelizātes: et curātes vbiq. Credo Offr. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalē: tibi offerent reges munera alleluya. Secreta.

Virtute scti spūs dñe munera nr̄a cōtinge: vt qd solemnitate presenti: tuo noi dedicauit: et itelligibili nobis faciat et eternū. Per do. in vnitate eiusd. Cōio. Factus es repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erant sedētes alleluya: et repleti sunt oēs spiritu sancto loquētes magnalia dei alleluya alleluya. Postcōio.

Sacrificiis celestibus qs dñe operāte spiritu sancto. vitia nr̄a purgentur: vt muneribus tuis semp possimus aptari. Per eundē. in vnitate eiusdem. Feria sexta. Officium.

Repleatur os meū laude tua alla. vt possim cantare alla: gaudebunt labia mea dū cātauero tibi alleluya alla. ps.

In te dñe speraui non confundar ineternū: in iustitia tua libera me et eripe me. Oratio.

Da qs ecclesie tue misericors deus vt spū scto cōgregata. hostili nullatenus incursione turbetur. Per do. in vnita. eiusd. Lectio actuū apostolorū. ii.

In diebus illis. Aperiens petr⁹ os suum: dixit. Viri israelite: audite verba hec. Jesum nazarenū. virū approbatū a deo in vobis: virtutibus. et prodigiis. et signis q̄ fecit per illū deus in medio vestri. sicut vos scitis: hunc diffinito cōsilio et presciētia dei traditū per man⁹ iniquorū affligentes interimistis. Quē deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta qd impossibile erat teneri illū ab eo. Dauid enī dicit in eū. Prouidebā dñm corā me semp: qm a dextris est mihi ne cōmouear. Propter hoc dilatatum est cor meū: et exultauit līgua mea insup et caro mea requiescet in spe. Qm nō derelinques aīam meā in inferno: nec dabis sctm tuū videre corruptionē. Notas mihi fecisti vias vite: replebis me iocūditate: cū facie tua. Alla. ℣. Emitte spm tuū et creabūtur et renouabis faciē terre. Alla. ℣. Spūs dñi repleuit orbē terrarū et hoc qd cōtinet oīa scientiam habet vocis. Sequentia.

Laudes deo deuotas. Dulci voce ac sonora. Plebs resultet catholica. Spūs scti gratia. Apl'is die hodierna. In igneis linguis est infusa. Paraclyti presentia. Emūdet nos a pctī macula. Pura sibi aptans habitacula. Carismatū ac munera. Pectoribus nr̄is pius infundat. Vita nostra ei vt cōplaceat. Per seculorū secula. Cōclament alla. Sit deo laus potestas honor virtus et gloria. Secundum Lucam. v.

In illo tpe. Factū est in vna dierū: et iesus sedebat docens. Et erant pharisei sedētes et legisdoctores: q venerāt ex oī castello galilee et iudee et hierusalē: et virtus dñi erat ad sanādū eos. Et ecce viri portantes in lecto hoīem q̄ erat paraliticus: et q̄rebāt eū inferre et ponere ante eū. Et non inueniētes qua parte illū inferrēt pre turba: ascenderūt supra tectū: et p tegulas summiserūt illū cū lecto in medio āte iesum. Quorū fidē vt vidit

dixit. Homo: remittuntur tibi peccā tua Et
ceperūt cogitare scribe et pharisei: dicen
tes. Quis est hic q̄ loquitur blasphemias?
Quis potest dimittere peccā nisi sol⁹ de-
us? Ut cognouit aūt iesus cogitationes
eorū: rn̄dens dixit ad illos. Quid cogita-
tis mala in cordib⁹ vr̄is? Quid est facili
us dicere dimittūtur tibi peccā. an dicere
Surge et ābula? Ut sciatis aūt qr filius
hoīs: habet potestatē in terra dimittē di
peccā: ait paralitico. Tibi dico surge. tolle
lectū tuū. et vade in domū tuā. Et confe
stim surgēs corā illis: tulit lectū in quo ia
cebat et abiit in domū suā magnificans
deū. Et stupor apphēdit oēs: et magnifi
cabāt deū. Et repleti sūt timore dicētes:
qr vidim⁹ mirabilia hodie. Credo. Offr.
Lauda aīa mea dn̄m: laudabo dn̄m in vita mea
psallam deo meo q̄diu ero alleluya. Secreta.
Sacrificia dn̄e tuis oblata cōspecti
bus. ille ignis diuinus assumat:
qui discipulorū xp̄i tui. p spm̄ sanctū cor
da succendit. Per eundē. in vnitate eius-
dē. Cōio. Spiritus vbi vult spirat et vocem
eius audis alleluya: sed nescis vnde veniat aut
quo vadat alleluya alleluya. Postcōio.
Concede q̄s oīps deus: vt hui⁹ per-
ceptiōe sacramenti. ita nr̄e fragilita
tis vitia expurgētur. quatin⁹ p spm̄ san
ctū repromissū in nobis. donū tue grē
sentiamus. Per dn̄m. in vnitate eiusdē.
Sabbato quatuor tēporū. Officium
Charitas dei diffusa est in cordi-
bus vr̄is all'a: p inhabitātem
spm̄ ei⁹ in vobis all'a all'a. Ps.
Dn̄e de⁹ salutis mee: in die clama-
ui et nocte corā te. Kyrie el. solēniter dr abs-
q̄ v. sequit. Gl'ia in excel. sicut istra oct
tū ang. chori. Oēs orōnes sine Dn̄s vo-
biscū. Dn̄e. pter vltimā q̄ est āte epl'as: sed
tamē cū Oremus. z oēs lect. cū suis titulis le
gant in gradibus chori in supplellicus. Pri
ma vero le. ab accolito. z alie a clericis de
sedm forma legātur. tm̄. v. lect. ab aliquo
de supiori gradu legat. Et singula All'a
a duob⁹ pueris in supplellicus ibid cāte-
tur sine repetitiōe. All'a. post sum v. Orō.
Mentibus nostris q̄s dn̄e spm̄ san-
ctū benignus infunde: cuius z sa
pientia cōditi sumus. z prouidētia guber
nantur. Per dominū. in vnitate eiusdē.
Lectio iohelis prophete. ii.
Hec dicit dn̄s de⁹. Effundā de spū
meo sup oēm carnē: z pphetabūt
filii vestri. z filie vr̄e. Senes vr̄i somnia
somniabūt: z iuuenes vestri visiones vi
debūt. Sed et sup seruos meos z ācillas
meas in dieb⁹ illis effundā de spū meo:
z pphetabūt. Et dabo pdigia in celo sur
sum. et signa in terra deorsū: sanguinē et
ignē et vaporē fumi. Sol cōuertet in te-
nebras. et luna in sanguinē: āteq̄ veniat
dies dn̄i magnus et horribilis. Et erit.
Oīs q̄cūq̄ inuocauerit nomē dn̄i: salu⁹
erit. Alla. v. Emitte spm̄ tuū et creabūtur: z
renouabis faciem terre. Nō repetatur All'a
post v. sed dicitur Oremus. Oratio.
Illos nos igne q̄s dn̄e spirit⁹ sctūs
inflāmet quē dn̄s noster iesus xp̄s
misit in terrā et voluit vehemēter accen
di. Qui tecū viuit. in vnitate eiusdem.
Lectio libri leuitici. xxiii.
In diebus illis. Locut⁹ est dn̄s ad
moysen dicēs. Loquere filiis isra-
el: et dices ad eos. Cum ingressi fueritis
terrā quā ego dabo vobis z messueritis
segetē: feretis manipulos spicarum. pri
mitias messis vestre ad sacerdotē. Qui
eleuabit fasciculū corā dn̄o: vt acceptabi
lis sit pro vobis. altero die sabbati. z san
ctificabit illū. Numerabitis ergo ab ipso
die: in quo obtulistis manipulos primi
tiarū septem ebdomadas plenas: vsq̄
ad alterū diē expletionis ebdomade se-
ptime. Et sic offeretis sacrificiū nouum
dn̄o: ex oīb⁹ habitaculis vestris. Panes
primitiarū duos de duabus decimis si-
mile: quos eleuabit sacerdos coram dn̄o
et vocabitis hunc diē celeberrimū atq̄
sanctissimū. Omne opus seruile non fa
cietis in eo: legitimū sempiternū erit. in
cūctis habitaculis. et generatiōibus ve-
stris. Dicit dn̄s: oīpotens. Alleluya. v.
Ueni sancte spūs reple tuorū corda fidelium: et
tui amoris in eis ignem accende. Oratio.
Deus q̄ ob aīarum medelā ieiunii
deuotiōe castigari corpora prece-
pisti. cōcede nobis ppitius. z mēte et cor
pore: semp tibi esse deuotos. Per dn̄m.
Lectio libri deuterono. xxvi.

IN diebus illis Dixit moyses filiis
israel. Audi israel: q̄ ego precipio ti
bi hodie. Cū intraueritis terrā quā dn̄s
deus tuus tibi daturus est possidēdam
et obtinueris eā atq̄ habitaueris in ea:
tolles de cūctis frugibus tuis pꝛimitias
et pones in cartallo. Pergesq̄ ad locum
quē elegerit dn̄s deus tuus: vt ibi inuo-
cetur nomē eius. Accedensq̄ ad sacerdo
tē q̄ fuerit in diebus illis: et dices ad eū.
Profiteoꝛ hodie corā dn̄o deo tuo. qui ex
audiuit nos: et respexit humilitatem no
stram. et laboꝛē atq̄ angustias. ⁊ eduxit
nos de egypto in manu foꝛti. et bꝛachio
extento. In ingenti pauoꝛe. in signis at-
q̄ poꝛtētis: et itroduxit nos ad locū istū.
et tradidit nobis terrā lacte et melle ma
nantē. Et idcirco: nunc offero pꝛimitias
frugū terre: quam dn̄s deus tuus dedit
mihi. Et dimittes eas in conspectu dn̄i
dei tui. et adoꝛato dn̄o deo tuo: epulabe-
ris in oībus bonis. que dn̄s deus tu⁹ de-
derit tibi. Alľa. ℣. Loquebantur variis lin
guis apostoli magnalia dei. Oꝛatio.

PResta q̄sumus oīpotens deus: vt
salutaribus ieiuniis eruditi. ab oī
bus etiam vitiis abstinētes. pꝛopiciatio
nem tuā facilius impetremus. Per do.
Lectio libꝛi leuitici. xxvi.

IN diebus illis. Dixit dn̄s ad moy
sen. Loquere filiis israel: et dices
ad eos. Si in pꝛeceptis meis ābulaueri-
tis. et mādata mea custodieritis ⁊ feceri
tis ea: dabo vobis pluuias tēpoꝛibus su
is: et terra gignet germen suū: et pomis
arboꝛes replebūtur Apprehēdet messiū
tritura vindemiā: et vindemia occupa-
bit sementē. Et comedetis panē vestrū
in saturitate: ⁊ absq̄ pauoꝛe habitabitis
in terra vr̄a. Dabo pacē in finibus vr̄is:
doꝛmietis et nō erit q̄ exterreat. Auferā
malas bestias a vobis: ⁊ gladius nō trāſ
ibit terminos vestros. Persequimini ini-
micos vr̄os: ⁊ coꝛruēt corā vobis. Perse
quētur quinq̄ de vestris centū alienos:
et centū de vobis decē milia. Cadent ini
mici vestri: in conspectu vr̄o gladio. Re-
spiciā vos et crescere faciā. Multiplicabi
mini: et firmabo pactū meū vobiscum.
Comedetis vetustissima veterū: ⁊ vete
ra nouis superuenictibus pꝛoiicietis. Po
nam tabernaculū meū in medio vestri:
et nō abiiciet vos vltra aīa mea. Ambu
labo inter vos: et ero vester deus. vosq̄
eritis mihi popul⁹ meus. Dicit dn̄s om
nipotēs. Alľa. ℣. Factus est repente de celo
sonus aduenientis spūs vehementis. Oꝛatio.

PResta q̄s oīps deus. sic nos ab epu
lis carnalibus abstinere: vt a viti-
is irruentibus: pariter ieiunemus. Per
dn̄m. Lectio danielis pꝛophete. iii.

ANgelus dn̄i descendit cū azaria
et sociis eius in foꝛnacē: et excuſ-
sit flammā ignis de foꝛnace: et fecit me-
diū foꝛnacis quasi ventū roꝛis flantem.
Flāma autē diffusa est sup foꝛnacē. cubi
tis quadꝛaginta nouē: ⁊ incēdit quos rep
perit iuxta foꝛnacē de caldeis ministros
regis. q̄ eā incēdebāt. Illos autē oīno nō
tetigit ignis neq̄ cōtristauit: nec quicq̄
molestie intulit. Tūc hi tres quasi ex v-
no oꝛe laudabant et gloꝛificabant: et be-
nedicebāt deū in foꝛnace dicentes. Hic fi
niatur in aduētu. Benedictus es dn̄e de
us patrū nostroꝝ: et laudabilis et gloꝛio
sus et superexaltatus in secula. Et bn̄di
ctū nomē gloꝛie tue qđ est sanctū: et lau-
dabile et superexaltatum in oībus seculis.
Benedict⁹ es in tēplo sancto gloꝛie tue:
et suplaudabilis. et supergloꝛiosus in se
cula. Benedictus es in thꝛono regni tui
et suplaudabilis. et superexaltatus in secu
la. Benedict⁹ es sup sceptrū regni diui-
nitatis tue: et suplaudabilis ⁊ superexal
tatus in secula. Benedict⁹ es qui intue
ris abyssos: et sedes sup cherubin: et lau
dabilis et superexaltatus in secula. Bene
dictus es qui ābulas sup pēnas ventoꝝ:
et sup vndas maris: et suplaudabilis et
superexaltat⁹ in secula. Hic finiatur in qua
dꝛagesima. Benedictus es in firmamen
to celi: et laudabilis ⁊ gloꝛiosus in secula.
Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o. benedici
te celi dn̄o: bn̄dicite āgeli dn̄i dn̄o. Hym-
nū dicite. et superexaltate eū in secula. Be
nedicite aq̄ que sup celos sunt dn̄o. bn̄di-
cite oēs virtutes dn̄i dn̄o: benedicite sol
et luna dn̄o. Hymnū dicite. et superexalta-
te eū in secula. Benedicite stelle celi dn̄o:
benedicite imber et ros dn̄o: benedicite

oīs spūs dei dño. hymnū dicite: ꝫ super exaltate euz in secula. Benedicite ignis et estus dño. bñdicite noctes et dies dño benedicite tenebꝛe ꝫ lumē dño. hymnū dicite. et superexaltate eū in secula. Benedicite frigus et cauma dño. bñdicite pruina et niues dño: benedicite fulgura et nubes dño. hymnū dicite ꝫ superexaltate eū in secula. Benedicat terra dñm. benedicite mōtes et colles dño: benedicite oīa nascētia terre dño. hymnū dicite. et superexaltate eū in secula. Bñdicite maria et flumina dño: benedicite fōtes dño bñdicite cete et oīa q̄ mouētur in aquis dño. hymnū dicite. et superexaltate eū in secula. Benedicite volucres celi dño. benedicite bestie ꝫ vniuersa pecoꝛa dño: benedicite filii hoīm dño. hymnū dicite. ꝫ superexaltate eū in secula. Benedicat israel dñm. benedicite sacerdotes dñi dño benedicite serui dñi dño. hymnū dicite et superexaltate eū in scl'a. Bñdicite spūs et aīe iustoꝝ dño: benedicite scti ꝫ humiles coꝛde dño. hymnū dicite et superexaltate eū in scl'a. Benedicite anania azaria misael dño. hymnū dicite. et superexaltate eū in secula. In vigilia sctē trinitatis: et in mēse septēbꝛis tota lect' legat. Duo clerici de scda foꝛma in superpellicíis ad gradū choꝛi dicant Alleluya. ℣. Benedictus es dñe deus patrū nostroꝛū: et laudabilis in secula. Nō repetatur All'a. Sequatur Dñs vobiscum. cum Oꝛemus. Oꝛatio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniū. concede ꝑpicius vt adueniente spū sctō. nos famulos tuos nō exurat flāma vicioꝝ. Per d̄. in vnitate eiusdē. Lectio actuū apl'oꝛum. xiii.

In diebus illis. Cōuenit vniuersa ciuitas: audire verbum dei. Uidētes aūt turbas iudei. repleti sunt zelo: et cōtradicebāt his que a paulo dicebātur. blasphemātes. Tunc constanter paulus ꝫ barnabas dixerunt. Uobis opoꝛtebat primū loqui verbum dei: sed qm̄ repulistis illud. ꝫ indignos vos iudicastis eterne vite. ecce conuertimur ad gētes. Sic enim nobis p̄cepit dñs. Posui te in lucem gentibus: vt sis in salutem vsq3 ad extremum terre. Audiētes autem gentes gauise sunt. et glorificabāt verbum dñi: et crediderunt quotquot erant p̄oꝛdinati ad vitam eternam. Disseminabatur autem verbū dñi: per vniuersam regionem. Iudei autē concitauerunt religiosas mulieres et honestas. ꝫ primos ciuitatis: et excitauerunt persecutionez in paulū et barnabam. et eiecerūt eos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere pedū in eos: venerunt iconiū. Discipuli quoq3 replebātur gaudio: et spiritu sancto. Et legatur in pulpito: qua lecta duo clerici de superioꝛi gradu in cappis sericis ibidē dicant. All'a. ℣. Laudate dñm oēs gētes et collaudate eum omnes populi. Repetatur Alleluya. sine neuma. Sequētia. Alma choꝛus. vt supra in feria quinta p̄cedēte. ¶ Secundum Lucam. iiii.

In illo tp̄e. Surgēs iesus de synagoga: introiuit in domū symonis Socrus aūt symonis: tenebat magnis febꝛibus. Et rogauerūt illuz pꝛo ea. Et stans sup illā imperauit febꝛi: et dimisit illā. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cum sol autē occidisset: oēs qui habebāt infirmos variis languoꝛibus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Exibāt autem demonia a multis clamantia et dicentia: q̄a tu es filius dei. Et increpās nō sinebat ea loqui: q̄a sciebant ipsum esse xp̄m. Facta autē die egressus ibat in desertū locū: et turbe requirebāt eū. Et venerūt vsq3 ad ip̄m: et detinebāt illū ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et aliis ciuitatib⁹. opoꝛtet me euāgelizare regnū dei. Credo. Offr. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coꝛā te: intret oꝛatio mea in conspectu tuo dñe all'a. Secreta.

Mitte dñe q̄s spiritū sanctū qui et hec munera p̄sentia tuū nobis efficiat sacramentū: et ad hoc percipienduz nostra coꝛda purificet. Per dñm. in vnitate eiusdē. Cōio. Non vos relinquam oꝛphanos: veniam ad vos iterū alleluya et gaudebit coꝛ vestrū alleluya alleluya. Postcōio.

Prebeāt nobis dñe diuinū tua sancta feruoꝛem: quo eoꝛū pariter et actu delectemur et fructu. Per dominū ¶ In die sancte trinitatis. Officium.



Enedicta sit sancta trinitas: atqz indiuisa vnitas confitebimur ei: qz fecit nobiscũ misam suã. Ps. Benedicam⁹ patrẽ z filiũ cũ sctõ spũ. Nõ dr vltri⁹. Oro.

OMnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriã agnoscere. et in potentia maiestatis adorare vnitatẽ: q̄sum⁹. vt eiusdẽ fidei firmitate ab oib⁹ semp muniamur aduersis. Qui viuis.

Lcõ libri apocalipsis bti ioãnis apli. iiii.

IN diebus illis. Uidi ostiũ aptũ in celo: z vox prima quã audiui. tanq̄ tube loquentis mecũ dicens. Ascende huc: et ostendã tibi que oportet fieri cito post hec. Statim fui in spũ. Et ecce sedes posita erat in celo z supra sedẽ sedẽs. Et q̄ sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspidis z sardini. Et iris erat in circuitu sedis similis: visioni smaragdine. Et in circuitu sedis: sedilia viginti quatuor. Et super thronos viginti quatuor seniores: sedẽtes circũamicti vestimentis albis/ et in capitibus eo᷑ corone auree. Et de throno pcedẽbãt fulgura: et voces et tonitrua. Et septẽ lãpades ardentes ante thronũ: q̄ sunt septem spũs dei. Et in aspectu sedis. tanq̄ mare vitreũ: simile cristalo. Et in medio sedis z in circuitu sedis. quatuor aialia: plena oculis ante et retro. Et animal primum simile leoni. Et scdm aial: simile vitulo. Et tertiũ animal: habens faciẽ quasi hois. Et quartũ aial: simile aq̄le volãti. Et quatuor aialia: singula eo᷑ habebant alas senas. Et in circuitu z intus/ plena sunt oculis: et requiẽ nõ habebãt die ac nocte dicentia. Sanctus/ sanctus/ sctus/ dñs deus oipotẽs: q̄ erat/ z q̄ est/ z q̄ vẽturus est. Et cũ darẽt illa aialia gloriã z honorẽ z benedictionẽ. sedẽti sup thronũ. viuenti in secula seculo᷑: pcedebãt viginti quatuor seniores. ante sedẽtẽ in throno. Et adorabãt viuentẽ: in secula seclo᷑. Gr. Benedict⁹ es dñe q̄ intueris abissos: et sedes sup cherubin. V. Benedicite deũ celi. q: fecit nobiscũ miam suã. Alla. V. Bñdict⁹ es dñe de⁹ patrũ nostro᷑ et laudabilis i scla. Sequẽtia.

BEnedicta sit beata trinitas: deitas eterna: pariter coequalis gloria. Deus genitor: nat⁹ genitus/ cum sacro pneumate pmanẽs sup oẽ qd extat. Quibus est vna semp volũtas: et a se discrepat haud vnq̄ triplicata psona. Nã cõstat deitas vna/ nõ i tres deos diuisa: qd fides fatet a xpo orthodoxe debita. Hec nãqz pellit delicta: patriaz reddit serenã qua dulcẽ iubilãt agmina: symphoniã celica. Alti throni vestigia: imitanẽ stolis candidata. Operiuntqz binas quas captant/ post secli discrimina. Et nos quos illustrat grã dei: supera deim⁹ nra debita. Quatinus caterua celica nobis maneat: post funera socia. Ultimoqz peracto discrimine poscim⁹ alto pfrui mox palatio. Quo pspicua: flagrat lux accensa zstãti flãma: q̄ deus est visio nra et salus eterna. Angelo᷑ q̄ illustrat fortiter pectora. Ut in xpo solo sua: defigant lumina. Hec nãqz est sitis: illa flagrãs qua tũc sitiẽt ale sancto᷑ vel corpora. Cũ fuerint data: ppetua eis z nobis a iudice premia. Secundum Joannem. iii.

IN illo tpe. Erat homo ex phariseis nichodemus noie: princeps iudeo᷑. Hic venit ad iesum nocte: et dixit ei. Rabbi: scimus q: a deo venisti magister. Nemo enl potest hec signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit deus cũ eo. Rñdit iesus: et dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi q̄s natus fuerit denuo. nõ potest videre regnũ dei. Dixit ad eum nichodemus. Quõ potest homo nasci cum sit senex. Nunqd potest in ventrẽ matris sue iterato introire et renasci. Respõdit iesus. Amẽ amẽ dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit ex aqua et spũ sancto. nõ potest itroire in regnũ dei. Qd natũ est ex carne: caro est. Et qd natũ est ex spũ: spiritus est. Nõ mireris. q: dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spũs vbi vult spirat: et vocẽ eius audis. sed nescis vnde veniat. aut quo vadat. Sic est ois q̄ nat⁹ est ex spũ. Rñdit nichodemus: et dixit ei. Quõ possunt hec fieri. Respõdit iesus: et dixit ei. Tu es magister in israel: z hec ignoras. Amẽ amẽ dico tibi: q: qd scimus loquimur. et qd vidimus testamur. z testimo

niũ nostrũ nõ accipitis. Si terrena dixi vobis: & nõ creditis: quõ si dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascendit in celũ: nisi qui descendit de celo: filius hois q est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentẽ in deserto: ita exaltari oportet filium hois. Ut oĩs qui credit in ipso nõ pereat: sed habeat vitã eternam. Credo. Offr. Benedictus sit deus pater: vnigenitusq; dei filius: sanctus quoq; spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

Sanctifica q̃s dñe deus trinitas sãcta: per tui sctĩ nõis inuocationez huius oblationis hostiã: et p eã nosmetipsos tibi pfice munus eternũ. Qui viuis et regnas deus. Per. Prefatio. Qui cũ vnigenito. Cõio. Benedicimus deũ celi et coram omnibus viuentibus confitebimur ei qa fecit nobiscũ misericordiam suã. Postcõio

Proficiat nobis ad salutẽ corporis et aĩe dñe deus noster hui⁹ sacramẽti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis eiusdẽq; indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis et regnas. Per totã ebdomadam fiat memoria de trinitate ad missam de die nisi in festo corporis christi: et dicitur missa de trinitate quãdo de trinitate fit seruitiũ. nisi missa Salus ppli. dicẽda fuerit per ebdomadam

In festo corporis christi. Officium.



Cibauit eos ex adipe frumenti alleluya: et de petra melle saturauit eos. all'a all'a all'a. Ps. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob. Kyrie fõs. Orõ

Deus qui nobis sub sacramẽto mirabili passionis tue memoriã reliquisti: tribue q̃s: ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructũ in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis et regnas cũ deo patre. Ad corinthios. i.xi.

Fratres. Ego eñ accepi a dño. qd et tradidi vobis: qm̃ dñs iesus. in qua nocte tradebat. accepit panẽ et gratias agens fregit et dixit. Accipite & mãducate. hoc est corp⁹ meũ quod p vobis tradet: hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter et calicẽ: postq̃ cenauit dicens. Hic calix nouũ testamẽtum est. in meo sanguine: hoc facite quotienscunq; sumitis in meã cõmemorationez. Quotiẽscũq; eñ mãducabitis panẽ hunc: et calicẽ bibetis: mortẽ dñi annunciabitis donec veniat. Itaq; quicũq; mãducauerit panẽ. vel biberit calicem dñi indigne reus erit corporis et sanguinis dñi. Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat. et de calice bibat. Qui eñ manducat et bibit indigne: iudiciũ sibi manducat et bibit: nõ diiudicãs corpus dñi. Gr. Oculi oĩm in te sperant dñe; et tu das illis escã in tempore oportuno. V. Aperis tu manũ tuam: et imples omne animal benedictionẽ. All'a. V. Caro mea vere est cibus: et sanguis me⁹ vere est pot⁹: q̃ mãducat meã carnẽ & bibit meũ sãguinẽ i me manet & ego in eo. Seq̃ntia

Lauda syon saluatorẽ lauda ducẽ et pastorẽ: in hymnis et canticis. Quantũ potes tantũ gaude: qa maior oĩni laude: nec laudare sufficis. Laudis thema specialis: panis viuus et vitalis: hodie pponitur. Quẽ in sacre mensa cene: turbe fratrũ duodene: datũ non ambigit. Sit laus plena sit sonora: sit iocũda: sit decora mẽtis iubilatio. Dies eñ solẽnis agitur: in qua mense prima recolitur: huius institutio. In hac mẽsa noui regis: nouũ pascha noue legis: phase vet⁹ terminat. Uetustatẽ nouitas: vmbrã fugat veritas: noctez lux illuminat. Qd̃ in cena xp̃s gessit: faciẽdũ hoc expssit: in sui memoriã. Docti sacris institutis: panẽ vinũ in salutis: cõsecramus hostiã. Dogma dat xp̃ianis: q in carnem trãsit panis: & vinũ in sanguinẽ. Qd̃ nõ capis: qd̃ non vides: animosa firmat fides: pter rerũ ordinẽ. Sub diuersis speciebus: signis tãtũ et nõ rebus: latẽt res eximie. Caro cib⁹ sanguis pot⁹: manet tamẽ xp̃s totus: sub vtraq; specie. A sumẽte nõ concisus: nõ cõfractus nõ diuisus: integer accipit. Sumit vn⁹ sumũt mille: quãtũ isti tantũ ille: nec sumptus cõsumit. Sumũt boni: sumũt mali sorte tamẽ inequali: vite vel interit⁹. Mors est malis: vita bonis: vide paris sũptionis: q̃ sit dispar exit⁹. Fracto demũ sacramẽto: ne vacilles sed memẽto: tantũ

esse sub fragmẽto: quantũ toto tegitur. Nulla rei fit scissura: signi tantũ fit fractura: qua nec status nec statura: signati minuitur. Ecce panis angelorum: factus cibus viatorũ: vere panis filiorum: nõ mittendus canibus. In figuris presignatur cũ isaac immolatur: agnus pasce deputatur datur mãna patribus. Bone pastor panis vere: iesu nr̃i miserere: tu nos pasce nos tuere: tu nos bona fac videre: in terra viuentiũ. Tu qui cũcta scis et vales: qui nos pascis hic mortales: tu nos ibi commẽsales: coheredes et sodales: fac sanctorum ciuium. ¶ Secundũ Joannem. vi

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorũ. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meã carnẽ et bibit meũ sanguinẽ: in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuẽs pater: et ego viuo ꝓpter patrẽ. Et qui mãducat me: et ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis qui de celo descẽdit. Non sicut mãducauerunt patres vestri mãna: et mortui sunt. Qui mãducat hunc panem: viuet in eternũ. Offr̃. Sacerdotes domini incensum et panes offerunt deo: et ideo sancti erunt deo suo et non polluent nomen eius alleluya. Secreta.

Ecclesie tue qs dñe vnitatis et pacis ꝓpicius dona cõcede: que sub oblatis muneribus mystice designãtur. Per Prefatio. Quia p incarnati. Hec prefatio dr̃ per octa. quando de octa. fit seruitiũ: et in cõmemoratiõe eius dẽ per totuz annũ. Cõio. Quotienscunq; manducabitis panẽ hũc et calicẽ bibetis mortẽ dñi annũciabitis donec veniat: itaq; quicunq; manducauerit panẽ vel biberit calicem dñi indigne reus erit corporis et sanguinis dñi alleluya. Postcõio.

Hac nos qs dñe diuinitatis tue sẽpiterna fruitiõe repleri: quã preciosi corporis et sanguinis tui. tẽporalis perceptio prefigurat. Qui viuis et regnas cũ deo pr̃e. Per totã ebdõam dr̃ eadẽ missa qñ de oct. fit seruitiũ: sed sine sequẽtia et Credo. vbi fiunt octa. cum regimine chori dicitur sequentia. Ecce panis ãgelorum. quotidie per octa. et in octa. quando de octa. fit missa. ¶ Dominica prima post festum sancte trinitatis. Officium.



Domine in tua misericordia speraui: exultauit cor meũ in salutari tuo: cantabo dño qui bona tribuit mihi. Ps. Usq; quo dñe obliuisceris me in finem: vsq; quo auertis faciem tuam a me. Oratio.

Deus in te sperãtiũ fortitudo: adesto ꝓpicius inuocationibus nr̃is: et quia sine te nihil potest mortalis infirmitas: presta auxiliũ gratie tue: vt in exequendis mandatis tuis: et volũtate tibi et actione placeamus. Per dominum. Memoria de trinitate fiat omnibus dñicis vsq; ad aduẽtum dñi: nisi qñ aliqua dñica oĩno differat. ¶ Notãdũ est quod qñ duplex festũ per estatẽ in dñica cõtigerit nulla de dñica fiet memoria: licet aliqñ p necessitatẽ facta fuerint ad vesperas et ad matutinas sub silẽtio vt alias dictuz est: sed quando fit de aliquo festo. ix. lect. in dñicis: semp fiat memoria de dñica et de trinitate ad missam quãdo ad vesperas et ad matuti. facta fuerit memoria. Lectio epistole btĩ ioannis apostoli. i. iiii

Carissimi Deus caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nobis quoniã filiũ suum vnigenitũ. misit deus in mundũ: vt viuamus per euz. In hoc est caritas. non quasi nos dilexerimus deũ sed qm ipse prior dilexit nos. et misit filium suũ propiciationẽ pro peccatis nr̃is. Carissimi. si deus dilexit nos: et nos debemus alterutrum diligere. Deũ nemo vidit vnq̃. Si diligamus inuicez: deus in nobis manet. et caritas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus qm in eo manemus et ipse in nobis: qm de spũ suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur: qm pater misit filiũ suum: saluatorem mũdi. Quisquis confessus fuerit qm iesus est filius dei: deus in eo manet. et ipse in deo. Et nos cognouimus et credimus caritati: quã habet deus in nobis. Deus caritas est. Et qui manet in caritate: in deo manet: et deus in eo. In hoc pfecta est caritas nobiscũ. vt fiduciã habeamus in die iudicii: quia sicut ille est. et nos sumus in hoc mũdo. Timor non est in caritate: sed pfecta caritas foras mit

tit timorẽ:qm̃ timor penaz habet. Qui
autẽ timet:nõ est perfectus in caritate.
Nos ergo diligamus deũ:qm̃ ipse prior
dilexit nos. Si qs dixerit qm̃ diligo deũ
et fratrẽ suum oderit:mendax est. Qui
enim non diligit fratrem suũ quẽ videt
deũ quẽ nõ videt.quomodo potest dili-
gere. Et hoc mandatũ habemus a deo:
vt qui diligit deũ:diligat et fratrẽ suum
Gr. Ego dixi dñe miserere mei:sana aiam
meã quia peccaui tibi.ẏ. Beatus qui intelligit
sup egenũ et pauperẽ.in die mala liberabit eũ
dñs. Alla.ẏ. Verba mea auribus pcipe dñe
intellige clamorẽ meũ. Nulla dicitur sequẽ-
tia quando de dñica agitur: vsqz ad ad-
uentum dñi. ¶ Secũdum Lucam.xvi.
In illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis:parabolã hanc. Homo qdam
erat diues et induebat purpura et bysso
ꝫ epulabatur quotidie splẽdide. Et erat
quidã mẽdicus noĩe lazar⁹: qui iacebat
ad ianuã eius. vlceribus plenus. cupiẽs
saturari de micis q̃ cadebãt de mensa di
uitis.et nemo illi dabat. Sed ꝫ canes ve
niebãt ꝫ lingebant vlcera eius. Factum
est autẽ vt moreretur mendicus:et por-
taretur ab angelis in sinũ abrahe. Mor-
tuus est autez et diues:et sepultus est in
inferno. Eleuãs autẽ oculos suos. cum
esset in tormẽtis:vidit abraham a lõge
et lazarũ in sinu eius. Et ipse clamãs:di-
xit. Pater abrahaz miserere mei:et mit-
te lazarũ vt intingat extremũ digiti sui
in aquã. vt refrigeret linguã meam. qa
crucior in hac flãma. Et dixit illi abrahã
Fili recordare.qa recepisti bona in vita
tua:et lazarus similiter mala. Nũc autẽ
hic ꝯsolatur:tu vero cruciaris. Et in his
oĩbus inter nos et vos chaos magnum
firmatũ est:vt hi q volunt hinc transire
ad vos nõ possunt:neqz inde huc trans-
meare. Et ait. Rogo ergo te pat:vt mit-
tas eũ in domũ patris mei. Habeo enim
qnqz fratres:vt testet illis:ne et ipsi veni
ant in hunc locũ tormentorũ. Et ait illi
abrahã. Habẽt moysen et prophetas:au
diant illos. At ille dixit. Non pater abra
ham:sed si quis ex mortuis ierit ad eos
penitẽtiam agent. Ait autẽ illi. Si moy
sen et prophetas nõ audiũt:neqz si quis
ex mortuis resurrexerit credent. Offr.
Intende voci orationis mee:rex meus ꝫ deus
meus.quoniam ad te orabo domine. Secreta
Deus qui nos ad imaginẽ tuã con
ditos et sacramentis renouas.et
preceptis supplicũ preces et munera be-
nignus accepta:vt quod fiducia non ha
bet meritorum:placationes obtineant
hostiarum. Per dñz. Cõio. Narrabo om-
nia mirabilia tua:letabor et exultabo in te psal-
lam nomini tuo altissime. Postcõio.
Tantis domine repleti muneribus
presta quesumus:vt et salutaria
dona capiamus.et a tua nũq̃ laude ces-
semus. Per dñm. ¶ Feria quarta. Lctõ
epistole beati petri apostoli. ii.i.
Charissimi. Notam fecimus vobis
dñi nostri iesu xpi virtutẽ et presci
entiã:speculatores facti ipsius magnitu
dinis. Accepit enim a deo patre honorẽ
et gloriã:voce delapsa ad eũ huiusmodi
a magnifica maiestate. Hic est fili⁹ me⁹
dilectus:in quo mihi bene complacui ip
sum audite. Et hanc vocẽ. nos audiui-
mus delapsam de celo:cũ essemus cum
ipso in monte sancto. Et habemus fir-
miorem propheticũ sermonẽ:cui bene-
factis attendẽtes. quẽadmodũ lucerne
lucẽti in obscuro loco. donec dies illuces-
cat:et lucifer oriatur in cordibus vestris
Secundum matheum. v.
In illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Nolite putare.qr veni solue
re legem aut pphetas:non veni soluere:
sed adimplere. Amẽ quippe dico vobis:
donec transeat celũ ꝫ terra. iota vnũ aut
vnus apex nõ preteribit a lege donec oĩa
fiant. Qui ergo soluerit vnum de man-
datis istis minimis:ꝫ docuerit sic hoĩes
minimus vocabitur in regno celorum.
Qui autẽ fecerit et docuerit hic magn⁹
vocabitur in regno celorum.
¶ Dominica secunda. Officium.



Factus est dñs protector
meus:et eduxit me in la
titudine:saluũ me fecit
qm̃ voluit me. Ps. Diligã
te dñe fortitudo mea:dñs fir
mamentum meum et refugi-
um meum:et liberator meus. Oratio.

Sancti nois tui dñe timorez pariter et amorē fac nos habere ppetuuz: qr nūq̄ tua gubernatiōe destituis quos in soliditate tue dilectiōis instituis. p d.

Lectio ep̄le beati ioannis apostoli. i.iii.

Carissimi. Nolite mirare: si odit vos mūdus. Nos scimus qm̄ trāslati sumus de morte ad vitā: qm̄ diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Oīs q̄ odit fratrē suū: homicida est. Et scitis qm̄ oīs homicida: nō habet vitā eternā in se manentē. In hoc cognouimus caritatē dei: qm̄ ille p nobis animā suā posuit. et nos debemus p fratribus aīas ponere. Qui habuerit substantiā huius mūdi: et viderit fratrē suū necessitatē patientē. ꝛ clauserit viscera sua ab eo. quomodo caritas dei manet in eo. Filioli mei: nō diligam⁹ verbo: neq̄ lingua: sed opere ꝛ veritate. Gr. Ad dñm cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. ℣. Dñe libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Alleluya. ℣. Deus iudex iustus fortis et patiens; numquid irascitur per singulos dies. ¶ Secundum Lucam. xiiii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Homo qdā fecit cenā magnā: et vocauit multos. Et misit seruū suū hora cene dicere inuitatis vt venirēt: qa iā parata sunt oīa. Et ceperunt simul oēs excusare. Primus: dixit illi. Villā emi: et necesse habeo exire. et videre illā. Rogo te: habe me excusatū. Et alter dixit. Iuga boū emi quinq̄: et eo pbare illa. Rogo te: habe me excusatū. Et ali⁹ dixit. Vxorē duxi: et ideo nō possū venire. Et reuersus seruus: nūciauit hec dño suo. Tunc iratus paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas: et vicos ciuitatis: ꝛ pauperes ac debiles. cecos ꝛ claudos. introduc huc. Et ait seruus. Dñe: factum est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes. et compelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autez vobis. q nemo virorū illorum qui vocati sunt: gustabit cenam meam. Offr. Dñe conuertere et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiā tuam. Secreta.

Oblato nos dñe tuo nomini dicanda purificet: et de die in diem ad celestis vite transferat actionem. Per dominuz. Cōio. Cantabo dño qui bona tribuit mihi: ꝛ psallam nomini domini altissimi. Postcōio.

Sumptis dñe muneribus sacris. q̄s: vt cum frequentatione mysterii: crescat nostre salutis effectus. Per. ¶ Feria quarta. Ad ephesios. iiii.

Fratres. hoc dico et testificor in domino vt iā nō ābuletis sicut ꝛ gētes ābulant. in vanitate sensus sui. tenebris obscuratū habentes intellectū: alienati a via dei. per ignorātiā q̄ est in illis. ppter cecitatē cordis ipsoꝝ. Qui desperantes semetipsos tradiderūt impudicitie. in operationē immūdicie: oēs in auariciā. Vos autē nō ita didicistis christuz: si tamen illum audistis: et in ipso edocti estis: sicut est veritas in iesu. Deponite vos scđm pristinā conuersationem veterem hoīem: qui corrumpitur scđm desideria erroris. Renouamini autē spiritu mentis vestre: et induite nouū hoīem: q scđm deū creatus est in iustitia. et sanctitate et veritate. In xp̄o iesu: dño nostro. Secundum Matheum. xxi.

In illo tpe. Cū venisset iesus in tēplū: accesserunt ad eū principes sacerdotum et seniores populi dicētes. In qua potestate hec facis. ꝛ quis dedit tibi hanc potestatē. Rñdēs iesus: dixit illis. Interrogabo vos: et ego vnū sermonez quē si dixeritis mihi: et ego vobis dicaz in qua potestate hec facio. Baptismus ioannis vnde erat. de celo an ex hoībus. At illi cogitabāt intra se: dicentes. Si dixerim⁹ de celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidistis illi. Si aūt dixerimus ex hoībus: timemus turbā. Oēs enī habebāt ioannē: sicut pphetā. Et respōdētes iesu: dixerūt. Nescimus. Ait illis et ipse. Neq̄ ego dico vobis: in qua potestate hec facio. ¶ Dominica tertia. Officium.

Respice in me ꝛ miserere mei dñe qm̄ vnic⁹ ꝛ pauper sum ego: vide humilitatē meam et laborem meū: et dimitte oīa peccā mea deus meus. Ps. Ad te dñe leuaui animam meam: deus meus in te

cõfido non erubescam. Oratio

D Eprecationẽ nr̃am q̃s dñe beni-
gne exaudi: et quibus supplicãdi
p̄stas effectũ. tribue defensionis auxiliũ
Per. Lectio ep̄le bti petri ap̄li .i. vltimo.

C Arissimi. Humiliamini sub potẽ
ti manu dei: vt vos exaltet in tem
pore visitationis. Oẽm solicitudinẽ ve-
strã proiiciẽtes in eũ: qm̃ ipse cura est de
vobis. Sobrii estote ⁊ vigilate: q2 aduer
sarius vester diabolus tanq̃ leo rugiẽs
circuit querẽs quẽ deuoret. Cui resistite
fortes in fide: sciẽtes eandẽ passionẽ ei:
q̃ in mundo est vestre fraternitati fieri.
Deus autẽ oĩs gratie q̃ vocauit vos in
eternã suã gloriã in xp̄o iesu modicum
passos ipse p̄ficiet. confirmabit. solida-
bitq3. Ipsi gloria et imperiũ: in secula se
culorũ. Gr. Iacta cogitatũ tuũ in dño: ⁊ ipse
te enutriet. ℣. Dũ clamarẽ ad dñm exaudiuit
vocẽ meã: ab his q̃ appropinquãt mihi. Alla
℣. Diligam te dñe virtus mea: dñs firmamen-
tum meum et refugium meũ et liberator meus.

¶ Secundum lucam. xv.

I N illo tp̄e. Erant appropinquan-
tes ad iesum publicani et pctõres:
vt audirent illũ. Et murmurabant scri-
be et pharisei dicẽtes: q2 hic peccatores
recipit. et manducat cũ illis. Et ait ad il-
los parabolã istã: dicẽs. Quis ex vobis
homo q̃ habet centũ oues. et si p̄diderit
vnã ex illis. nõne dimittit nonagīta no
uẽ ĩ deserto. ⁊ vadit ad illã q̃ perierat. do
nec inueniat illã. Et cũ inuenerit eã: im
ponit in humeros suos gaudens. Et ve
niẽs domũ: cõuocat amicos et vicinos
dicẽs illis. Congratulamini mihi: quia
inueni ouẽ meã q̃ perierat. Dico vobis:
q̃ ita gaudiũ erit in celo: sup vno pecca
tore penitentiã agente q̃ supra nonagin
ta nouẽ iustis. q̃ non indigẽt penitentia
Aut q̃ mulier habens dragmas decẽ. si
p̄diderit dragmã vnã. nõne accendit lu-
cernã. et euertit domũ et querit diligen-
ter donec inueniat eã. Et cũ inuenerit:
conuocat amicas et vicinas dicens. Cõ-
gratulamini mihi: quia inueni dragmã
quam perdideram. Ita dico vobis: gau
diũ erit in celo corã angelis dei. sup vno
peccatore: penitentiam agente. Offert.

S Perent in te omnes qui nouerũt nomẽ tuũ
dñe: quoniã non derelinquis querentes te. psal
lite dño qui habitat in syon: quoniam nõ est ob
litus orationem pauperum. Secreta.

M Unera tibi dñe q̃s oblata sancti-
fica: vt tui nobis vnigeniti corp9
et sanguis fiat ad medelam. Qui tecũ.
Cõio. Ego clamaui qm̃ exaudisti me de9: in
clina aurẽ tuã ⁊ exaudi verba mea. Postcõio.

S Acris dñe muneribus perceptis
quesumus: vt nos eorũ virtute.
et a viciis omnibus expies: et donis gra
tie tue iugiter repleas. Per dñm nostrũ
¶ Feria.iiii. Ad Timotheum. ii.iiii.

C Arissime. Dñs mihi astitit et con
fortauit me: vt per me p̄dicatio
adimpleat. Et audiãt oẽs gẽtes: q̃a libe
ratus sum de ore leonis. Liberauit me
dñs ab oĩ opere malo: ⁊ saluũ fecit in re-
gnũ suũ celeste. Ipsi gloria: in secula se-
culorũ. Amen. Secundũ matheum. v.

I N illo tp̄e. Dixit iesus discipulis
suis. Esto consentiens aduersario
tuo cito dũ es ĩ via cũ eo. ne forte tradat
te aduersarius iudici: et iudex tradat te
ministro. et in carcerem mittaris. Amẽ
dico tibi: nõ exies inde. donec reddas no
uissimũ quadrantem. Audistis: quia di
ctum est antiquis: nõ mechaberis. Ego
autẽ dico vobis: q̃a oĩs qui viderit mu-
lierẽ. ad cõcupiscẽdũ eã: iam mechatus
est eã in corde suo. Quod si oculus tuus
dexter scãdalizat te: erue eũ: et p̄iice abs
te. Expedit eñ tibi vt pereat vnũ mem
brorũ tuorũ: q̃ totũ corpus tuum mitta
tur in gehennã. Et si dextera man9 tua
scãdalizat te: abscide eã: et proiice abs te.
Expedit eñ tibi vt pereat vnũ mẽbrorũ
tuorũ. q̃ totũ corpus tuũ. eat in gehen-
nam. ¶ Dominica quarta. Officium.



D Ominus illuminatio mea
et sal9 mea quẽ timebo:
dñs defensor vite mee a
quo trepidabo: q̃ tribu-
lãt me inimici mei infir
mati sunt et ceciderunt.
ps. Si consistant aduersum me castra: non ti-
mebit cor meum. Oratio.

P Rotector in te sperãtium deus. si
ne quo nihil est validũ: nihil san-

ctum. multiplica super nos misericordi
am tuam: vt te rectore te duce: sic trāsea
mus p bona tēporalia: vt nō amittam⁹
eterna. Per dominū. Ad romanos. viii.

FRatres. Estimo enim q non sint
condigne passiones huius tēpo-
ris: ad futurā gloriaz que reuelabitur in
nobis. Nam expectatio creature: reuela
tionē filioꝝ dei expectat. Uanitati enim
creatura subiecta est nō volens: sed pro-
pter eū qui subiecit in spe. Quia et ipsa
creatura liberabit a seruitute corruptio
nis: in libertatem glorie filiorū dei. Sci-
mus enī q oīs creatura ingemiscit: ꝛ par
turit vsqz adhuc. Nō solum aūt illa: sed
et nos ipsi: primitias spiritus habentes
Et ipsi intra nos gemimus. adoptionez
filiorū dei: expectantes redemptionē cor
poris nostri: in christo iesu. dño nrō. Gr.
Propicius esto dñe peccatis nostris nequādo
dicant gentes vbi est deus eoꝝ. ℣. Adiuua nos
deus salutaris noster: et propter honorem nois
tui dñe libera nos. All'a. ℣. Dñe in virtute
tua letabitur rex: ꝛ super salutare tuū exultabit
vehementer. Secundum Lucam. vi.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Estote misericordes: sicut et
pater vester misericors est. Nolite iudi-
care: et non iudicabimini. Nolite condē
nare: et nō condēnabimini. Dimittite: ꝛ
dimittemini. Date: et dabit vobis. Mē-
surā bonā/et confertā/et coagitatā et su
pereffluentē: dabunt in sinū vestrū. Ea-
dē vero mensura qua mensi fueritis: re-
metiet vobis. Dicebat aūt illis: ꝛ simili-
tudinē. Nūquid potest cecus cecū duce-
re? Nonne ambo in foueā cadunt? Non
est discipulus sup magistrū. Perfectus
autem oīs erit: si sit sicut magister eius.
Quid autē vides festucam in oculo fra-
tris tui: trabem aūt que in oculo tuo est
non cōsideras? Aut quomodo potes di-
cere fratri tuo. frater/sine: eiciā festucaz
de oculo tuo/ipse in oculo tuo trabē non
vides? Ipocrita: eiice primo trabem de
oculo tuo: et tūc perspicies vt educas fe-
stucam: de oculo fratris tui. Offr. Illu
mina oculos meos: ne vnq̄ obdormiam in mor
te: nequando dicat inimicus meus: preualui ad
uersus eum. Secreta.

REspice dñe q̄sumus munera sup-
plicantis ecclesie: et saluti creden-
tiū perpetua sanctificatione sumēda cō
cede. Per do. Cōio. Dominus firmamētū
meum et refugium meum: et liberator meus: de
us meus adiutor meus. Postcōio.

SAncta tua nos dñe sumpta viui-
ficent: ꝛ misericordie sempiterne
preparēt expiatos. Per. ¶ Feria quarta
Lectio epistole beati ioannis apostoli. ii.

CArissimi. In hoc scimus quoniaz
cognouimus deū: si mādata eius
seruemus. Qui dicit se scire eū. et man-
data eius nō seruat: mendax est: ꝛ in hoc
veritas nō est. Nam qui custodit verbū
eius: vere in hoc caritas dei perfecta est.
In hoc scimus: quoniam in ipso sumus
Qui dicit se in eo manere: debet quēad-
modū ille ambulauit: et ipse ambulare.
¶ Secundum Matheum. xvii.

IN illo tpe. Interrogauerunt disci
puli iesuz: dicētes. Quid scribe di-
cūt. q helyā oporteat primū venire. At
ille respōdēs: ait illis. Helyas q̄dē ventu
rus est: et restituet oīa. Dico autē vobis:
q̄a helyas iam venit: et non cognouerūt
eum: sed fecerūt in eo q̄cunqz voluerūt.
Sic et fili⁹ hois passurus est ab eis. Tūc
intellexerūt discipuli: qr de ioanne bapti
sta dixisset eis. Et cū venisset ad turbā:
accessit ad eū homo genibus puolutus
ante eū dicens. Dñe: miserere filio meo:
q̄a lunaticus est. et male patitur. Nā se-
pe cadit in ignē. et crebro in aquā ꝛ obtu
li eū discipulis tuis: et nō potuerūt cura
re eū. Rñdens autē iesus: ait. O genera-
tio incredula ꝛ puersa: quousqz ero vobi
scū vsqzquo patiar vos? Afferte huc illū
ad me. Et increpauit eum iesus: et exiit
ab eo demoniuz. Et curatus est puer: ex
illa hora. ¶ Dñica quinta. Officium.



Xaudi dñe vocē meam
qua clamaui ad te adiu
tor me⁹ esto ne dereliń-
quas me neqz despicias
me deus salutaris me⁹
Ps. Dñs illuminatio mea:
ꝛ salus mea quem timebo. Oratio.

DA nobis q̄s dñe: vt et mundi cur-
sus pacifice nobis tuo ordine diri

rigatur: et ecclesia tua tranquilla deuo-
tione letetur. Per dominum nostrum.
Lectio epistole beati petri apostoli. i. iii.
Carissimi. Oēs vnanimes in ora-
tione estote: cōpatiētes. fraternita
tis amatores. misericordes. modesti. hu
miles. Non reddētes malum pro malo
vel maledictū pro maledicto: sed ecōtra
rio bñdicentes. Quia in hoc vocati estis
vt benedictionē hereditate possideatis.
Qui eñ vult vitā diligere. et cupit vide
re dies bonos: coerceat linguā suā a ma-
lo: et labia eius ne loquātur dolū. Decli-
net autē a malo et faciat bonū: inquirat
pacē: et sequatur eā. Quia oculi dñi sup
iustos: et aures eius in preces eorū. Vul-
tus aūt dñi: sup facientes mala. Et quis
est qui vobis noceat. si boni emulatores
fueritis. Sed et si qd patimini propter
iustitiā: beati eritis. Timorē autē eorum
ne timueritis: vt nō cōturbemini. Dñm
autē xpm sanctificate: in cordibus vrīs.
Gr. Protector noster aspice deus: et respice
sup seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutū: exaudi
preces seruorū tuorū. Alla. ℣. In te dñe spera
ui nō confundar ineternū: in tua iustitia libera
me et eripe me: inclina ad me aurē tuā accelera
vt eripias me. Secundum Lucam. v.
In illo tpe. Cum turbe irruerēt ad
iesum: vt audirēt verbū dei. et ipse
stabat secus stagnum genezareth. Et vi
dit duas naues stantes secus stagnū: pi-
scatores autē descenderant, et lauabant
rhetia. Ascendens autē in vnā nauim q̄
erat symonis: rogauit eū vt a terra redu
ceret pusillū. Et sedēs: docebat de naui-
cula turbas. Vt cessauit autē loqui: dixit
ad symonē. Duc in altū: et laxate rhetia
vestra in capturā. Et respōdens symon
dixit illi. Preceptor p totā noctē laboran
tes nihil cepimus: in verbo autē tuo la-
xabo rhete. Et cū hoc fecissent: concluse
rūt pisciū multitudinē copiosam. Rūpe
batur aūt rhete eorū: et ānuerūt sociis q̄
erāt in alia naui vt venirēt et adiuuarēt
eos. Et venerūt et impleuerūt ābas na-
uiculas. ita vt pene mergerētur. Quod cū
videret symon petrus: procidit ad genua
iesu dicēs. Exi a me: qa homo peccator sum
dñe. Stupor eñ circūdederat eū: et oēs
qui cū illo erāt: in captura pisciū quā ce-
perāt. Similiter aūt iacobū et ioānē fili
os zebedei: qui erāt socii symonis. Et ait
ad symonē iesus. Noli timere: ex hoc iā
hoīes eris capiēs. Et subductis in terrā
nauib⁹: relictis oīb⁹ secuti sūt eū. Offer.
Benedicā dñm qui mihi tribuit intellectū pro
uidebam deum in cōspectu meo semp qm a dex-
tris est mihi ne commouear. Secreta.
Ascendant q̄s dñe preces humili
tatis nostre in cōspectu clemētie
tue: et descendat sup hec oblata virt⁹ tue
diuinitatis quā nostris quoqz purifican
dis mentibus largiaris. Per dñz. Cōio.
Vnā petii a dño hāc requirā vt inhabitē in do
mo dñi oībus diebus vite mee. Postcōio.
Misteria nos dñe q̄s sancta purifi-
cent: et suo munere tueātur. Per
¶ Feria quarta. Ad Timotheum. i. ii.
Carissime. Obsecro primū oīm fi-
eri obsecratiōes. oratiōes. postula
tiones. gratiarū actiones. pro oībus hoī-
bus. Pro regibus. et oībus q̄ in sublimi-
tate sunt cōstituti. vt quietē et trāquillā
vitam agamus: in oī pietate et castitate
Hoc eñ bonū est et acceptū corā saluato
re nostro deo. qui oēs hoīes vult saluos
fieri: et ad agnitionem veritatis venire.
Unus eñ deus. vnus et mediator dei et
hoīm. homo xp̄s iesus. q̄ dedit redēptio-
nē semetipsm p oīb⁹. Cuius testimoniū
tēporibus suis: cōfirmatū est: in quo po-
situs sum ego p̄dicator et apl's. Veritatē
dico non mentior: doctor gentiū: in fide
et veritate. ¶ Secundum Lucam. viii.
In illo tpe. Factū est in vna dierū:
et iesus ascēdit in nauiculā. et disci
puli eius. Et ait ad illos. Trāsfretemus
trans stagnū. Et ascēderunt. Nauigan
tibus aūt illis: obdormiuit. Et descēdit
procella vēti in stagnum: et cōpellebantur
fluctibus et periclitabātur. Accedētes au
tē: suscitauerūt eū dicētes. Preceptor: pe
rimus. At ille surgens: increpauit vētū
et tempestatē aque. et cessauit. Et facta
est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi
est fides vestra? Qui timentes mirati
sunt: ad inuicē dicentes. Quis putas hic
est? Quia et ventis imperat et mari: et
obediunt ei. ¶ Dñica sexta. Officium.



Ominus fortitudo ple-
bis sue: et protector salu
tarium xp̃i sui est: saluũ
fac populũ tuũ dñe ⁊ be
nedic hereditati tue: et
rege eos vsq; in seculũ.
Ps. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas
a me: nequando taceas a me: et assimilabor de-
scendentibus in lacum. Oratio.

Deus qui diligẽtib⁹ te bona inui-
sibilia preparasti. infunde cordi-
bus nr̃is tui amoris affectũ: vt te in om
nib⁹ et sup oĩa diligẽtes: pmissiones tu
as que omne desideriũ superãt cõsequã
tur. Per dñm. ¶ Ad romanos. vi.

Fratres. Quicunq; baptizati su-
mus in xp̃o iesu: in morte ipsius
baptizati sumus. Cõsepulti eñi sumus
cũ illo p baptismũ in mortẽ: vt quõ sur-
rexit xp̃s a mortuis p gloriaz patris. ita
et nos in nouitate vite ãbulem⁹. Si eñi
cõplãtati facti sumus similitudini mor
tis eius: simul ⁊ resurrectiõis erim⁹. Hoc
sciẽtes. q2 vetus homo noster simul cru
cifix⁹ est: vt destruatur corpus pcti. vt vl
tra nõ seruiamus pctõ. Qui eñi mortu⁹
est: iustificatus est a pctõ. Si autẽ mor-
tui sum⁹ cũ christo: credimus q2 simul
etiã viuemus cũ xp̃o. Sciẽtes q2 xp̃s re-
surgẽs ex mortuis iã nõ moritur: mors
illi vltra nõ dñabitur. Qđ eñi mortuus
est pctõ: mortuus est semel. Qđ autẽ vi-
uit: viuit deo. Ita et vos existimate. vos
mortuos quidẽ esse pctõ: viuentes autẽ
deo. In xp̃o iesu: dño nostro. Gr. Con-
uertere dñe aliquantulũ: et deprecare sup seruos
tuos. ℣. Dñe refugium factus es nobis a gen-
ratiõe ⁊ pgenie. Alla. ℣. Eripe me de inimi-
cis meis deus meus: et ab insurgentibus in me
libera me. Secundum Matheum. v.

In illo tp̃e: Dixit iesus discipulis
suis. Amẽ dico vobis: q2 nisi abun
dauerit iustitia vestra. pluſq̃ scribarũ et
phariseorũ: non intrabitis in regnũ celo
rũ. Audistis q2 dictũ est antiquis: nõ oc
cides. Qui autẽ occiderit: reus erit iudi-
cio. Ego autẽ dico vobis: q2 oĩs q̃ irascit
fratri suo: reus erit iudicio. Qui aũt di-
xerit fratri suo racha: reus erit concilio.
Qui autẽ dixerit fatue: reus erit iehẽne
ignis. Si ergo offers mun⁹ tuũ ad alta
re: et ibi recordat⁹ fueris q2 frater tu⁹ ha
bet aliq̃d aduersuz te: relinque ibi mun⁹
tuũ ante altare. et vade prius recõciliari
fratri tuo. Et tũc veniẽs: offeres mun⁹
tuũ. Offer. Perfice gressus meos in semitis
tuis vt nõ moueãtur vestigia mea: inclina aurẽ
tuã ⁊ exaudi verba mea mirifica misericordias
tuas q̃ saluos facis sperãtes in te dñe. Secr.

Propiciare dñe supplicatiõib⁹ no-
stris ⁊ has oblatiões famulor2 tu
orũ benignus assume: vt qđ singuli ob-
tulerũt ad honorẽ tui nois cunctis profi
ciat ad salutẽ. Per. Cõio. Circuibo ⁊ imo
labo in tabernaculo eius hostiã iubilationis cã
tabo et psalmum dicam domino. Postcõio.

Quos celesti dono dñe satiasti. pre
sta quesumus: vt a nostris mun-
demur occultis: et ab hostiuz liberemur
incidiis. Per dñm. ¶ Feria. iiii. Lectio
epistole beati Joannis apostoli. i. ii.

Carissimi. Non scripsi vobis quasi
ignorantibus veritatẽ: sed quasi
sciẽtibus eã: qm̃ omne mẽdaciũ ex veri
tate nõ est. Quis est mẽdax. nisi is q̃ cre-
dit qm̃ iesus nõ est xp̃s? Hic est antixp̃s.
q̃ negat patrẽ et filiũ. Oĩs q̃ negat filiũ:
nec patrẽ habet. Qui aũt confitet filiũ:
⁊ patrẽ habet. Vos qđ audistis ab initio
in vobis pmaneat. Qđ si in vobis per-
manserit. qđ audistis ab initio. et vos in
filio et patre pmanebitis. Et hec est re-
promissio. quã ipse pollicitus est vobis:
vitã eternã. Secundum marcum. x.

In illo tp̃e. Cũ egressus esset iesus
in via: precurrẽs q̃daz genuflexo
ante eũ. interrogabat eũ dicens. Magi-
ster bone: qđ faciã vt vitam eternã perci
piam? Jesus aũt dixit ei. Quid me dicis
bonum? Nemo bonus: nisi solus deus.
Precepta nosti? Ille dixit. Que? Ne ad
ulteres/ne occidas/ne furteris/nõ falsũ
testimoniuz dixeris: ne fraudem feceris
honora patrẽ tuũ et matrẽ. Et ille respõ
dens. ait illi. Magister bone: hec oĩa cu-
stodiui a iuuẽtute mea. Jesus aũt intui
tus eũ dilexit eũ: et dixit ei. Unũ tibi de-
est. Vade. vende q̃cunq; habes et da pau-
perib⁹. ⁊ habebis thesaurũ i celo: et veni
sequere me. ¶ Dñica. viii. post. Offic. um.



[O]Mnes gentes plaudite manib⁹ iubilate deo in voce exultationis. Psalm⁹. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Oratio.

[D]Eus virtutũ cuius est totũ quod est optimũ. insere pectoribus nostris amorẽ tui nois. ꝛ presta in nobis religionis augmẽtum: vt q̃ sunt bona nutrias. ac pietatis studio: que sunt nutrita custodias. Per. ¶ Ad romanos. vi.

[F]Ratres. Humanũ dico: ꝓpter infirmitatem carnis vestre. Sicut enĩ exhibuistis mẽbra vestra seruire immundicie. ꝛ iniquitati ad iniquitatẽ. ita nũc exhibete mẽbra vestra seruire iusticie in sctificationẽ. Cũ enim serui essetis peccati: liberi fuistis iustitie. Quez ergo fructũ habuistis tũc in illis. in q̃bus nũc erubescitis? Naz finis illorum mors est. Nũc vero liberati a pctõ: serui autẽ facti deo. Habetis fructũ vestrũ in sanctificationẽ: finẽ vero vitã eternã. Stipendia enim peccati: mors. Gratia aũt dei: vita eterna. In xp̃o iesu: dño nostro. Gr. Venite filii audite me timorem dñi docebo vos. ỽ. Accedite ad eũ et illuminamini et facies vestre non cõfundentur. Alla. ỽ. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem. ¶ Secundũ Marcum. viii.

[I]N illo tpe. Cuz turba multa esset cũ iesu. nec haberent qđ manducarent. conuocatis discipulis ait illis. Misereor sup turbã: quia ecce iã triduo sustinẽt me: nec habẽt qđ mãducẽt. Et si dimisero eos ieiunos in domũ suã: deficient in via. Quidã enim ex eis de lõge venerũt. Et respõderũt ei discipli sui. Unde istos poterit q̃s hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerũt. Septem. Et precepit turbe: discumbere super terram. Et accipiẽs septẽ panes. gratias agens. fregit. et dabat discipulis suis: vt apponerent. Et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos. et ipsos benedixit. et iussit apponi. Et manducauerunt et saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis: septẽ sportas. Erant autem qui manducauerunt. quasi quatuor milia: et dimisit eos. Offert.

[S]icut in olocaustum arietum et taurorũ et sicut in milibus agnorum pinguiuz sic fiat sacrificium nostrorum in conspectu tuo hodie: vt cõplaceat tibi: quia non est confusio confidẽtibus in te domine. Secreta.

[P]Ropiciare dñe supplicationibus nostris: et has oblationes populi tui benignus assume. et vt nullius sit irritũ votũ. nullius vacua postulatio p̃stes: vt qđ fideliter petimus. efficaciter cõsequamur. Per do. Cõio. Inclina aurem tuam accelera vt eruas nos. Postcõio.

[R]Epleti dñe munerib⁹ tuis. tribue q̃s. vt eorũ mundemur effectu. et muniamur auxilio. Per dñm nostrum ¶ Feria quarta. Ad romanos. viii.

[F]Ratres. Nihil nũc dãnationis est his. qui sunt in xp̃o iesu: q̃ nõ scdz carnẽ ambulant. Lex enim spũs vite in xp̃o iesu: liberauit me a lege pcti et mortis. Naz qđ impossibile erat legi: in quo infirmabatur per carnẽ. deus filiũ suuz mittens in similitudinez carnis peccati. Et de peccato dãnauit peccatum in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis. qui nõ scdm carnẽ ambulamus: sed scdm spiritũ. Qui eñ scdm carnez sunt: que carnis sunt sapiũt. Qui vero scdm spiritũ sunt: que sunt spũs sentiunt. Nã prudẽtia carnis mors est. Prudẽtia autẽ spiritus: vita et pax. In christo iesu: dño nostro. ¶ Secundum Matheum. xii.

[I]N illo tpe. Abiit iesus sabbato per sata: discipuli aũt eius esurientes ceperũt euellere spicas ꝛ mãducare. Pharisei autẽ vidẽtes: dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt: qđ nõ licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit dauid qñ esuriit et q̃ cũ illo erant? Quõ intrauit in domũ dei. et panes ꝓpositiõis comedit quos nõ licebat ei edere: neq; his q̃ cũ eo erant. nisi solis sacerdotibus? Aut nõ legistis in lege: q̃a sabbatis sacerdotes in tẽplo sabbatũ violant: et sine crimine sunt? Dico autẽ vobis: q2 tẽplo maior est hic. Si autẽ sciretis q̃d est miam volo ꝛ nõ sacrificiũ: nũq̃ cõdẽnassetis innocẽtes. ¶ Dñica. viii. Officium.

Uscepimus deus miaz
tuā: in medio tēpli tui:
scḋm nomē tuū de⁹: ita
et laus tua in fines ter-
re iustitia plena ē dexte
ra tua. ps. Magnus dñs
et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mō-
te sancto eius. Oratio.

Deus cuius prouidentia in sui di-
spositione non fallitur. te suppli-
ces exoramus: vt noxia cuncta submo-
ueas. et omnia nobis ꝓfutura concedas
Per. ¶ Ad romanos. viii.

Fratres Debitores sumus nō car
nis: vt scḋm carnē viuamus Si
eniz scḋm carnem vixeritis: moriemini:
Si autē spū facta carnis mortificaueri-
tis: viuetis. Quicūqz enim spū dei agū-
tur: hi sunt filii dei. Non enim accepistis
spiritū seruitutis iterū in timore: sed acce-
pistis spiritū adoptionis filiorū dei. in quo
clamamus abba pater. Ipse enim spūs. te
stimoniū reddit spūi nr̄o: q̄ sumus filii
dei. Si aūt filii: et heredes. heredes q̄dē
dei: coheredes aūt xp̄i. Gr. Esto mihi in
deū ꝓtectorē et in locū refugii vt saluū me faci
as. ℣. Deus in te speraui, dñe nō cōfundar ine-
ternū. All'a. ℣. Attendite popule meus legem
meam. ¶ Secundum Matheum. vii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Attēdite a falsis ꝓphetis qui
veniūt ad vos in vestimētis ouiū: intrin-
secus aūt sunt lupi rapaces. A fructibus
eorū: cognoscetis eos. Nunq̄d colligunt
de spinis vuas. aut de tribulis fic⁹? Sic
oīs arbor bona: fruct⁹ bonos facit. Ma-
la autē arbor: fructus malos facit. Non
potest arbor bona fructus malos facere
neqz arbor mala: fructus bonos facere.
Oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū: excide
tur: et in ignē mittetur. Igit ex fructib⁹
eorū: cognoscetis eos. Nō oīs q̄ dicit mi-
hi dñe dñe. intrabit in regnū celorū: sed
q̄ facit volūtatē pr̄is mei q̄ in celis est ipse
intrabit i regnū celor. Offa. Populū hu
milē saluū facies dñe: et oculos superborū humi-
liabis: q̄m quis deus preter te dñe. Secreta.

Deus qui legaliū differentias ho-
stiarū vnius sacrificii perfectione
sanxisti: accipe sacrificiū a deuotis tibi fa
mulis oblatū et pari benedictione: sicut
munera iusti abel sanctifica. vt q̄d singu
li obtulerūt ad maiestatis tue honorem
cunctis proficiat ad salutē. Per d. Cōio.
Gustate et videte quoniā suauis est dominus
beatus vir qui sperat in eo. Postcōio.

Tua nos dñe medicinalis operatio:
et a nr̄is peruersitatib⁹ clemēter ex
pediat. et ad ea q̄ sunt recta ꝓducat. Per
dñm. ¶ Feria. iiii. Ad romanos. v.

Fratres. Cōmēdat deus suā cari-
tatē in nobis: q̄m cū adhuc pecca
tores essemus. scḋm tēpus xp̄s ꝓ nobis
mortuus est. Multo igitur magis iusti
ficati nūc in sanguine eius: salui erimus
ab ira ꝑ ipsum. Si enim cū inimici essem⁹
recōciliati sumus deo per mortē filii ei⁹:
multo magis recōciliati salui erimus in
vita ipsius. Non solum aūt: sed et gloria
mur in dño. Per iesum christum: domi-
num nostrū. ¶ Secundū Marcum. ix.

In illo tpe. Dixerunt discipuli ad
iesum. Magister: vidimus quen-
dam in noīe tuo eiicientem demonia. et
prohibuimus eū: q2 nō sequitur nos. Je
sus aūt: ait illis. Nolite ꝓhibere illū. Ne
mo est enim q̄ facit virtutē in noīe meo: et
possit cito male loqui de me. Qui enim
nō est aduersum vos: ꝓ vobis est. Quis
quis enim potū dederit vobis calicē aque
frigide in noīe meo. q2 xp̄i estis: amē di-
co vobis nō ꝑdet mercedē suā. Et q̄cūqz
scādalizauerit vnū ex his pusillis crede-
tibus in me: bonū est ei magis. si circū-
daretur mola asinaria in collo eius: et in
mare mitteretur. Et si scādalizauerit te
manus tua: abscide illam. Bonū est tibi
debilē introire in regnū dei: q̄ duas ma
nus habentē ire in gehennā in ignem in-
extinguibilē. Ubi vermis eorū nō mori
tur: et ignis nō extinguitur. Et si pes tu⁹
scandalizat te: amputa illū. Bonū est ti-
bi claudū introire in vitā eternā: q̄ duos
pedes habentē mitti in gehennam ignis
inextinguibilis. Ubi vermis eor nō mo-
ritur: et ignis nō extinguitur. Et si ocl's
tuus scādalizat te: eiice eum. Bonū est ti
bi luscū introire in regnū dei: q̄ duos ocu
los habentē mitti in gehennam ignis.
Ubi vermis eor nō moritur: et ignis nō

extinguitur. ¶ Dominica. ix. Officium

Ecce deus adiuuat me & dñs susceptor est anime mee: auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos protector me⁹ dñe. ℣. Deus in nōie tuo saluū me fac: & in v̄tute tua libera me.

Largire nobis dñe q̄s semp(er) Oro spiritū cogitandi q̄ recta sunt propicius et agēdi: vt qui sine te esse nō possumus. secundum te viuere valeamus. Per dominum. ¶ Ad corinthios. i.x.

Fratres. Non simus concupiscētes malorū: sicut & illi cōcupierūt. Neq3 idolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis: quēadmodū scriptū est. Sedit populus mādūcare et bibere: et surrexerūt ludere. Neq3 fornicemur sicut q̄dam ex ipsis fornicati sunt: et ceciderunt vna die viginti tria milia. Neq3 temptemus christū sicut q̄dā eorū tēptauerūt: et a serpentibus perierūt. Neq3 murmuraueritis sicut q̄dam eorū murmurauerūt: et perierūt ab exterminatore. Hec aūt oīa: in figura cōtingebāt illis. Scripta autē sunt hec ad correptionē nostraz: in quos fines seculorū deuenerūt. Itaq3 q̄ se existimat stare: videat ne cadat. Temptatio vos nō apprehēdat: nisi humana. Fidelis aūt deus est: q̄ nō patietur vos tēptari supra id quod potestis. sed faciet cum tēptatione etiam prouētū: vt possitis sustinere. Gr. Dñe dñs noster q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. ℣. Quoniā eleuata est magnificentia tua super celos. All'a ℣. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob: sumite psalmum iocundum cum cythara.

¶ Secundum Lucam. xvi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: parabolā hanc. Homo q̄dam erat diues q̄ habebat villicū: et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue. Iam enim: nō poteris villicare. Ait aūt villicus intra se. Quid faciā. quia dñs meus aufert a me villicationē? Fodere non valeo: mēdicare erubesco. Scio quid faciam: vt cū amotus fuero a villicatione. recipiant me in domos suas. Cōuocatis itaq3 singulis debitoribus dñi sui: dicebat primo. Quantū debes dño meo? At ille dixit. Cētum cados olei. Dixitq3 illi. Accipe cautionē tuā: et sede cito: et scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quātum debes? Qui ait. Cētum choros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas: et scribe octoginta. Et laudauit dñs villicū iniquitatis q̄a prudenter fecisset: q2 filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sūt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis: recipiāt vos: in eterna tabernacula. Offr. Iustitie dñi recte letificātes corda: et dulciora sup(er) mel et fauum: nā et seruus tuus custodiet ea.

Secreta.

Suscipe munera q̄s dñe. q̄ tibi de tua largitate deferim⁹: vt hec sacrosctā mysteria: gratie tue operāte virtute. et presentis vite nos cōuersatiōe sāctificent. & ad gaudia sempiterna perducant. Per. Cōio. Primū querite regnū dei: et oīa adicientur vobis dicit dñs. Postcōio.

Sit nobis dñe q̄s reparatio mētis et corporis celeste mysteriū: vt cuius exequimus actionē. sentiam⁹ effectū. Per dñm. ¶ Feria. iiii. Ad romanos. vi.

Fratres. Nescitis q̄m cui exhibuistis vos seruos ad obediendū. serui estis eius cui obedistis? Siue pcti ad mortē: siue obeditionis ad iustitiā. Gratias autē deo. q̄d fuistis serui pcti. obedistis autē ex corde in eam formā doctrine in qua traditi estis. Liberati autē a pctō serui facti estis iustitie. In xp̄o iesu: dño nostro. ¶ Secundum Lucam. xvi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Qui fidelis est in minimo: et in maiore fidelis est. Et q̄ in modico iniquus est: et in maiore iniquus est. Si ergo in iniquo māmona fideles nō fuistis q̄d verū est q̄s credet vobis? Et si in alieno fideles nō fuistis. q̄d vestrū est q̄s dabit vobis? Nemo seruus: potest duob⁹ dñis seruire. Aut eñ vnū odiet. et alterū diliget: aut vni adherebit: et alterū contēnet. Nō potestis deo seruire et māmone. Audiebāt enim hec oīa pharisei qui

erant auari: et deridebant illum. Et ait illis. Uos estis q̄ iustificatis vos coram hoībus: deus autem nouit corda vestra. Quia qḋ hoībus altū est: abhominatio est ante deū. ¶ Dñica decima. Officiū.



Um clamarem ad dñm exaudiuit vocē meaz ab his qui appropinquant mihi: et humiliauit eos qui est ante secula et manet ineternū: iacta cogitatum tuū in dño: et ipse te enutriet. Ps. Exaudi de⁹ orationē meā: et ne despexeris deprecationē meā: intēde mihi et exaudi me. Oratio

PAteant aures misericordie tue domine. precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata concedas. fac eos que tibi placita sunt postulare. Per dominum. ¶ Ad corinthios. i. xii.

FRatres. Scitis qm̄ cū gētes essetis: ad simulachra muta put ducebamini eūtes. Ideo notū vobis facio: q̄ nemo in spū dei loquēs. dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs ies⁹ nisi in spū sancto. Diuisiones vero gratiarū sunt: idem autē spūs. Et diuisiōes ministrationū sunt: idē autē dñs. Et diuisiones operationū sunt: idē vero deus q̄ operat̄ oīa in oībus. Unicuiqz autē datur manifestatio spūs: ad vtilitatē. Alii qdem per spm̄ datur sermo sapiētie: alii autē sermo sciētie. scdm̄ eundē spm̄. Alteri fides: in eodē spū. Alii grā sanitatū: in vno spū. Alii operatio virtutū: alii pphetia. alii discretio spirituū. Alii genera linguarū: alii interpretatio sermonū. Hec autē oīa operat̄ vnus atqz idē spūs. diuidens singulis: prout vult. Gr. Custodi me dñe vt pupillam oculi: sub vmbra alarū tuarū protege me. V. De vultu tuo iudicium meū prodeat: oculi tui videant equitatē. Alla. V. Dñe deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te. ¶ Secundum Lucam. xix.

IN illo tpe. Cū appropinquaret iesus hierusalem: vidēs ciuitatē fleuit sup illā dicēs. Quia si cognouisses et tu Et qdē in hac die tua q̄ ad pacē tibi: nūc aūt abscōdita sunt ab oculis tuis. Quia ecce venient dies in te. et circūdabūt te inimici tui vallo. et circūdabūt te et coāgustabūt te vndiqz. et ad terrā psternēt te: et filios tuos q̄ in te sunt Et nō relinquēt in te lapidē super lapidē: eo q̄ nō cognoueris tēp⁹ visitatiōis tue. Et ingressus in templū: cepit eiicere vendentes in illo et ementes. dicens illis. Scriptū est: quia domus mea domus orationis est. Uos autē: fecistis illā speluncam latronū. Et erat docēs: quotidie in tēplo. Offer. Ad te leuaui aīam meā: deus meus in te cōfido non erubescā: neqz irrideant me inimici mei etenim vniuersi q̄ te expectāt nō cōfundētur. Secreta

COncede nobis hec q̄s dñe digne frequētare mysteria: q2 quotiens huius hostie cōmemoratio celebrat̄ op⁹ nr̄e redēptionis exercetur. Per d. Cōio. Acceptabis sacrificiū iustitie oblatiōes et holocausta super altare tuum dñe. Postcōio.

TUi nobis dñe communio sacramenti: et purificationem cōferat et tribuat vnitatem. Per dñm nostrū. ¶ Feria quarta. Ad corinthios. i. xv.

¶Dominica. xxiii. Officium.
Dicit dn̄s ego cogito cogitatiōes pacis et nō afflictiōis: inuocabitis me et ego exaudiā vos ꝛ reducā captiuitatē vestrā: de cūctis locis. ꝑ. Benedixisti dn̄e terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Oro
Deus refugium nostrū et virtus. adesto piis ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis. et presta: vt quod fideliter petimus. efficaciter cōsequamur Per dominum. Ad philippenses. iii.
Fratres. Imitatores mei estote: ꝛ obseruate eos q̄ ita ambulant. sicut habetis formā nostrā. Multi enim ambulant quos sepe dicebā vobis: nūc autem et flens dico inimicos crucis xp̄i. Quorū finis interitus: quorū deus venter est. et gloria in cōfusione eorū qui terrena sapiunt. Nostra aūt cōuersatio in celis est. Unde etiā saluatorem expectamus dn̄m nostrū iesum xp̄m: qui reformabit corpus humilitatis nostre. configuratū corpori claritatis sue secūdum operationē qua possit etiā subiicere sibi oīa. In xp̄o iesu dn̄o nostro. Gr. Liberasti nos dn̄e ex affligētibus nos ꝛ eos qui nos oderūt confudisti. ỽ. In deo laudabimur tota die et noi tuo cōfitebimur in secula. Alla. ỽ. Qui posuit fines tuos pacē ꝛ adipe frumenti satiat te. Secundum matheum. xxii.
In illo tpe. Abeuntes pharisei: consiliū inierunt vt caperent iesuz in sermone. Et mittunt ei discipulos suos: cū herodianis. dicentes. Magister: scimus q2 verax es: et viam dei in veritate doces. et non est tibi cura de aliquo. Nō enī respicis: personā hoīm. Dic ergo nobis: quid tibi videtur: Licet censum dari cesari an non: Cognita aūt iesus nequitia eorū: ait Quid me tēptatis hypocrite: Ostēdite mihi: nūmisma census. At illi obtulerunt ei denariū. Et ait illis iesus. Cui⁹ est imago hec ꝛ superscriptio: Dicūt ei. Cesaris. Tūc ait illis ies⁹. Reddite ergo q̄ sunt cesaris cesari: ꝛ q̄ sūt dei deo. Ofr. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationē meā. Secreta.
Sacris nos dn̄e q̄s seruitiis fac intentos: et vt sine vlla tibi offensionis macula famulemur. quales esse ꝑcipis. ipse nos pfice. Per dominū. Cōio.
Amen dico vobis quicquid orātes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Postcōio.
Sumpsim⁹ dn̄e sacri dona mysterii humiliter deprecātes: vt q̄ in tui cōmemoratiōe nos facere pcepisti. in nr̄e pficiāt infirmitatis auxiliū. Per d.
¶Feria. iiii. Ad romanos. v.

Dñica proxima aduētus dñi

FRatres. Si eniꝫ in vnius delicto mors regnauit per vnum hoīeꝫ: multomagis abũdantiā gratie et donationis et iustitie. accipientes. in vita regnabũt per vnũ hoīem iesum xp̄m. Igitur sicut per vni⁹ delictũ in oēs hoīes in condēnationē: sic et per vnius iustitiā in oēs hoīes in iustificationem vite. Sicut eñ per inobedientiā vnius hoīs pctōres cōstituti sunt multi: ita ꝙ̄ ꝑ vnius obedientiā iusti cōstituuntur multi. Lex enim subintrauit: vt abundaret delictũ. Ubi autē abundauit delictũ. superabũdauit et gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortē. ita et gratia regnet per iustitiam in vitā eternaꝫ. Per iesum christũ: dñm nostrum. Secundum Matheum. xvii.

IN illo tp̄e. Cũ venisset iesus et discipuli eius capharnaum: accesserunt qui didragma accipiebāt ad petrũ et dixerũt ei. Magister vester non soluit didragma? Ait. Etiam. Et cuꝫ intrasset domũ: preuenit eum iesus dicēs. Quid tibi videtur symon? Reges terre a q̄bus accipiũt tributũ vel censum. a filiis suis an ab alienis Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi iesus. Ergo: liberi sunt filii. Ut autē non scandalizemus eos: vade ad mare et mitte hamum. et eum piscē qui primus ascenderit. tolle. et aperto ore eius. inuenies staterem. Illum sumēs: da eis pro me et te. ¶ Dñica. xxiiii. Officium.



DIcit dñs ego cogito cogitatiōes pacis et nō afflictiōis: inuocabitis me et ego exaudiā vos ꝙ̄ reducā captiuitatē vestrā: de cũctis locis. ꝑ. Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Oro

ABsolue quesumus dñe tuorꝫ delicta populorũ: et a peccatorũ nostrorũ nexibus que pro nostra fragilitate contraximus. tua benignitate liberemur. Per dominũ. Ad collocenses. i.

FRatres. Non cessamus ꝑ vobis orantes et postulantes: vt impleamini agnitione volũtatis dei in omni sapientia. et intellectu spirituali. vt ābuletis digne deo. per oīa placētes. In omni opere bono fructificantes: et crescētes in scientia dei. In omni virtute cōfortati: secunduꝫ potentiā claritatis eius. In omni patientia: et lōganimitate cũ gaudio: in christo iesu: dño nostro. Gr. Liberasti nos dñe ex affligētibus nos ꝙ̄ eos qui nos oderũt confudisti. ꝟ. In deo laudabimur tota die: et noī tuo cōfitebimur in secula. Alla. ꝟ. Domine deus meus in te speraui saluũ me fac: ex omnibus persequentibus me et libera me.

¶ Secundum matheum. ix.

IN illo tp̄e Loquēte iesu ad turbas Ecce princeps vnus accessit. ꝙ̄ adorauit euꝫ dicēs. Dñe: filia mea modo defuncta est: sed veni impone manũ tuam super eam et viuet. Et surgens iesus sequebatur eũ: et discipuli ei⁹. Et ecce mulier que sanguinis fluxuꝫ patiebatur duodecim annis: accessit retro et tetigit fimbriā vestimenti eius. Dicebat eniꝫ intra se. Si tetigero tātum vestimentũ eius: salua ero. At iesus conuersus: ꝙ̄ vidēs eā dixit. Confide filia: fides tua te saluā fecit. Et salua facta ē mulier: ex illa hora. Offr.

DE profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationem meam. Secreta.

PUrificet nos dñe q̄s muneris presentis oblatio: ꝙ̄ dignos sacra participatione perficiat. Per dominũ. Cōio

AMen dico vobis quicquid orātes petitis credite quia accipietis: et fiet vobis. Postcōio.

SUmentes domine dona celestia quesumus: vt non nobis peruenire ad iudiciũ patiaris. quod tuis fidelibus ad remedium prouidisti. Per dñm

¶ Feria quarta. Ad corinthios. i. x.

FRatres. Nolo vos socios fieri demoniorꝫ. Non potestis calicē dñi bibere: et calicē demoniorũ. Nō potestis mense dñi participes esse: et mēse demonioruꝫ. An emulamur dñm? Nunquid fortiores illo sumus? Oīa mihi licēt: sed non oīa expediunt. Oīa mihi licent: sed non oīa edificant. Nemo quod suum est querat: sed quod alterius. Omne q̄d in macello venit manducate: nihil interrogātes propter conscientiā. Dñi est terra et plenitudo eius. Si quis vocat vos infideliũ ad cenā et vultis ire: omne q̄d vobis apponitur mānducate: nihil interrogantes propter cōscientiā. Si quis autē

dixerit hoc immolaticiũ est idolis nolite mãducare propter illũ qui indicauit. et propter cõscientiã. Conscientiã autẽ dico: non tuã sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena cõsciẽtia? Si enim ego cũ gratia participo: qd blasphemor pro eo qd gratias ago? Siue ergo manducatis siue bibitis: vel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite.
¶Secundum Matheum. xxi.
In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorũ. Homo quidã habebat duos filios. et accedens ad primum dixit. Fili vade hodie operari in vineã meã. Ille autẽ respõdẽs: ait. Nolo. Postea autem penitẽtia motus: abiit. Accedẽs autẽ ad alterũ: dixit similiter. At ille rñdens: ait. Eo dñe: et nõ iuit. Quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Dicũt ei. Primus. Dixit illis iesus. Amẽ dico vobis: qa publicani et meretrices pcedent vos in regno dei. Uenit eñi ad vos ioãnes in via iustitie: et nõ credidistis ei. Publicani ãt et meretrices crediderũt ei. Uos aũt videtes: nec penitẽtiã habuistis postea. vt crederetis ei. Qui habet aures audiẽdi: audiat. Dñica prima ãte aduẽtũ. Officiũ.
Dicit dñs ego cogito cogitatiões pacis et nõ afflictiõis: inuocabitis me et ego exaudiã vos et reducã captiuitatẽ vestrã: de cũctis locis. ps. Benedixisti dñe terrã tuã: auertisti captiuitatẽ iacob. Gloria.
Excita qs dñe tuorũ fideliũ Oratio voluntates: vt diuini operis fructũ propensius exequentes: pietatis tue remedia maiora percipiant. Per dñm.
¶Lectio hieremie prophete. xxiii.
Ecce dies veniũt dicit dñs: et suscitabo dauid germẽ iustũ. et regnabit rex. et sapiẽs erit. et faciet iudiciũ et iustitiã in terra. In diebus illis saluabitur iuda. et israel habitabit confidenter. Et hoc est nomẽ qd vocabũt eũ: dñs iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt dicit dñs: et non dicent vltra viuit dñs qui eduxit filios israel de terra egypti. sed viuit dñs q eduxit et adduxit semẽ domus israel de terra aquilonis. et de cũctis terris ad quas eiecerã eos illuc. et habitabũt in terra sua. Dicit dñs: oipotẽs. Gr. Liberasti nos dñe ex affligẽtibus nos et eos qui nos oderũt confudisti. V. In deo laudabimur tota die: et nõi tuo cõfitebimur in secula. Alla. V. Timebũt gẽtes nomẽ tuũ dñe: et oẽs reges terre gloriã tuã. Per ebdõam qñ de feria agit. dr istud Alla. V. In exitu israel de egypto domus iacob de pplo barbaro. vl' Alla. V. Cõfitebor tibi domine in toto corde meo: et in conspectu angelorum psallam coram te.
Secundum Joannem. vi.
In illo tpe. Cum subleuasset oculos iesus et vidisset qa multitudo maxima venit ad eũ: dicit ad philippũ. Unde ememus panes vt manducẽt hi? Hoc autẽ dicebat: tẽptans eum. Ipse eñi sciebat: quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis: vt vnusquisqz modicũ qd accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius andreas frater symonis petri. Est puer vnus hic. qui habet quinqz panes ordeaceos. et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dixit ergo iesus Facite hoies discũbere. Erat autẽ fenũ multum in loco. Discubuerũt ergo viri: numero quasi quinqz milia. Accepit ergo iesus panes: et cum gratias egisset distribuit discumbẽtibus. Similiter et ex piscibus: quãtũ volebãt. Ut aũt impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite que superauerũt fragmẽta: ne pereant. Collegerunt ergo: et impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ. ex quinqz panibus ordeaceis et duobus piscibus q superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo hoies cũ vidissent quod fecerat signũ: dicebant. Quia hic est vere ppheta: qui venturus est in mundum. Offr. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Secreta.
Sacrificium tibi dñe celebrãdum placatus intẽde: quod et nos a vitiis nostre conditionis emundet. et tuo nomini reddat acceptos. Per do. Cõio. Amen dico vobis quicquid orãtes petitis credite quia accipietis: et fiet vobis. Postcõio.
Anime nostre qs oñs de' diuino munere satiate hoc pascãtur de-

siderio: vt a tuo spū inflāmati āte cōspe-
ctū venientis xpi filii tui. velut clara lumi
naria fulgeamus. Per eūd. in unit. eiusd
Cū plurimū fuerit tps inter inceptionē hi
storie Deus olm. et aduētū dñi. Officiū.
Dicit dñs. ꝑ tres dñicas cātet vtē nota-
tū est. Cuz vero breue fuerit tps semp ꝑ
xima dñica āte aduētū qñ de dñica agit
cātetur Dicit dñs. cū or. Excita qs dñe.
Epl'a Ecce dies veniūt. Euāgeliū. Cuz
sublevasset. Si vero dñica nō vacauerit
tūc in feriis primo loco per ebdām cāte-
tur. Cetere vero dñice que remāserint in
ferialib' dieb' cātetur. ¶ Feria. iiii. qua
tuor tēporū mēsis septēbris. Officium.



Exultate deo adiutori no
stro: iubilate deo iacob:
sumite psalmū iocūdū
cū cythara canite initiū
mensis tuba: qa ꝓceptū
in israel est: et iudicium
deo iacob. Ps. Testimoniū in ioseph posuit il
lud: cū exiret de terra egypti. Non dicitur vl
terius. Oratio sine Dñs vobiscum. sed
tantum cum Oremus. Oratio.
Misericordie tue remediis qs dñe
fragilitas nr̄a subsistat: vt q̄ sua
conditiōe atteritur. tua clemētia repare
tur. Per dnm. Lectio amos prophete. ix
Hec dicit dñs. Ecce dies veniunt. &
cōprehēdet arator messorē: et cal-
cator vue mittētem semen. Et stillabūt
montes dulcedinē: et omnes colles culti
erunt. Et conuertā captiuitatem popu-
li mei israel: et edificabunt ciuitates de-
sertas: et habitabūt in eis. Et plantabūt
vineas: et bibent vinū earum. Et faciēt
ortos: et comedent fructus eorū. Et plā
tabo eos super humū suā: et nō euellam
eos vltra de terra sua. quam dedi eis Di
cit dñs omnipotens. Grad. Venite filii
audite me timorem dñi docebo vos. ℣. Accedite
ad eū et illuminamini: et facies vestre nō cōfun
dentur. Non repetatur Grad. Hic dicitur
Dominus vobiscum. Oremus. Oratio
Presta qs dñe familie tue supplicā
ti: vt dum a cibis corporalibus se
abstinent: a vitiis quoqꝫ mente ieiunēt.
Per dominum. Hic dicuntur memorie
consuete. ¶ Lectio libri esdre. ii. viii.

In diebus illis. Congregatus est
ois populus. quasi vir vn' ad pla
teā: que est ante portam aquarum. Et di
xerunt esdre scribe: vt afferret librum le-
gis moysi: quā precepit dñs israeli. Attu
lit aūt esdras sacerdos librū corā multi
tudine virorū ac mulierū: cunctisqꝫ qui
poterāt intelligere. in die prima mensis
septimi. Et legit in eo aperte in platea q̄
erat ante portā aquarū a mane vsqꝫ ad
mediā diē: in cōspectu virorū ac mulie-
rum & sapientium. Et aures ois populi
erant erecte ad librū. Stetit autē esdras
scriba super gradū ligneū quem fecerat
ad loquendū: et steterunt iuxta eum. Et
aperuit esdras librū corā omni ppl'o sup
vniuersum quippe populum eminebat
Et cum aperuisset eū: stetit ois popul':
& benedixit esdras dño deo voce magna
Et respondit omnis populus: amē. Ele
uantes autē oēs populi manus suas: in-
curuati sunt et adorauerūt deū proni in
terrā. Porro leuite silētium faciebant in
populo: ad audiendū legē. Populus au-
tē stabat in gradu suo. Et legerūt i libro
legis dei. distincte et aperte ad intelligē-
dū: & intellexerūt cū legeretur. Dixit aūt
neemias sacerdos et esdras scriba & leui
te interpretantes vniuerso populo Dies
sanctificatus est dño deo nostro: nolite
lugere et nolite flere. Flebat enim ois po
pulus cum audiret verba legis Et dixit
eis. Ite et comedite pinguia et bibite mul
sum: et mittite partes eis q̄ non prepara
uerunt sibi. qa sanctus dies dñi est. et no
lite cōtristari. Gaudiū etenī dñi est: for-
titudo vestra. Gr. Quis sicut dñs de' no
ster qui in altis habitat: et humilia respicit in ce
lo et in terra. ℣. Suscitans a terra inopem: et
de stercore erigens pauperē. Repetatur Gr.
¶ Secundum Marcum. ix.
In illo tpe. Respōdēs vnus de tur
ba: dixit ad iesum. Magister: attu
li filiū meū ad te: habentē spiritū mutū:
qui vbicūqꝫ eū apprehenderit allidit eū
et spumat. et stridet dentibus: et arescit.
Et dixi discipulis tuis: vt eiicerent illū:
et non potuerunt. Qui respondens eis:
dixit. O generatio incredula q̄diu apud
vos ero: q̄diu vos patiar. Afferte illum

ad me. Et attulerũt eũ. Et cum vidisset
eũ: statim spũs cõturbauit eũ. Et elisus
in terrã: volutabatur spumãs. Et inter
rogauit iesus patrem eius. Quantũ tẽ
poris est ex quo hoc ei accidit? At ille ait.
Ab infantia. Et freq̃ter eũ in ignez et
in aquã misit: vt eũ pderet. Sed si quid
potes adiuua nos: miserꝰ nostri. Jesus
autẽ: ait illi. Si potes credere: oĩa possi
bilia sunt credẽti. Et cõtinuo exclamãs
pater pueri: cum lachrymis aiebat. Cre
do dñe: adiuua incredulitatẽ meam Et
cũ videret iesus concurrentẽ turbam: cõ
minatus est spũi immundo dicens illi.
Surde et mute spũs. ego tibi pcipio exi
ab eo: et ãplius ne introeas in eũ. Et cla
mans: et multũ discerpẽs eũ. exiit ab eo
Et factus est sicut mortuus: ita vt mul
ti dicerent: q2 mortuus est. Jesus aũt te
nens manũ eius eleuauit eũ: et surrexit
Et cũ introisset in domũ: discipuli eius
secreto interrogabãt eũ. Quare nos nõ
potuimus eiicere eũ? Et dixit illis. Hoc
genus in nullo potest exire: nisi in orati
one et ieiunio. Offer. Meditabor in manda
tis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas
ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Deus q̃ de his terre fructibus tua
sacramenta constare voluisti. pre
sta q̃s: vt per hec opem nobis et presen
tis vite conferas et eterne. Per dominũ
Cõio. Comedite pinguia et bibite mulsũ et
mittite partes eis qui non preparauerunt sibi:
sanctus enim dies dñi est nolite cõtristari: gaudi
um enim dñi est fortitudo vestra. Postcõio.

Sumentes dñe dona celestia sup
pliciter deprecamur: vt q̃ sedula
seruitute donãte te gerimus. dignis sẽsi
bus tuo munere capiamus. Per dñm.

Feria. vi. quatuor tpm. Officium



Letetur cor querentium
dñm: querite dñm et cõ
firmamini: querite faci
em eius semper. ps. Con
fitemini dño et inuocate no
men eius: annunciate inter
gentes opera eius. Oratio.

Presta quesumus omnipotens de
us: vt obseruationes sacras an
nua deuotione recolentes. et corpore ti
bi placeamus et mente. Per dominum.

Lectio osee prophete. xiiii

Hec dicit dñs. Cõuertere israel ad
dñm deũ tuũ: q2 corruisti in iniq̃
tate tua. Tollite vobiscũ verba. et cõuer
timini ad dñm: et dicite ei. Omnẽ aufer
iniq̃tatẽ et accipe bonũ: et red demus vi
tulos labior nostror. Assur non salua
bit nos. Sup equũ non ascendemꝰ: nec
dicemus vltra dii nostri opera manuũ
nostrarũ. q2 eius q̃ in te est misereberis
populi. Sanabo contritiões eor: diligã
eos spõtanee. q2 auersus est furor meus
ab eis. Ero quasi ros: et israel germina
bit quasi liliũ. Et erũpet radix eius: vt li
bani ibũt rami eius. Et erit quasi oliua
gloria eius: et odor eius vt libani. Cõuer
tent sedẽtes in vmbra eius: viuent triti
co. et germinabũt quasi vinea. Memo
riale eius: sicut vinũ libani. Ego exaudi
am et dirigã eũ: ego vt abietẽ virentem
ex me fructus tuus inuentus est. Quis
sapiẽs et intelliget ista. intelligẽs et sciet
hec? Quia recte vie dñi: et iusti ambula
bũt in eis. Gr. Conuertere dñe aliquantu
lum et deprecare sup seruos tuos. V. Dñe refu
gium factus es nobis a generatione et pgenie.
Repetatur gr. Secundum lucam. vii

In illo tpe. Rogabat iesum q̃dam
phariseus: vt manducaret cũ illo.
Et ingressus domũ pharisei: discubuit
Et ecce mulier q̃ erat in ciuitate pecca
trix: vt cognouit q2 iesus accubuit in do
mo pharisei. attulit alabastrũ vnguenti
Et stans retro secus pedes dñi. lachry
mis cepit rigare pedes eius et capillis ca
pitis sui tergebat: et osculabat pedes eiꝰ
et vnguẽto vngebat. Videns aũt phari
seus q̃ vocauerat eũ: ait intra se dicens.
Hic si esset ppheta: sciret vtiq3 q̃ et qua
lis est mulier q̃ tangit eum q2 peccatrix
est. Et rñdens iesus: dixit ad illum. Sy
mon: habeo tibi aliq̃d dicere. At ille ait.
Magister dic. Et rñdit ei iesus. Duo de
bitores erant cuidã feneratori: vnus de
bebat denarios quingentos. et alius q̃n
quaginta. Nõ habẽtibus illis vnde red
deret: donauit vtrisq3. Quis ergo eum
plus diligit? Rñdens aũt symon: dixit.
Estimo: q2 is cui plꝰ donauit. At ille di

xit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad
mulierē: dixit symoni. Uides hanc mu-
lierē? Intraui in domū tuā: aquā pedi-
bus meis non dedisti. hec autem lachry
mis rigauit pedes meos: et capillis suis
tersit. Osculū mihi non dedisti: hec autē
ex quo intraui non cessauit osculari pe-
des meos. Oleo caput meū non vnxisti
hec autē vnguento vnxit pedes meos.
Propter qḋ dico tibi: remittuntur ei pec
cata multa: quoniā dilexit multū. Cui
aūt minꝰ dimittitur: minus diligit. Di-
xit autē ad illā dn̄s. Remittūtur tibi pec
cata tua. Et ceperunt qui simul discum
bebant: dicere intra se. Quis est hic qui
etiā peccata dimittit? Dixit autē ad mu
lierem. Fides tua te saluā fecit: vade in
pace. Offer. Benedic anima mea dn̄o ꝛ noli
obliuisci omnes retributiones eius: ꝛ renouabi
tur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Accepta tibi sint dn̄e quesumus
nostri dona ieiunii: que et expiā-
do nos tua gratia dignos efficiant. et ad
sempiterna promissa perducāt. Per do.
Cōio. Aufer a me opprobriū et contemptum
quia mādata tua exquisiui dn̄e: nam et testimo
nia tua meditatio mea est. Postcōio.

Quesumus oīps deꝰ: vt de perceptis
muneribus gratias exhibentes.
beneficia potiora sumamus. Per dn̄m.
¶ Sabbato quatuor tēporum. Officiū



Venite adoremus deum
et procidamus ante do-
minū: ploremus āte eū.
qui fecit nos quia ipse est
dn̄s deus noster. Ps. Ue-
nite exultemꝰ dn̄o: iubilemꝰ
deo salutari nostro. Oēs oratiōes preter vl
timā dicūtur sine Dn̄s vobiscū. sed tan-
tum cum Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui per cōti-
nentiā salutarē et corporibus me-
deris et mentibus maiestatē tuā suppli
citer exoramus: vt pia ieiunantiū depre
catione placatus. et presentia nobis sub
sidia prebeas et futura. Per. Oēs lec. cū
suis titulis legantur. Discurrāt lec. ꝛ gr
hincinde vlq; in quatuor temporibus ad
uentus domini.
¶ Lectio libri leuitici. xxiii.

In diebus illis. Locutꝰ est dn̄s ad
moysen dicēs. Decimo die mēsis
huius septimi: dies expiationū erit cele
berrimus: et vocabitur sctūs. Affligetis
q; aīas vestras in eo: et offeretis olocau-
stum dn̄o. Omne opus seruile nō facie-
tis in tēpore diei huius: qa dies ppiciati
onis est. vt ppicietur vobis dn̄s deus ve
ster. Oīs aīa q̄ afflicta nō fuerit die hoc:
peribit de populis suis. Et q̄ operis. qp-
piā fecerit: delebo eā de populo suo. Ni-
hil ergo operis facietis in eo. Legitimū
sempiternū erit vobis in cūctis genera-
tionibus et habitatiōibus vestris. Sab
batū requietiōis est: affligetisq; aīas ve-
stras. Die nono mēsis a vespere vsq; ad
vesperū: celebrabitis sabbata vestra. Di
cit dn̄s: oīpotēs. Gr. Propicius esto dn̄e
peccatis nostris: ne quando dicant gētes vbi est
deus eorū. V. Adiuua nos deꝰ salutaris noster
et propter honorem nominis tui dn̄e libera nos
Non repetatur graduale Oratio.

Da nobis q̄s oīps deus: vt ieiunan
do tua gratia satiemur. et absti-
nēdo cūctis efficiamur hostibus fortio-
res. Per dn̄m. Lectio libri leuitici. xxiii.

In diebus illis. Locutꝰ est dn̄s ad
moysen dicēs Quintodecimo die
mēsis septimi. qn̄ congregaueritis oēs
fructus terre vestre: celebrabitis ferias
dn̄i septē diebꝰ. Die primo et die octauo
erit sabbatū: id est requies. Sumetisq;
vobis die primo fructꝰ arboris pulcher
rime: spatulasq; palmarum. et ramos li
gni dēsarū frōdiū. et salices de torrēte. et
letabimini corā dn̄o deo vr̄o. celebrabi-
tisq; solēnitatē eius septē diebus per annū
Legitimū sempiternū erit vobis: in ge-
neratiōibus vestris. Mense septimo fe-
sta celebrabitis: ꝛ habitabitis in vmbra
culis septē diebus. Oīs q̄ de genere isra
el est. manebit in tabernaculis. vt discāt
posteri vestri q; in tabernaculis habita-
re fecerim filios israel: cū educerē eos de
terra egypti. Ego dn̄s: deus vester. Gr.
Protector noster aspice deus: et respice super
seruos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi
preces seruorum tuorum. Oratio.

Da q̄s dn̄e fidelibus tuis benefici-
is gratulari suppliciter implora-

tis: ⁊ qui ieiuniis te venerãtur exhibitis honoꝛũ tuoꝛũ copiis impleãtur. Per do.
Lectio michee prophete. vii.
Domine deus noster pasce ppl'm tuũ in virga tua: gregẽ hereditatis tue habitantem in terra in salutẽ. iuxta dies antiquos. Uidebunt gentes et cõfundẽtur: super omni foꝛtitudine sua. Quoniã q̃s deus similis tui. qui aufers iniquitatẽ. et transfers peccatũ reliquiarum hereditatis tue. Non immittet vltra furoꝛẽ suũ. qm̃ volens misericoꝛdia ẽ est: et reuertetur et miserebitur nostri. Deponet omnes iniquitates nostras: et proiiciet in pꝛofundum maris: omnia peccata nostra. Dabit veritatem iacob: misericoꝛdiam abꝛaham: que iurasti patribus nostris a diebus antiquis: dñe deus noster. Gr. Dirigatur oꝛatio mea sicut incensum in conspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespꝛtinũ. Oꝛem⁹. Oꝛo
Presta quesumus dñe sic nos ab epulis abstinere carnalibus: vt a vitiis irruẽtibus pariter ieiunem⁹. Per dñm. Lectio zacharie pꝛophete. viii.
In diebus illis. Factum est verbũ dñi ad me dicens. Hec dicit dñs de us exercituum. Sicut cogitaui vt affligerem vos: cũ ad iracundiam pꝛouocassent me patres vestri. et non sum misertus. Sic conuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciam hierusalez et domui iuda. Nolite timere. Hec sunt enim verba: que facietis. Loquimini veritatem. vnusquisqz cum pꝛoximo suo: veritatez et iudicium pacis iudicate in poꝛtis vestris. et vnusquisqz malum contra amicum suum ne cogitetis in coꝛdibus vestris: et iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hec sunt. que odi: dicit dñs. Et factum est verbum dñi exercituum ad me dicens. Hec dicit dñs exercituum. Ieiunium quarti. ieiuniũ quinti. et ieiunium septimi. et ieiuniũ decimi erit domui iude in gaudiũ et letitiam. et in solẽnitates pꝛeclaras. Ueritatem tantum et pacẽ diligite: dicit dñs exercituũ. Gr. Saluum fac populum tuum dñe: et benedic hereditati tue. ℣. Ad te dñe clamaui deus meus ne sileas a me: et ero similis descendentibus in lacum. Oꝛemus. Oꝛatio.
Ut nos dñe tribuis solenne tibi deferre ieiuniũ: sic nobis q̃s indulgẽtie pꝛesta subsidium. Per dñm. Lectio. v
Angelus dñi. tota legatur sicut in sabbato quatuoꝛ tẽpoꝛum ebdomade pẽthe. Duo clerici de secũda foꝛma in suppelliciis ad gradum choꝛi dicant Tractum.
Omnipotentẽ semper adoꝛant. Et benedicunt omne per euum. Choꝛus idez repetat. Clerici. ℣. Astra poloꝛum cuncta hominum gens solqꝫ soꝛoꝛqꝫ lumina celi. Choꝛus. Omnipotẽtem. Clerici. ℣. Sic quoqꝫ limphe queqꝫ superne ros pluuieqꝫ spiritus ois. Choꝛus. Et benedicunt. Clerici. ℣. Ignis et estus cauma geluqꝫ frig⁹ ⁊ argos atqꝫ pꝛuina. Choꝛus. Omnipotẽtem. Clerici. ℣. Nix glacieſqꝫ noxqꝫ dieſqꝫ lux tenebꝛeqꝫ fulgura nubes. Choꝛus. Et benedicunt. Clerici. ℣. Arida montes germina colles flumina fontes pontus et vnde Choꝛus. Omnipotentem. Clerici. ℣. Omnia viua que vehit equoꝛ q̃ vegetat ver terraqꝫ nutrit. Choꝛus. Et benedicunt. Clerici. ℣. Cuncta hominũ gens israel ipse chꝛisti coleqꝫ seruuli quiqꝫ. Choꝛus. Omnipotentẽ. Clerici. ℣. Sancti humileſqꝫ coꝛde benigno treſqꝫ pusilli exuperantes. Choꝛus. Et benedicunt. Clerici. ℣. Rite camini ignei flammas iussa tyꝛanni temnere pꝛompti. Choꝛus. Omnipotentem. Clerici. ℣. Sit genitoꝛi laus genitoqꝫ lausqꝫ beata flamini sacro. Choꝛus. Et benedicũt Clerici reincipiant Tr. Omnipotentem. ⁊ percantetur a choꝛo. Sequatur Dominus vobiscum. et Oꝛemus. Oꝛatio.
Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniũ: concede pꝛopicius: vt nos famulos tuis non exurat flãma vitioꝛum. Per dominum. Hic dicuntur memoꝛie consuete. Ad hebꝛeos. ix.
Fratres Tabernaculũ factum est pꝛimum: in quo erant cãdelabꝛa et mensa et pꝛopositio panum quod dicitur sancta. Post velamentũ autẽ secũdum tabernaculuz. quod dicitur sancta sanctoꝛũ. habens aureum thuribulũ. et archam testamenti circũtectam ex omni parte auro. In qua vꝛna aurea habẽs manna: et virga aaron que frondueratet tabule testamenti. Super que erant cherubin gloꝛie. obumbꝛantia pꝛopicia

torum: de quibus non est modo dicēdū
per singula. His vero ita compositis: in
priori quidē tabernaculo semper introi-
bant sacerdotes sacrificiorum officia cō-
summantes. In secūdo autem semel in
anno solus pontifex. non sine sanguine.
quem offerret pro sua & populi ignoran
tia. Hoc significante spiritu sancto: non-
dum propalatam esse sanctorū viaz. ad
huc priori tabernaculo habente statum
Que parabola est tēporis instātis iuxta
quam munera et hodie offeruntur: que
non possunt iuxta conscientiā perfectuz
facere servientē. Solūmodo in cibis et
in potibus et variis baptismatib9 et iu-
sticiis carnis: usqz ad tempus correctio-
nis impositis. Christus autē assistēs pō
tifex futurorū bonorum: peramplius &
perfectius tabernaculum non manufa-
ctum. id est non huius creationis. neqz
per sanguinē hyrcorū aut vitulorūz. sed
per proprium sanguinē introiuit semel
in sancta: eterna redemptione inuenta.
Duo clerici de secunda forma in cappis
suis nigris ad grad9 chori simul dicāt tr.
Laudate dn̄m oēs gentes: et collaudate
eum oēs populi. ℣. Qm̄ confirmata est
super nos mia eius: et veritas dn̄i manet inete
num. ¶ Secundum Lucam. xiii.
In illo tpe. Dicebat iesus turbis: si
militudinem hanc. Arborem fici
habebat quidā plantatam in vinea sua:
et venit querens fructum in illa: et non
inuenit. Dixit autem ad cultorem vinee
Ecce ān̄i tres sunt. ex quo venio querēs
fructum in ficulnea hac: et non inuenio.
Succide ergo illā. Ut quid etiam terrā
occupat? At ille respondens: ait illi. Dn̄e
dimitte illam et hoc anno: usqz dum fo-
diam circa illam et mittam stercora. Et
siquidem fecerit fructū. Sin autē: in fu-
turū succides eam. Erat autem docens
in synagoga eorū sabbatis. Et ecce mu-
lier que habebat spiritum infirmitatis
annis decez et octo: et erat inclinata. nec
poterat omnino sursum respicere. Quā
cū videret iesus: vocauit eam ad se: & ait
illi. Mulier: dimissa es. ab infirmitate
tua. Et imposuit illi manus: et cōfestim
erecta est. et glorificabat deum. Respon
dens autem archisynagogus indignās
quia sabbato curasset iesus: dicebat tur-
be. Sex dies sunt: in quib9 oportet ope-
rari. In his ergo venite et curamini: et
non in die sabbati. Respondit autem ad
illuz dn̄s: et dixit. Hypocrite: unusquisqz
vestrum sabbato non soluit bouem aut
asinum a presepio: et ducit ad aquare.
Hanc autem filiā abrahe quaz alligauit
sathanas: ecce decem et octo annis: non
oportuit solui a vinculo isto die sabbati.
Et cum hec diceret erubescebant oēs ad
uersarii eius. Et omnis populus gaude
bat in vniuersis: que gloriose fiebant ab
eo. Offr. Domine de9 salutis mee in die cla
maui et nocte corā te: intret oratio mea in cō-
spectu tuo domine. Secreta.
Quesumus dn̄e nr̄is placare mu-
neribus et ieiuniis: qm̄ tu eadem
tribuis vt placeris. Per. Coio. Mense se-
ptimo festa celebrabitis cū in tabernaculis habi
tare fecerim filios israel: cū eduxerim eos de ter
ra egypti ego dn̄s deus vester. Postcōio.
Perficiant in nobis domine quesu
mus tua sacramenta quod conti
nent: vt que nunc specie gerimus: rerū
veritate capiamus. Per dn̄m nostrum.
¶ In dedicatione ecclesie. Officium.



Terribilis est loc9 iste: hic
domus dei est & porta ce
li. et vocabitur aula dei.
In tēpore paschali. alle-
luya. ps. Dn̄s regnauit de-
corē indutus est indutus est
dn̄s fortitudinem et precinxit se. Oratio.
Deus q̄ nobis per singulos annos
huius sancti templi tui consecra-
tionis reparas diem. et sacris semp my-
steriis representas incolumes. exaudi p-
ces populi tui et presta: vt quisquis hoc
tēplū beneficia petitur9 ingreditur. cun
cta se impetrasse letetur. Per d. Lectio li
bri apocalipsis beati ioānis apostoli. xxi.
In diebus illis. Ego ioannes vidi
ciuitatem sanctam hierusalē no-
uam descendētem de celo a deo paratā:
sicut sponsam ornatam viro suo. Et au
diui vocem magnā: de throno dicētem.
Ecce tabernaculum dei cū hominibus:
et habitabit cū eis. Et ipsi populus eius

erunt:et ipse deus cum eis. et erit eorum
deus. Et absterget deus omnem lachry
mam ab oculis eorum: et mors vltra nõ
erit. neqz luctus/neqz clamor/neqz dolor
erit vltra. que prima abierunt. Et dixit
qui sedebat in throno. Ecce noua: facio
omnia. Gr. Locus iste a deo factus est ine-
stimabile sacramentũ irreprehensibilis est. ℣.
Deus cui astat angelorũ chorus exaudi preces
seruorum tuorum. Alleluya. ℣. Adorabo ad
templum sanctũ tuum: et confitebor nomini tuo
Hec duo Alla sequentia dicuntur alter-
nis vicibus per octa. nisi in dñica. et in
octa. die. Alla. ℣. O q̃ metuendus et vene
randus est locus iste: vere non est hic aliud nisi
domus dei et porta celi. Alla. ℣. Fundata est
domus dñi super verticẽ montiũ: et exaltata est
sup oẽs colles. Licet in quadragesima hoc
festum euenerit: dicitur ista sequentia.

Hierusalẽ et syon filie: cetus oĩs fi
dei curie: melos pangat iugis leti
cie alleluya. Christus enĩ desponsat ho
die: matrem nostrã norma iustitie: quaz
de lacu traxit miserie: ecclesie. In spiri-
tus sancti clementia: sponsa sponsi letat
gratia: a reginis laudis cum gloria: felix
victa. Dos vt datur crescit letitia: q̃ dos
quanta triplex potentia: tangens celum
terras et stigia: iustitia. Mira loquor sed
sana credere: federatam tam largo mu-
nere: de proprio produxit latere: de⁹ ho-
mo. Et ornaretur vt sic ecclesia: figura-
uit in pari gloria: ade costis formata fe-
mina: hostis eua. Eua fuit nouerca po-
steris: hec est mater electi generis: vite
portus asilũ miseris: et tutela. Pulchra
potens partu mirabilis: vt luna sol ful-
get spectabilis: pl⁹ acie multo terribilis:
ordinata. Multiplex est singularis vna:
generalis et indiuidua: omnis cui sexus
simul vna: parit turmas. Hec signata
iordanis fluctibus: hec que venit e terre
finibus: scientiam audire cominus: salo
monis. Sit tipicis descripta sensibus:
nuptiarum induta vestibus: celi prestet
hodie ciuibus: christo iuncta. O solẽnis
festũ letitie: quo vnitur christus ecclesie:
in qua nostre salutis nuptie: celebrãtur.
Cetus felix dulce conuiuium: lapsis ibi
datur solatiũ: desperatis offertur spaciũ
respirandi. Iustis inde soluuntur pre-
mia: angelorũ nouantur gaudia: leta ni
mis qd facit gratia: caritatis. Ab eter-
no fons sapientie: intuitus solius gratie
sic prouidit in rerũ serie: hec futura. Chri
stus ergo nos suis nuptiis: recreatos ve
ris diuitiis: interesse faciat sociis: electo-
rum. Infra. lxx. vsqz ad caput ieiunii in
octa. tantũ huius festi dicitur. Tractus.

Quam dilecta tabernacula tua dñe vir-
tutũ concupiscit et deficit aĩa mea in a-
tria dñi. ℣. Cor meũ et caro mea exultauerũt in
deũ viuũ. ℣. Etenim passer inuenit sibi domũ: et
turtur nidũ sibi vbi reponat pullos suos. ℣⁹.
Altaria tua dñe virtutũ: rex meus et deus me⁹.
℣. Beati qui habitant in domo tua: in eternum
laudabũt te dñe. In paschali tpe erit scdm
Alla. de resurrectiõe quotidie p oct. et in
oct. et etiã in prima die. Scdm Lucã. xix

In illo tpe. Egressus iesus: peram
bulabat hierico Et ecce vir noĩe za
cheus: et hic erat princeps publicanorũ.
et ipse diues. Et querebat videre iesum
quis esset: et nõ poterat pre turba: quia
statura pusillus erat. Et precurrens ascẽ
dit in arborẽ sicomorũ vt videret eum:
quia inde erat transiturus. Et cũ venis-
set ad locum: suspiciens iesus vidit illũ.
et dixit ad eum. zachee festinans descen-
de: quia hodie in domo tua oportet me
manere. Et festinans descendit: et exce-
pit illum gaudens. Et cum viderẽt om
nes: murmurabant dicẽtes. q ad homi
nẽ peccatorẽ diuertisset. Stans autẽ za-
cheus: dixit ad dñm. Ecce dimidiũ bo-
norum meorũ dñe do pauperibus: et si
quid aliquẽ defraudaui. reddo quadru
plum. Ait iesus ad eum. Quia hodie sa-
lus domui huic facta est: eo quod et ipse
filius sit abrahe. Venit enim filius hoĩs
querere: et saluum facere: quod perierat
Offer. Domine deus in simplicitate cordis
mei letus obtuli vniuersa: et populum tuũ qui
repertus est: vidi cum ingenti gaudio. De⁹ isra
el custodi hanc voluntatem. In tempore pa-
schali. alleluya.

Secreta.

Annue q̃s dñe precib⁹ nostris: vt
quicunqz intra templi huius: cu
ius anniuersariũ dedicationis diem ce
lebramus ambitum continemur: plena

tibi atq3 perfecta corporis & anime deuo
tione placeamus: vt dum hec presentia
vota reddimus. ad eterna premia te ad
iuuante peruenire mereamur. Per dñz.
Prefatio quotidiana. Cõio. Domus mea
domus orationis vocabitur dicit dñs: in ea ois q
petit accipit: et qui querit inuenit et pulsanti ape-
rietur. In tpe paschali. alla alla. Postcõio.

Deus qui ecclesiã tuã sponsam vo
care dignatus es vt que habebat
gratiã per fidei deuotionẽ: haberet etiaz
ex nomine dignitatem. da vt omnis hec
plebs tuo nomini seruiens. huius voca-
buli consortio digna inueniatur. Qui vi
uis et regnas cum deo patre. Si hoc fe-
stũ a. lxx. vsq3 ad pascha contigerit: dici-
tur in fine misse Benedicam⁹ domino.
Si autẽ alio tẽpore anni finiatur cũ Ite
missa est. Per totas oct. dicitur eadẽ mis
sa de dedicatione quandocũq3 hoc festũ
scilicet ab octa. epyphanie vsq3 ad. lxx. et
ab octa. pasche vsq3 ad ascensionem dñi:
vel a festo sancte trinitatis vsq3 ad aduẽ
tum dñi contigerit: nisi festũ. ix. lec. inter
currat: sed sine sequentia & Credo. tamẽ
si sit dominica dicitur ista sequentia.

Letabundus exultet fidelis chor⁹
celi curie. Cum iocundus orna-
tur regine thorus: regi glorie. In tali
cõnubio nubit lappa lilio: soli stella. Cũ
miro consortio anime: fit vnio dei cella.
Celebrantur hodie christi et ecclesie: ca
ste nuptie. Sicut isagit spiritum homo
deo subditum: iugo gratie. In hoc pa-
trocinio caro dei filio: nupsit nobili. Ip
se vero filius summus et eximius: cessit
humili. Ima summus petiit: et spõsaz
expetiit: quam de nigra gessit: candida
re. Fecit quod disposuit: quia fedaz po-
tuit: quãdo sibi placuit: emũdare. An-
cilla propera. Vt fias libera. Cuz viro
regnans septrigera. Sponsum conside
ra. Quẽ velat litera. Ipsum reuelat fi
des vera. Secundum Lucam. vi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Ois qui venit ad me. & audit
sermones meos. et facit eos: ostendã vo
bis cui similis sit. Similis est hoi edificã
ti domũ: qui fodit in altũ: et posuit fun-
damentum supra petram. Inundatiõe
autẽ facta: illisum est flumen domui illi
& non potuit eam mouere. Fundata enĩ
erat: supra firmam petram. Credo. In
octa. dedicationis ecclesie omnia fiant si
cut in prima die cum hac sequentia.

Quam dilecta tabernacula domi-
ni virtutũ et atria. Quam electi
architecti tuta edificia. Que nõ mouẽt
immo fouent: vẽt⁹ flumẽ pluuia. Quã
decora fundamenta: per concinna sacra
menta: vmbre precurrentia. Latus ade
dormientis: euã fudit immanẽtis: copu
le primordia. Archam ligno fabricatã
noe seruans gubernatam: per mundi di
luuium. Prolem sera: tãdem leta: anus
sara videt leta: nostrũ lactans gaudium
In biuio tegens nuda: geminos parit
ex iuda: thamar diu vidua. Sic moyses
a puella: dũ3 se lauit in fiscella: reperitur
scirpea. Hic mas agn⁹ immolatur: quo
israel satiatur: et⁹ tinct⁹ sanguine. Hinc
venit austri regina: salomonis qua diui
na: cõdit sapientia. Hec est nigra sed for
mosa: myrrha et thure fumosa: virga pi
gmentaria. Sic futura que figura: obũ
brauit reserauit: nobis dies gratie. Iaz
in lecto cũ dilecto: quiescamus et psallam⁹
assunt enĩ nuptie. Quarũ tonat initiũ
in tubis epulantiũ: & finis per psalteriũ.
Sponsum millena: milia vna laudant
melodia: sine fine dicentia alleluya alle-
luya. Secundum Joannem. x.

In illo tpe. Facta sũt encenia in hie-
rosolymis: et hyems erat. Et am-
bulabat iesus in tẽplo: in porticu salomo
nis. Circũdederunt ergo eũ iudei: et di-
cebãt ei. Quousq3 aiam nostram tollis:
Si tu es christus: dic nobis palam. Re-
spondit eis iesus. Loquor vobis: et non
creditis. Opera que ego facio in nomine
patris mei: hec testimoniũ perhibent de
me. Sed vos non creditis: quia nõ estis
ex ouibus meis. Oues mee vocem meã
audiunt. et ego cognosco eas. et sequun-
tur me. Et ego vitam eternam do eis: &
non peribunt ineternũ: & non rapiet eas
quisq3 de manu mea. Pater meus quod
dedit mihi maius oibus est: et nemo po
test rapere de manu patris mei. Ego et
pater: vnum sumus. Non di. Credo. nisi

dn̄ica fuerit. Si hoc festū a capite ieiunii usq3 ad cenā dn̄i contigerit: nihil fiat de festo nisi tantū in prima die: preter memoriā infra octa. et in octa. ¶ In consecratione ecclesie. Ad missam. Officium.



Terribilis est loc9 iste: hic domus dei est & porta celi. et vocabitur aula dei. In tēpore paschali alleluya. Ps. Dn̄s regnauit decorē indutus est indutus est dn̄s fortitudinem et precinxit se. Glia. Oratio

Deus qui sacrandorū tibi auctor es munerū. effunde super hanc orationis domum benedictionem tuā: vt ab oībus inuocantibus nomen tuū defensiōis tue auxiliū sentiatur. Per dominum nostrum. ¶ Lectio libri apocalipsis beati Joannis apostoli. xxi.

In diebus illis. Ego ioannes vidi ciuitatem sanctam hierusalē nouam descendētem de celo a deo paratā: sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnā de throno dicētem. Ecce tabernaculū dei cū hominibus: et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis: erit eorū de9 Et absterget deus oēm lachrymam ab oculis eorū: et mors vltra non erit. neq3 luct9/ neq3 clamor/ neq3 dolor erit vltra: q̄ prima abierūt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio oīa. Grad. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentum irreprehensibilis est. V. Deus cui astat angelorū chorus exaudi preces seruorum tuorum. Alleluya. V. Adorabo ad templum sanctū tuum: & cōfitebor nomini tuo. Sequētia. Quā dilecta. vt supra in octaua dedicationis. ¶ Secundum Lucam. xix.

In illo tpe. Egressus iesus perambulabat hierico. Et ecce vir noīe zacheus: et hic erat princeps publicanorū: et ipse diues. Et querebat videre iesum quis esset: et non poterat pre turba quia statura pusillus erat. Et precurrēs ascendit in arborē sicomorū vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cū venisset ad locum: suspiciēs iesus vidit illū. et dixit ad eū. zachee festinans descēde: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: et excepit illum gaudens. Et cum viderēt omnes: murmurabant dicētes. q2 ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem zacheus: dixit ad dn̄m Ecce dimidium bonorū meorū dn̄e do pauperibus: et si quid aliquē defraudaui. reddo quadruplū. Ait iesus ad eū. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hoīs querere et saluum facere: quod perierat. Offer. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et populum tuū qui repertus est: vidi cum ingenti gaudio, de9 israel custodi hanc voluntatem. In tempore paschali alleluya. Secreta.

Deus qui in omni loco dn̄ationis tue totus assistis. et totus operaris: accepta sacrificium nomini tuo benignius oblatum: et huius domus cuius es fundator: esto protector: vt in virtute spiritus sancti: fiat hic semper seruientium etiam tibi deuota libertas. Per dominū. in vnitate eius. Cōio. Domus mea domus oratiōis vocabitur dicit dn̄s: in ea oīs q̄ petit accipit: et qui q̄rit inuenit et pulsanti aperietur. In tpe paschali alla alla. Postcōio

Sacramentis dn̄e refectis salutaribus gratias tibi referimus. reple quesumus hoc templum tue glorie maiestatis: vt in honorem nominis tui fiat populo tuo domus orationis. Per dn̄m ¶ In reconciliatione ecclesie. Officium.



Cum sanctificatus fuero in vobis cōgregabo vos de vniuersis terris: et effundā super vos aquā mundā: et mundabimini ab oībus inquinamētis vestris: et dabo vobis spiritū nouū In tempore paschali Alleluya. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Deus qui dixisti domus mea domus orationis vocabitur. domū istam gentium spurcitiis contaminatā mundare & sanctificare digneris: vt omniū preces et vota in loco hoc ad te clamātiū exaudias. et benigne perficias. Qui viuis et regnas cum deo. ¶ Lectio libri

apocalipsis beati Joannis apostoli. xxi.

In diebus illis. Ego ioannes vidi ciuitatem sanctam hierusalez nouam descendētem de celo a deo paratā: sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam: de throno dicentem. Ecce tabernaculū dei cū hominibus: et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erūt: et ipse deus cum eis. erit eorū deus Et absterget deus omnez lachrymā ab oculis eorū: et mors vltra non erit: neqꝫ luctus neqꝫ clamor/ neqꝫ dolor erit vltra: que prima abierūt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio oīa. Gr. Tollite hostias et introite in atria eius adorate dominum in aula sancta eius. ℣. Reuelauit dūs condensa ⁊ in tēplo eius omnes dicentes gloriā Alleluya. ℣. Confitemini dño ⁊ inuocate nomen eius annunciate inter gentes opera eius.

Secundum Lucam. vi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Non est arbor bona qui facit fructus malos: neqꝫ arbor mala faciens fructū bonū. Unaqueqꝫ enim arbor: de fructu suo cognoscitur. Neqꝫ eniz de spinis colligunt ficus: neqꝫ de rubo vindemiant vuam. Bonꝰ homo de bono thesauro cordis sui: profert bonum. Et malus homo de malo thesauro: profert malum. Ex abundantia enim cordis: os loquitur. Quid enim vocatis me dñe dñe et non facitis que dico? Omnis qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostendā vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domum. qui fodit in altum: et posuit fundamentum supra petram. Inundatione autez facta illisum est flumen domui illi. et non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra firmā petrā. Off. Orauit deū meū ego daniel dicēs: exaudi domine preces serui tui illumina faciem tuam super sanctuariū tuum: et propicius intende populum istum super quem inuocatū est nomen tuum deus. In tēpore paschali. alleluya alleluya. Secreta.

Hec hostia quesumus domine ⁊ locum istū ab immundiciis iniquorum: vel patrate offensionis expurget: ⁊ supplicationes nostras hic et vbiqꝫ tibi reddat acceptas. Per dominum. Cōio.

Accep tabis sacrificiū iustitie oblatiōes ⁊ olocausta super altare tuū dñe. In tempore paschali. alleluya alleluya. Postcōio.

Percipientes domine munera salutis eterne te supplices exoramꝰ vt templum hoc vel cymiterium a barbarorum vel iniquorum inquinamētis emundatum. tua benedictione maneat sanctificatum. et pectora nostra ab omni sorde vitiorum aliena. tibi semper assistant deuota. Per dominum nostrum

Finit temporale.



¶ In vigilia sancti Andree apostoli. Ad missam. Officium.

Dominus secus mare galilee vidit duos fres petrū et andreā: et vocauit eos: venite post me faciā vos fieri piscatores hominum. ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Oratio.

Quesumus oīs deus: vt beat' andreas apostolus. tuū p nobis imploret auxiliū. vt a nostris reatibus absoluti. a cunctis etiā periculis eruamur. Per. Memoria fiat de martyribus: si ante aduentum hec vigilia contigerit: si infra nequaq̄. Oratio.

Deus qui nos beatorū martyꝝ tuorū saturnini et sisinnii. concedis natalitiis perfrui: eorū nos tribue meri-

tis adiuuari. Per do. Epla. Benedictio dñi. vts. in cõi in vigilia vni⁹ apli. fol. i.

Gr. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorũ. ℣. Dinumerabo eos et sup arenã multiplicabũtur. Si hec vigilia in dñica euenerit dr sequens Alla. ℣. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ: et in fines orbis terre verba eorũ. Et dicat missa in capitulo: et hoc in omnibus missis propriis de vigilia: que in dñica contigerint obseruetur: nisi in vigilia natiuitatis dñi tantũ. ¶ Secundum Joannẽ. i.

IN illo tpe. Stabat ioãnes: ꝛ ex discipulis eius duo. Et respiciens iesum ambulantẽ: dixit. Ecce agnus dei. Et audierũt eũ duo discipuli loquẽtem ꝗ secuti sunt iesum. Cõuersus aũt iesus: et vidẽs eos sequẽtes se: dicit eis. Quid queritis? Qui dixerũt ei. Rabbi: qđ dicitur interpretatũ magister. Ubi habitas Dicit eis. Uenite et videte. Uenerunt et viderũt vbi maneret: et apud illũ mãserunt die illo. Hora aũt erat quasi decima Erat autẽ andreas frater symonis petri vnus ex duobus: qui audierant a ioãne et secuti fuerant eũ. Inuenit hic primum fratrẽ suũ symonẽ: et dicit ei. Inuenim⁹ messyã: quod est interpretatũ christus. Et adduxit eũ ad iesum. Intuitus autẽ eũ iesus: dixit. Tu es symon filius ioanna: tu vocaberis cephas: qđ iterpretatur petrus. In crastinũ autẽ voluit exire in galileã: et inuenit philippũ. Et dicit ei iesus. Sequere me. Erat autẽ philippus a bethsaida ciuitate andree et petri. Inuenit philippus nathanaelem: ꝛ dicit ei. Quẽ scripsit moyses in lege ꝛ prophete: inuenim⁹ iesum filiũ ioseph a nazareth Et dicit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei philippus. Ueni et vide. Uidit iesus nathanaelẽ veniẽtem ad se: et dicit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus nõ est. Dicit ei nathanael. Unde me nosti? Respondit iesus: ꝛ dixit ei. Priusꝗ̃ te philippus vocaret cũ esses sub ficu: vidi te. Rñdit ei nathanael: ꝛ ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es rex israel Rñdit iesus: et dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis: maio⁹ his videbis Et dicit eis. Amẽ amẽ dico vobis videbitis celũ apertũ. et angelos dei ascendentes. et descendentes: supra filiũ hois. Offr.

Gloria ꝛ honore coronasti eũ: et cõstituisti eũ super opera manuum tuarum dñe. Secreta.

SAcrãdum tibi dñe munus offerimus: quo beati andree apli tui solẽnia ieiuniis. et deuotis officiis recolentes: purificationem quoqꝫ nostris mẽtibus imploramus. Per do. Alia secreta.

OBlatũ tibi dñe munus. pro beatorũ martyrum tuorũ saturnini. atqꝫ sisinnii. passiõe propicius assume: qđ eorũ intercessiõe maiestati tue fiat acceptũ Per. Prefatio quotid. Cõio. Dixit andreas symoni fratri suo: inuenimus messyã qui dicitur xpũs: et adduxit eum ad iesum. Postcõio.

PErceptis salutaribus sacramẽtis humiliter te dñe deprecamur: vt intercedẽte btõ andrea aplo tuo. ꝗ p illius venerãda egimus solennitate. nobis proficiant ad salutẽ. Per. Alia postcõio.

UT hec cõio nos dñe. tua visitatiõe dignos efficiat: btĩ saturnini martyris tui sociorũqꝫ eius pia ꝗ̃s intercessio semper imploret. Per dñm nostrum.

¶ In die sancti andree. Officium.



Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui de⁹ nimis confortatus est principatus eorũ. ps. Dñe probasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionem meã. Gloria patri. Si extra aduẽtũ cõtigerit dr Gloria in excelsis. si vero infra nõ dicitur: sed post orationẽ de sctõ fiat memoria de aduẽtu: et de sctã maria et hoc in oĩbus festis sctõrũ que infra aduẽtum contigerint obseruetur. Oratio.

MAiestatẽ tuã dñe suppliciter exoramus: vt sicut ecclesie tue beat⁹ andreas aplus extitit pdicator et rector. ita apud te sit pro nobis ppetuus intercessor. Per dñm. ¶ Ad romanos. x.

FRatres. Corde creditur ad iusticiã: ore autẽ confessio fit ad salutẽ Dicit enim scriptura. Oĩs qui credit in illũ: nõ cõfundetur. Nõ enĩ est distinctio: iudei et greci. Nã idez dñs oĩm: diues in oĩs: ꝗ inuocãt illũ. Oĩs enĩ quicũqꝫ inuocauerit nomen dñi: saluus erit. Quõ ergo

inuocabūt in quem nō crediderūt? Aut quō credēt ei: quē non audierunt? Quō autē audiēt sine predicante? Quō vero predicabūt nisi mittātur? Sicut scriptū est. Quā speciosi pedes euangelizātium pacē: euāgelizantiū bona. Sed non oēs obediūt euāgelio. Jsayas eñ dicit. Dñe: qs credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus aūt per verbū christi Sed dico. Nūqd non audierūt? Et quidē in oēm terrā exiuit sonus eorū: ⁊ in fines orbis terre: verba eorū. Gr. Constitues eos principes super oēm terram memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. propterea populi confitebuntur tibi. Alleluya. ℣. Dilexit andreā dominus in odorem suauitatis. Sequentia

vitis vera. vt in cōi in vigilia vnius apli
fo. i. Credo. Offer. Confitebuntur celi mi-
rabilia tua domine: et veritatem tuam in eccle-
sia sanctorum alleluya alleluya. Secreta.

OFferimus tibi dñe solēne sacrificiū
pro veneranda sancti georgii mar
tyris tui passione deprecantes clemētiā
tuā: vt per hec sacrosancta mysteria an-

tiqui hostis tēptamenta te triumphante vincamus: et eterne remunerationis premiū te largiente consequamur. Per. Cōio. Letabitur iust⁹ in dn̄o ⁊ sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. Postcōio.

Mense celestis satiati dulcedine. humiliter te rogamus oēs pater vt intercedente beato georgio martyre tuo resurrectionis eius simus participes cuius sumus morte redempti. Qui tecum.

¶ Sancti marci euangeliste. Officium



Rotexisti me deus a cōuentu malignātiū all'a a multitudine operantium iniquitatē all'a all'a ps. Exaudi deus orationē meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Deus qui beatū marcū euāgelistā tuū euangelice predicatiōis gratia sublimasti: tribue q̄s: eius nos semper eruditiōe pficere: et oratione defendi. Per dominū. ¶ Ad ephesios. iiii.

Fratres Unicuiq; nostrū data est gratia: scd̄m mensurā donatiōis xp̄i. Propter qd̄ dicit. Ascendens in altū captiuā duxit captiuitatem: dedit dona hoībus. Quod aūt ascendit: quid est. nisi qz et descēdit primū ad inferos partes terre. Qui descendit ipse est: et qui ascendit sup oēs celos: vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdā quidā ap'los. quosdā autē prophetas. alios vero euangelistas. alios vero pastores et doctores: ad cōsummationē sanctorū: in opus ministerii. in edificationē corporis christi: donec occurramus oēs in vnitatem fidei. ⁊ agnitionis filii dei. in virū pfectū in mensuram etatis: plenitudinis xp̄i. All'a. ℣. Primus ad syon dicet ecce assum: et hierusalem euāgelistā dabo. Sequētia. Laus deuota. vt in cōi vni⁹ euāgeliste. fo. ii. Euāgeliū Ego sum vitis vera. vt in cōi in vigilia vni⁹ apl'i fo. i. Credo. Offr. Confitebuntur celi mirabilia tua dn̄e: et veritatem tuam in ecclesia sanctorū alleluya alleluya. Secreta.

Beati marci euangeliste tui solēnitate tibi munera deferētes quesumus dn̄e: vt sicut illū predicatio euāgelica fecit gloriosum: ita nos eius intercessione et verbo et opere. tibi reddat acceptos. Per d̄. Prefatio. Et te dn̄e. Non dr̄ in hac pfatione Per beatos euāgelistas. sed p btōs ap'los. Cōio. Ego sum vitis vera et vos palmites. qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum all'a all'a. Postcōio.

Refecti cibo sp̄ualis alimonie q̄sumus dn̄e deus noster vt qd̄ mysterio frequētamus intercedente btō marco euangelista. plena virtutū consequamur. Per. Si hoc festū in aliquo festo p⁹ oct. pasche cōtigerit: tūc fiat pcessio post magnā missā de scō marco. Si in ebdo. pasche aliqd̄ festū vel ieiuniū euenerit: nihil de festo fiat: nihil de ieiunio nec p⁹ nec ante nisi forte in oct. cōtigerit: tūc eis pōt differri in crastinū hoc idē obseruet in ebdō. penthe. Scti vitalis marty. Offm.



Rotexisti me deus a cōuētu malignātiū all'a. a multitudine operātiū iniq̄tatē all'a all'a. ps. Exaudi deus orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe aīam meā. Or.

Presta q̄s oēs deus: vt intercedēte btō vitale martyre tuo et a cūctis aduersitatib⁹ muniamur in corpore: ⁊ a prauis cogitatiōib⁹ mūdemur in mēte. Per. Ep'la Nemo militās. vt in cōi vni⁹ mar. fo. iii. All'a. ℣. Scti tui dn̄e florebūt sicut liliū: et sicut odor balsami erunt ante te. Sequētia. Organicis canam⁹. vt i cōi vni⁹ mar. fo. iii. Euāge. Ego sum vitis vera. vt in cōi in vigilia vnius ap'li. fo. i. Offr. Repleti sumus mane misericordia tua ⁊ exultauimus et delectati sumus alleluya. Secreta

Grata tibi dn̄e q̄s n̄ra sint munera qbus scti vitalis martyris tui passio recolit honorāda. Per d̄. Cōio. Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites. q̄ manet in me ⁊ ego in eo. hic fert fructū multū all'a all'a. P⁹cō

Quesumus oēs deus: vt nun⁹ diuinū qd̄ sumpsimus. intercedēte beato vitale martyre tuo salutari nobis proficiat effectu. Per dn̄m. ¶ In die apostolorū philippi et iacobi. Officium.



Clamauerūt ad te dn̄e in tpe afflictionis sue et tu de celo exaudisti eos alleluya alleluya. ps. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui nos annua apostolorum tuorum philippi et iacobi solennitate letificas: presta quesumus: vt quorum gaudemus meritis instruamur exemplis. Per dominum.

Lectio libri sapientie. v.

Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt et qui abstulerunt labores illorum. Videntes autem turbabuntur timore horribili: et mirabuntur in subitatione insperate salutis. dicentes intra se. penitentiam agentes. et pre angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum: et in similitudinem improperii. Nos insensati. vitam illorum estimabamus insaniam. et finem illorum sine honore. Quomodo ergo computati sunt inter filios dei: Et inter sanctos sors illorum est. Alleluia. V. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Alleluia. V. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu dum loqueretur nobis in via. Sequentia. Clare sanctorum. vt in communi vnius apostoli fo. i. Secundum Joannem. xiiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum et in me credite. In domo patris mei: mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero et preparauero vobis locum: iterum venio et accipiam vos ad meipsum. vt vbi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis: et viam scitis. Dicit ei thomas. Domine: nescimus quo vadis. Et quomodo possumus viam scire. Dicit ei iesus. Ego sum via: et veritas et vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me: et patrem meum vtique cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum: et vidistis eum. Dicit ei philippus. Domine: ostende nobis patrem: et sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tanto tempore vobiscum sum: et non cognouistis me. Philippe qui videt me: videt et patrem. Quomodo tu dicis ostende nobis patrem. Non credis quia ego in patre. et pater in me est. Verba que ego loquor vobis: a meipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre. et pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me. opera que ego facio: et ipse faciet. et maiora horum faciet: quia ego ad patrem vado. Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo: hoc faciam. Credo. Offertorium. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum alleluya alleluya. Secreta.

Deus ecclesie tue redemptor atque perfector: da vt apostolorum tuorum philippi et iacobi precibus paschalis sacramenti dona capiamus. quorum nobis magisterio ea voluisti predicari. Per dominum. Prefatio. Et te domine. Communio. Tanto tempore vobiscum sum: et non cognouistis me: philippe qui videt me: videt et patrem alleluya: non credis quia ego in patre et pater in me est alleluya alleluya. Postcommunio.

Paschale mysterium recolentes beatorum apostolorum philippi et iacobi domine quesumus precibus foueamur: quorum magisterio hoc cognouimus exequendum. Per.

In inuentione sancte crucis. Officium.

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi. in quo est salus vita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumus. alleluya alleluya. Psalmus. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Kyrie. Lux et origo. Et dicitur cum suis versibus. Oratio.

Deus qui in preclara salutifere crucis inuentione passionis tue miracula suscitasti: concede vt vitalis ligni precio eterne vite suffragia consequamur. Qui viuis. Et fit memoria de resurrectione: et de sanctis martyribus alexandro euentio et theodolo. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum alexandri/euentii et theodoli natalitia colimus a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Epistola. Confido de vobis in domino. vt in communi vnius martyris fo. iii. Alleluia. V. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum. Alleluia. V. Dicite in gentibus quia dominus regnauit a ligno. Sequentia.

Salue crux sancta arbor digna. Cuius robur preciosum mundi ferens talentum. Tu hostis per lignum victor li

gno reuinceretur. Quicq exortu mortis
primis erat terrigenis: paradyso ppul-
sis Causa etiã vite. foret cũctis xpi mor
te: vere viuificatis. Horrificũ tu es. sem
per signum inimicis: crux sacra seuis.
Quã mors pauet: infernusq timet que
christo suos reconsignat Cui sit laus in
euum. ¶ Secundum Joannem. iii.

In illo tpe. Erat homo ex pharise-
is nichodemus noĩe: princeps iu-
deorũ. Hic venit ad iesum nocte: et dixit
ei. Rabbi: scimus qa a deo venisti magi-
ster. Nemo enĩ potest hec signa facere q̃
tu facis: nisi fuerit deus cũ eo. Rñdit ie-
sus: et dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi
qs natus fuerit denuo: nõ potest videre
regnũ dei. Dicit ad eũ nichodem⁹. Quo
modo potest homo nasci cum sit senex?
Nunqd potest in vẽtrẽ matris sue itera
to introire et renasci? Rñdit iesus. Amẽ
amen dico tibi; nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spũ scõ. nõ potest introire in
regnũ dei. Quod natũ est ex carne: caro
est. Et qd natum est ex spũ: spũs est. Nõ
mireris: quia dixi tibi: oportet vos nasci
denuo. Spũs vbi vult spirat. et vocem
ei⁹ audis. sz nescis vnde veniat/ aut quo
vadat. Sic et omnis: qui nat⁹ est ex spũ
Rñdit nichodemus: et dixit ei. Quomo
do possunt hec fieri? Rñdit iesus: et dixit
ei. Tu es magister in israel: et hec igno-
ras? Amen amen dico tibi: qa quod sci-
mus loquimur: et qd vidim⁹ testamur.
et testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Si ter
rena dixi vobis. et non creditis: quomo-
do si dixero vobis celestia credetis? Et
nemo ascendit in celũ: nisi qui descendit
de celo: filius hoĩs qui est in celo Et sicut
moyses exaltauit serpentem in deserto:
ita exaltari oportet filium hominis. Ut
omnis q credit in ipso non pereat: sed ha
beat vitã eternã. Credo. Offer. Protege
dñe plebem tuam per lignũ sancte crucis ab om
nibus insidiis inimicorũ. alla. vt tibi gratam ex
hibeamus seruitutem. et acceptabile tibi fiat sa
crificium nostrum alleluya. Secreta.

Sacrificiũ dñe qd tibi immolam⁹
placatus intẽde. vt ab oĩ nos erui
at bellorũ nequicia: et per vexillũ sancte
crucis filii tui. ad conterẽdas potestates
aereas. et aduersariorũ insidias: nos in
tue protectiõis securitate cõstituat. Per
eundem. ¶ Alia secreta de martyribus.

Super has hostias qs dñe benedi-
ctio gloriosa descendat. q et scifi-
cationẽ clemẽter operetur. et de martyr
tuorũ alexandri/ euentii/ et theodoli solẽ
nitate nos letificet. Prefatio. Qui salutẽ
Cõio. Per lignũ serui facti sumus: et per san
ctã crucẽ liberati sumus. fruct⁹ arboris seduxit
nos. filius dei redemit nos alla. In vtroq fe
sto finiatur cum alleluya. Postcõio.

Repleti alimonia celesti: et spiritua
li poculo recreati: qs oĩs deus: vt
ab oĩ hoste maligno defendas. quos per
lignũ sancte crucis filii tui. arma iustitie
pro salute mũdi triũphare iussisti. Qui
tecum. ¶ Alia postcõio de martyribus.

Sumptis dñe muneribus sacris.
tribue quesumus: vt ad eadẽ ap-
petenda sanctorũ martyrũ tuorũ alexan
dri/ euentii/ et theodoli precibus et exem
plis: prompti⁹ incitemur. Per dominũ.
¶ Scti ioãnis ante portã latinã. Offin.

In medio ecclesie aperuit os
eius: et impleuit eũ dñs spiri-
tu sapientie et intellectus: sto
la glie induit eũ. ps. Jocũditatẽ
et exultationẽ thesaurizauit super eũ. Oratio

Deus q cõspicis qa nos vndiq ma
la nostra perturbãt. presta qs: vt
beati ioannis apostoli tui et euãgeliste.
intercessio gloriosa nos protegat. Per d
¶ Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xv.

Qui timet deũ faciet bona. Et qui
continẽs est iustitie apprehẽdet il
lã: et obuiabit illi quasi mater honorifica
ta. Cibabit illũ pane vite et intellectus:
et aqua sapiẽtie salutaris potabit illum.
Et firmabitur in illo: et nõ flectetur: et cõ
tinebit illũ. et nõ cõfundetur. et exaltabit
illũ apud proximos suos. In medio eccl'ie
aperiet os eius: et implebit eũ dñs spũ sa
piẽtie et intellectus: et stola glorie induet
eũ. Jocunditatẽ et exultationẽ: thesauri
zabit sup eũ. Et noĩe eterno hereditabit
illũ: dñs deus noster. Alla. V. Hic est disci
pulus ille qui testimoniũ phibet de his: et scim⁹
quia verũ est testimonium eius. Sequentia.
Laus deuota. vtã in cõi vnĩ⁹ euãgeliste.

fo.ii. ℭ Secundum Joannem. vltimo.
IN illo tpe. Dixit iesus petro. Se-
quere me. Conuersus petrus: vi-
dit illũ discipulũ. quem diligebat iesus
sequẽtem. qui et recubuit in cena. supra
pectus eius et dixit. Dñe q̃s est q̃ tradet
te? Hunc ergo cũ vidisset petrus: dixit ie
su. Dñe: hic autẽ q̃d? Dicit ei iesus. Sic
eũ volo manere: donec veniã. Quid ad
te? Tu me seq̃re. Exiit ergo sermo iste in
ter fratres: q2 discipulus ille nõ moritur
Et nõ dixit ei iesus quia nõ moritur: sed
sic eũ volo manere donec veniam: q̃d ad
te? Hic est discipulus ille qui testimoniũ
perhibet de his: ꝛ scripsit hec. Et scimus
q2 verũ est testimoniũ eius. Credo. Of
fert. Justus vt palma florebit: sicut cedrus q̃
in libano est multiplicabitur alla. Secreta.
SIc nos q̃s dñe beati ioãnis aposto
li tui et euãgeliste solẽnia tuis fac
celebrare mysteriis: vt q̃ p̃dicauit et cre-
damus pariter et sequamur. Per. Pre-
fatio Et te domine. Cõio. Exiit sermo in
ter fratres q̃ discipulus ille non moritur: ꝛ non
dixit iesus non moritur: sed sic eum volo mane-
re donec veniam. Postcõmunio.
REfecti dñe pane celesti: intercedẽ-
te btõ ioanne apostolo tuo ꝛ euan
gelista ad vitam quesumus nutriamur
eternam. Per. ℭ Sancti ioannis de be-
uerlaco episcopi et cõfessoris. Officium.
STatuit ei dñs testamentũ
pacis et principẽ fecit eũ
vt sit illi sacerdotii digni-
tas ineternum. Ps. Mias
dñi in eternũ cãtabo. Oratio
DEus q̃s ops deus: vt beati ioannis
confessoris tui atq3 põtificis vene
rãda solẽnitas et deuotionẽ nobis auge
at et salutẽ. Per d. Epla. Justũ deduxit
vt̃s in cõi vni9 cõfessoris. fol. viii. Alla.
V. Amauit eũ dñs et ornauit eũ stola glorie in-
duit eum. Sequentia Adest nobis. vt̃s in
cõi vnius confessoris. fo. viii. Euangeli-
um. Ego sum vitis vera. vt in cõi. in vi-
gilia vnius apostoli. fo. i. Offer. Ueritas
mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
REspice q̃s dñe munera populi tui
in beati ioannis cõfessoris tui atq3
pontificis honore oblata: et tue testifica-
tio veritatis nobis p̃ficiat ad salutẽ. Per
Cõio. Fidelis seruus et prudẽs quẽ cõstituit
dñs sup familiã suã vt det illis in tẽpore tritici
mensuram. In tpe paschali alla. Postcõio.
QUos tuis dñe reficis sacramẽtis
sancti ioannis cõfessoris tui atq3
põtificis attolle benignus suffragiis: vt
nostre redẽptiõis effectũ: et mysterii ca-
piamus et moribus. Per. ℭ Sanctorũ
gordiani et epimachi martyrũ. Officiũ.
SAncti tui dñe benedicẽt
te: gloriam regni tui di-
cent alla. Ps. Exaltabo te
deus meus rex. et benedicam
nomini tuo in seculũ et in se
culum seculi. Oratio.
DA q̃sumus ops deus: vt q̃ beatorꝝ
martyrũ tuorꝝ gordiani ꝛ epima
chi sollẽnia colimus: eorũ apud te inter
cessionibus adiuuemur. Per do. Epla.
Justorũ anime. vt̃s in cõi plurimorum
marty. fo. v. Alla. V. Sancti tui dñe flore-
bunt sicut liliũ: et sicut odor balsami erunt ante
te. Euangeliũ Ego sum vitis et vos pal
mites. vt̃s in cõi in vigilia vni9 apli. fo. i.
Offer. Mirabilis deus in sanctis suis deus is
rael ipse dabit virtutẽ et fortitudinem plebi sue
benedictus deus alleluya. Secreta.
PResta q̃s dñe deus noster: vt sicut
in conspectu tuo mors est preciosa
sanctorũ. ita eorũ merita venerantiũ ac
cepta tibi reddatur oblatio. Per d. Cõio
Justorũ anime in manu dei sunt et non tanget
illos tormentũ malicie: visi sunt oculis insipi-
entium mori: illi autem sunt in pace. Postcõio.
REspice q̃s dñe populũ tuũ spiritu
alibus instrumentis: et quorũ tri-
buis solẽnia celebrare: fac eorũ gaudiis
interesse. Per dñm. ℭ Sanctorũ nerei ꝛ
achillei atq3 pancratii martyrũ. Officiũ.
ECce oculi dñi super timentes
eũ sperãtes in mĩa eius alleu
ya: vt eripiat a morte alas eo-
rũ: quoniã adiutor et protector
noster est alleluya alleluya. Ps. Exultate iu
sti in dño: rectos decet collaudatio. Oratio.
SEmper nos dñe sanctorũ marty-
rũ tuorũ nerei/et achillei/atq3 pã
cratii. foueat q̃s beata solẽnitas: ꝛ tuo di

gnos reddat obsequio. Per dñm. Ep̄la.
Iusti autē in perpetuū. vt̄s in cōi pl'iorū
martyrū. fo. v. Alla. ℣. Vox exultatiōis et
salutis: in tabernaculis iustorū. Euāgelium
Ego sū vitis vos palmites. vt̄s in cōi in
vigilia vni᷒ apl'i. fo. i. Offr̄. Confitebun-
tur celi mirabilia tua dñe, et veritatē tuam in ec
clesia sanctorum alleluya alleluya. Secreta.

Sanctorum martyrū tuorū nerei:
et achilei. atq̄ pācratii. tibi domine
grata cōfessio et munera nostra cōmen-
det: et tuā nobis indulgētiā semꝑ implo
ret. Per. Cōio. Gaudete iusti in dño alla re
ctos decet collaudatio alleluya. Postcōio.

Quesumus dñe deus noster. vt be
atorū martyrū tuorū nerei ⁊ achi
lei/atq̄ pācratii deprecatiōib᷒ sacramen
ta sancta q̄ sumpsimus. ad tue nobis ꝑ
ficiāt placationis augmētū. Per. ¶ Sā-
cti dunstani epi et confessoris. Officium

Sacerdotes tui dñe indu
ant iustitiā: et sancti tui
exultent: propter dauid
seruū tuum nō auertas
faciē christi tui alla. ps.
Memento dñe dauid: et om
nis mansuetudinis eius. Cantus de kyrie
rex splendens. sine ℣. Oratio.

Deus q̄ beatū dunstanū pontificē
tuū ad regna transtulisti celestia:
da nobis ꝑ gloriosa eius merita ad gau
dia transire perennia. Per dñm. Memo
ria de sancta potentiana virgine. Oratio

Concede nobis q̄s oḿs deus sancte
potētiane virginis tue. et exulta-
re meritis: et beneficiorū eius attolli suf
fragiis. Ep̄la. Ecce sacerdos magnus q̄
in diebus. vt̄s in cōi vnius confessoris. fo.
viii. Gr. Iurauit dñs ⁊ nō penitebit eū tu es
sacerdos ineternū scd̄m ordinē melchisedech. ℣
Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Alla
℣. Posui adiutoriū super potentē ⁊ exaltaui ele
ctū de plebe mea. Sequētia. Alma cohors.
vt̄s in cōi vni᷒ cōfessoris. fo. viii. Euange
liū. Homo q̄dā peregre. vt̄s in cōi vnius
cōfessoris. fol. viii. In tp̄e paschali. Ego
sū vitis ve. vt̄s in cōi in vigilia vni᷒ apl'i
fo. i. Offr̄. Inueni dauid seruum meū: et in
oleo scto̅ vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur
ei: et brachiū meū confortabit eum. In tempo

re paschali. alleluya. Secreta.

Suscipe q̄s dñe munera supplican
tis familie tue: que tibi in bti dū-
stani confessoris tui atq̄ pontificis solē-
nitate deferimus/precantes. vt eius pa-
trocinio venerādo adiuti. defendi mere-
amur ab oīm inimicorū insidiis. Per d.
¶ Aliud secretum de sancta potentiana

Olocausta hec dñe tua benedictiōe
sctifica: vt sctē potentiane virginis
tue tibi meritis accepta sint: in cuius sūt
veneratiōe oblata. Cōio. Dñe quinq̄ talē
ta tradidisti mihi, ecce alia quinq̄ superlucratus
sum. euge serue fidelis q̄ꝛ in pauca fuisti fidelis
supra multa te constituā. intra in gaudium dñi
tui. In tēpore paschali alleluya. Postcōio.

Beati dunstani confessoris tui atq̄
pontificis q̄s dñe deprecatiōe nos
adiuua: in cuius veneratione tua contin
gimus sacramenta. Per dñm nostrum.
¶ Alia postcōio de sancta potentiana.

Sumptis dñe salutis eterne myste
riis: q̄s vt intercedente btā poten
tiana virgine tua. ita nos tuis vti facias
sacramētis. vt eternis mereamur inter-
esse cōuiuiis. ¶ Scti aldelmi epi. Offiu̅

Statuit ei dñs testamentū pa
cis: et principē fecit eū: vt sit il
li sacerdotii dignitas ineternū.
In tēpore paschali. alla alla.
ps. Mias dñi: ineternum cantabo. Oratio.

Deus q̄ hodierna die sanctū pōtifi
cem tuū aldelmū ad eterna suble
uasti gaudia: ei᷒ q̄s meritis illuc tua nos
perducat misericordia. Per dñz. Memo
ria de sancto vrbano martyre. Oratio.

Da q̄s oḿs deus: vt q̄ beati vrbani
martyris tui atq̄ pontificis nata
litia colimus. eius interuentu nobis tri-
bue veniā pctōrū. et cū ipso celestiū gau
dia premiorum. Epistola. Iustum dedu
xit. vt̄s. in cōi vnius confessoris. fol. viii.
Gr. Dñe preuenisti eum in benedictionibus
dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de la-
pide precioso. ℣. Vitam petiit et tribuisti ei lon
gitudinē dierū in seculū seculi. Alla. ℣. Iustus
germinabit sicut liliū: et florebit ineternū ante
dñm. Sequentia. Adest nobis. vt̄s in cōi
vnius confessoris. fo. viii. Euangelium
Vigilate quia nescitis. vt̄s in cōi vnius

ci fessoris. fo. viii. In tpe paschali euãgelium. Ego sum vitis vera. vtš in cõi in vigilia vnius apl'i. fo. i. Offr'. Ueritas mea et mia mea cũ ipso: ⁊ in nõie meo exaltabitur cornu eius. In tpe paschali all'a. Secreta.

His tibi precibus dñe nostra quesumus grata reddatur oblatio: pro cuius festiuitate est immolata. Per dñz.

¶ Alia secreta de sancto vrbano.

Munera dñe q̃s tibi dicata sanctifica: et intercedente beato vrbano martyre tuo atq̃ pontifice: per hec eadẽ nos placat' intẽde. Per. Cõio. Beat' seruus quẽ cum venerit dñs inuenerit vigilantem amen dico vobis super oia bona sua constituet eum. In tpe paschali. all'a all'a. Postcõio.

Solẽnitatẽ q̃s dñe scti põtificis aldelmi celebrãtib' adesto ꝓpicius et nobis eius meritis ꝯcede gaudia vite celestis. Per. Alia postcõ. de sctõ vrbano

Sumentes dñe sacramẽta celestia pietatẽ tuã humili deuotione deposcimus: vt illam que in beato vrbano martyre tuo atq̃ põtifice flagrauit fortẽ dilectionẽ nobis benign' aspires. ¶ Sancti augustini anglorum apl'i. Officium.

Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti ⁊ humiles corde laudate deũ. In tẽpore paschali. all'a all'a. Ps. Benedicite omnia opera domini domino, laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Deus q̃ beatũ augustinũ põtificez primũ doctorẽ populo concessisti anglorũ. tribue nobis q̃s: vt cuius merita predicamus in terris, eius suffragia apud te sentiamus in celis. Per. Epl'a. Dedit dñs. vt in cõi vni' cõfessoris ⁊ doctoris. fo. ix. Gr'. Ecce sacerdos magnus q̃ in diebus suis placuit deo. ỽ. Nõ est inuentus similis illi qui conseruaret legẽ excelsi. All'a ỽ. Amauit eũ dñs et ornauit eũ: stola glorie induit eũ. Sequẽtia. Alma cohors. vt in cõi vni' cõfessoris. fol. viii. Scdm lucam. x.

In illo tpe. Designauit dñs ⁊ alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciẽ suã in oẽm ciuitatẽ ⁊ locũ quo erat ipse venturus. Et dicebat illis Messis quidẽ multa: operarii autẽ pauci. Rogate ergo dñm messis: vt mittat operarios in messem suã. Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare sacculũ, neq̃ perã: neq̃ calciamenta: et nemine per viã salutaueritis. In quãcũq̃ domum intraueritis: primũ dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illũ pax vestra. Si autẽ: ad vos reuertetur In eadẽ autẽ domo manete: edentes et bibẽtes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius: mercede sua. In tẽpore paschali euãgeliũ. Ego sum vitis vera. vt in cõi in vigilia vni' apl'i. fo. i. Credo Offr'. Inueni dauid seruũ meũ: et in oleo sancto vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. In tempore paschali. alleluya. Secreta.

Grata tibi sint dñe q̃s oblata munera: q̃bus et beati augustini confessoris tui atq̃ pontificis merita veneramur: et nostre pariter recolimus insignia libertatis et vite. Per dominum. Cõio. Fidelis seruus et prudẽs quẽ cõstituit dñs sup familiã suã vt det illis in tẽpore tritici mẽsurã. In tpe pascha all'a all'a. Postcõio.

Sancta tua q̃s dñe que ꝑ beati augustini cõfessoris tui atq̃ pontificis hodierna solẽnitate libauimus: nos refoueant: quibus et iugiter satiemur. ⁊ semp desideremus expleri. Per d. ¶ Sancti germani epi et confessoris. Officium

Statuit ei dñs testamentũ pacis. et principẽ fecit eũ vt sit illi sacerdotii dignitas ineternum. In tẽpore paschali. all'a all'a. Ps. Misericordias dñi: ineternum cantabo. Oratio

Omnips sempiterne deus. q̃ nos beati germani cõfessoris tui atq̃ pontificis hodierna festiuitate letificas, tuã supplices exoramus clementiã vt cuius solennia deuotis officiis veneramur ei' piis suffragiis eterne vite remedia cõsequamur. Per dñz. Epl'a. Ecce sacerdos magnus qui in diebus. vt in cõi vni' cõfessoris. fo. vii. Gr'. Iurauit dñs et non penitebit eũ tu es sacerdos ineternũ: secundũ ordinẽ melchisedech. ỽ. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. All'a. ỽ. Dispósui testamentum

electis meis; iuraui dauid seruo meo. Euāgelium. Homo quidā peregre. vt in cōi vni9 cōfessoris. fol. viii. In tpe paschali. Ego sū vitis vera. vt in cōi in vigilia vnius apl'i. fol. i. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in noīe meo exaltabitur cornu eius. In tpe paschali. alleluya. Secreta.

P Ropiciare dñe q̄s supplicationib9 nostris: ꝛ intercedēte ꝑ nobis beato germano confessore tuo atq3 pontifice. his sacramentis celestibus seruiētes: ab oī culpa liberos esse cōcede: vt purificante nos grā tua: eisdē quibus famulamur mysteriis emundemur. Per. Cōio. Beatus seru9 quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amē dico vobis sup oīa bona sua cōstituet eū. In tpe paschali. all'a all'a. Postcōio.

P Resta q̄s dñe deus noster: vt diuinis mysteriis expiati. intercedente beato germano cōfessore tuo atq3 pōtifice. ad supni plenitudinē sacramenti. cuius libauimus sctā tendamus. Per d.

Sancte petronille virginis. Officiū.

D Ilexisti iustitiā et odisti iniq̄tatē: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie p̄re cōsortibus tuis. In tpe paschali. all'a all'a all'a. ps. Eructauit cor meū v̄bū bonū: dico ego opera mea regi. Oratio.

D Eus q̄ beate petronille virginis tue aīam in celestibus collocasti. fac nos eius interuētu a pctōꝝ nostroꝝ nexibus solui: et ab oī semp aduersitate defēdi. Per. Ep'la. Qui gl'iatur: vt in cōi vnius virginis nō mart. fo. xi. Gr. D ilexisti iustitiā et odisti iniquitatē. ꝟ. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. All'a. ꝟ. Specie tua et pulchritudine tua: intēde p̄spere procede et regna. Euāgeliū. Simile est regnū celorū decē. vt in cōi vnius virginis nō marty. fo. xi. Offr. Offerentur regi virgines post eā: proxime eius offerentur tibi. In tepore paschali. alleluya. Secreta.

S Acrificiū qd tue offerimus maiestati. clementissime deus placatus suscipe: et ꝑ merita beate petronille gloriose virginis tue. presentis vite subsidium. ꝛ future felicitatem concede. Per d. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis: ꝓpterea benedixit te deus in eternum. In tempore paschali. alleluya alleluya. Postcōio.

P Erceptis dñe salutaribus alimentis q̄s: vt intercedēte beata petronilla virgine tua. ꝑ hec proficere ad gaudia mereamur eterna. Per dominum.

Scti nichomedis martyris. Officiū.

L Etabitur iustus in dño ꝛ sperabit in eo: ꝛ laudabūtur oēs recti corde. In tēpore paschali. all'a all'a. ps. Exaudi de9 orationem meam cū depcor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

D Eus qui nos beati nichomedis martyris tui meritis et intercessione letificas. concede propicius: vt qui eius beneficia poscimus dono tue gratie consequamur. Per. Ep'la. Beatus vir q̄ in sapientia. vt in cōi vnius martyris. fo. iii. Gr. Beatus vir qui timet dn̄m: in mādatis eius cupit nimis. ꝟ. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorū b̄ndicetur. All'a. ꝟ. Posuisti dñe super caput eius coronā de lapide precioso. Euangeliū. Si quis vult post me venire. vt in cōi vnius martyris. fo. iii. In tpe paschali. Ego sum vitis vera. vt in cōi in vigilia vni9 apl'i. fol. i. Offr. In virtute tua dñe letabit iust9 ꝛ sup salutare tuū exultabit vehementer desideriū aīe eius tribuisti ei. In tpe paschali. all'a all'a. Secret.

M Unera dñe oblata sctifica: ꝛ intercedente beato nichomede martyre tuo. nos ꝑ hec a pctōꝝ nostroꝝ maculis emūda. Per. Cōio. Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide p̄cioso. Postcōio.

S Upplices te rogamus oēs deus: vt quos tuis reficis sacramentis. intercedente beato nichomede martyre tuo tibi etiā placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per dn̄m.

Sctōꝝ marcellini et petri martyrū. Officium.

C Lamauerūt iusti et dn̄s exaudiuit eos: et ex oībus tribulatiōibus eorū liberauit eos. In tpe pas. all'a. ps. Benedicam dn̄m in omni tpe: semp laus ei9 in ore meo. Oratio.

D Eus q̄ nos annua beatoꝝ martyrū tuorū marcellini et petri solennitate letificas: p̄sta q̄s: vt quorū gaudemus meritis puocemur exēplis. Per. Lcō libri apocalipsis bti ioānis apl'i. vii.

IN diebus illis. Respondēs vnus
de seniorib9: dixit mihi Hi q̄ amī
cti sunt stolis albis: q̄ sunt et vnde vene-
runt. Et dixi illi. Dñe mi: tu scis. Et di-
xit mihi. Hi sunt qui venerunt de tribu-
latione magna: et lauerunt stolas suas:
et dealbauerunt eas in sanguine agni.
Ideo sunt ante thronum dei: ⁊ seruiunt
ei die ac nocte in templo eius. Et qui se-
det super thronum: habitat super illos.
Non esurient neq3 sitient amplius: neq3
cadet super illos sol: neq3 vll9 estus. Qm̄
agn9 qui in medio throni est reget illos
⁊ deducet illos ad vite fontes aquarum
Et absterget deus omnē lachrymā ab
oculis eorū. Gr. Iustorū anime in manu
dei sunt: et nō tanget illos tormentū malicie. ℣.
Visi sunt oculis insipientiū mori: illi autē sunt
in pace. Alla. ℣. Mirabilis dñs noster in san
ctis suis. Euāgeliū. Cū audieritis prelia.
vt in cōi plurimorū mar. fo. vi. In tēpo-
re paschali. Ego sum vitis vos palmites.
vt in cōi in vigilia vnius apl'i. fo. i. Offer.
Letamini in dño et exultate iusti. et gloriami-
ni oēs recti corde. In tpe pasc. alla. Secreta
VOtiua dñe dona deferētes in tuo
rū martyrū marcellini ⁊ petri pas
siōe. tuā magnificētiā veneramur: ⁊ per
ea nobis imploramus tue pietatis auxi
liū. Per d. Cōio. Iustorum aīe in manu dei
sunt: ⁊ nō tāget illos tormētū malicie: visi sunt
oculis insipientium mori: illi autē sunt in pace.
In tempore paschali. alla alla. Postcōio.
PRotegat dñe q̄s pplm tuū et par
ticipatio celestis indulta cōuiuii ⁊
deprecatio collata sctōrū. Per d. ¶ Sctī
bonifacii sociorūq3 eius martyrū. Offiiū
SAncti tui dñe benedicēt
te: gloriam regni tui di-
cent alla. Ps. Exaltabo te
deus meus rex. et benedicā
nomini tuo in seculū et in se
culum seculi. Oratio.
OMnīps sempiterne deus qui beato
bonifacio sociisq3 eius palmā mar
tyrii cōtulisti. presta nobis q̄s: eorū meri
tis indulgētiā. qui eis largiri dignatus
es coronā. Per dñm. Epl'a. Spectaculū
facti. vt in cōi plurimorū martyrū. fo. v.
Gr. Clamauerūt iusti ⁊ dñs exaudiuit eos ⁊
ex oībus tribulationibus eorū liberauit eos. ℣.
Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde: ⁊ hu
miles spū saluabit. Alla. ℣. Sancti tui dñe
florebunt sicut liliū: et sicut odor balsami erunt
ante te. Euāgeliū. Cū psequētur vos. vt
in cōi pl'iorū marty. fo. vi. In tpe pascha
li. Ego sum vitis vos palmites. vt in cōi
in vigilia vni9 apostoli. fo. i. Offer. Con
fitebuntur celi mirabilia tua dñe. ⁊ veritatē tuā
in ecclesia sanctorum alleluya alla. Secreta.
OBlationē famulorū tuorū suscipe
oīps deus. quā tibi suppliciter defe
rimus in honore beati bonifacii marty-
ris tui sociorūq3 ei9: vt q̄ tibi semetipsos
obtulerunt hostiā laudis in odorem sua
uitatis: eorū precibus vniti mereamur:
vnigenito filio tuo dño nostro iesu chri-
sto. Qui tecū. Cōio. Gaudete iusti in dño:
alla: rectos decet collaudatio alla. Postcōio.
TUa nos mīa deus p hec sacramē
ta que sumpsimus. intercedente
beato bonifacio martyre tuo sociisq3 ei9
⁊ ab omni surreptione vetustatis expur
get: et capaces sancte nouitatis efficiat.
Per dñm. ¶ Sanctorum medardi ⁊ gil
dardi episcoporum. Officium.
SAcerdotes eius induant salu
tare: et sancti eius exultatiōe
exultabūt. In tpe paschali al
leluya alla alla. Ps. Memento
dñe dauid: et oīs māsuetudinis eius. Oratio.
DEus qui sanctā nobis huius diei
solēnitatē in honore sanctorū cō-
fessorū tuorū atq3 pontificū medardi et
gildardi consecrasti. adesto familie tue p
cibus et dona. vt quorū festa celebram9
eorū merito et auxilio subleuemur. Per
dñm. Epl'a. Plures facti sunt. vt in cōi
plurimorū cōfessorū. fo. x. Gr. Sacerdo
tes eius induāt salutare: et sctī eius exultatione
exultabunt. ℣. Illuc producā cornu dauid: para
ui lucernā xp̄o meo. Alla. ℣. Fulgebunt iusti
et tanq3 scintille in arundineto discurrēt ineter-
num. Euāgeliū. Sint lūbi. vt in cōi pluri
morum cōfessorū. fol. x. In tpe paschali.
Ego sum vitis vos palmites. vt in cōi in
vigilia vnius apl'i. fo. i. Offer. Exultabūt
sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: ex
ultationes dei in faucibus eorum. In tempo
re paschali alleluya alleluya. Secreta.

Respice dñe qs populũ tuũ ad tua
sacramẽta currentẽ: et presentẽ fe
stiuitatẽ sctõrũ cõfessorũ tuorũ atqz pon
tificũ medardi z gildardi: vt qđ in hono
re nois tui deuplectũt: cũctis proficiat ad
veniã. Per. Cõio. Ego vos elegi de mũdo
vt eatis et fructũ afferatis: et fructus vester ma
neat. In tpe paschali. all'a all'a. Postcõio.
Gratias tibi agimus dñe deus no
ster: qui nos celesti medela repara
re dignatus es: da quesumus peccatis no
stris veniã: sicut beatis confessoribus tu
is medardo et gildardo dedisti sedẽ pon
tificatus. Per dñm. ¶ In translatiõe san
cti edmundi archiepiscopi. Officium.
Gaudeamus oẽs in dño diẽ fe
stũ celebrantes: sub honore ed
mũdi presulis: de cuius trãsla
tione gaudent angeli: z collau
dãt filium dei. Ps. Exultate iusti in domino:
rectos decet collaudatio. Oratio.
Deus qui nos beati edmundi con
fessoris tui atqz pontificis trãsla
tionem celebrare concedis: te suppliciter
exoramus: vt eius meritis et precibus a
vitiis ad virtutes: et a carcere transfera
mur ad regnũ. Per. Memoria de mar
tyribus primo et feliciano. Oratio.
Hac nos qs dñe sanctorũ martyrũ
tuorũ primi et feliciani semper fe
sta sectari: quorũ suffragiis. protectiõis
tue dona sentiamus. Epistola. Ecce sa
cerdos magnus qui in vita sua. vt in cõ
muni vnius confessoris. fol. vii. Grad.
Dñe preuenisti eũ in benedictione dulcedinis
posuisti in capite eius coronam de lapide precio
so. ℣. Vitã petiit et tribuisti ei lõgitudinẽ dierũ
in seculum seculi. Alla. ℣. Hic edmũdus pau
per et modic⁹ celũ diues ingreditur: hymnis ce
lestibus honoratur. Sequentia. Alma co
hors. vt in cõi vnius confessoris. fo. viii.
Euãgeliũ. Homo qdã peregre vt in cõi
vnius cõfessoris. fo. viii. In tpe paschali
Ego sum vitis vera. vt in cõi in vigilia
vnius apl'i. fo. i. Offer. Ueritas mea et mia
mea cũ ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu
eius. In tempore pascha alla. Secreta.
Deus qui panem et vinũ in corp⁹
tuũ et sanguinẽ celesti benedicti
one conuertis concede nobis per merita
beati edmundi confessoris tui atqz pon
tificis. vt ad tuã misericordiam reuertẽ
tes tuo beneplacito conformemur. Per
dñm. Alia secreta de martyribus.
Fiat tibi dñe qsumus hostia sacrã
da placabilis preciosorũ celebrita
te martyrũ tuorũ primi z feliciani: q̃ per
eorum merita gloriosa et peccata nostra
purificet. et tuorũ tibi vota conciliet fa
mulorũ. Cõio. Beatus seruus quẽ cũ vene
rit dñs inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis su
per oĩa bona sua constituet eum. In tempore
paschali. alleluya alleluya. Postcõio
Deus qui beatũ edmundum con
fessorem tuũ atqz pontificẽ a sup
pliciis ad gaudia trãstulisti. tribue que
sumus: vt qui translationem eius vene
ramur in terris. per eius patrociniuz ad
celestia transferamur. Per dñm nostrũ.
¶ Alia postcõio de sanctis martyribus.
Quesumus omnipotens deus. vt
sanctorum martyrum tuorũ pri
mi et feliciani celestibus mysteriis cele
brata solennitas. indulgentiã nobis tue
propiciationis acquirat. Per dñm nrm.
¶ Sancti barnabe apostoli. Officium.
Mihi autẽ nimis honorati
sunt amici tui de⁹ nimis
confortatus est principa
tus eorũ. Ps. Dñe probasti
me z cognouisti me: tu cogno
uisti sessionẽ meã et resurre
ctionem meam. Oratio.
Ecclesiam tuã quesumus dñe bea
ti barnabe apostoli tui commẽdet
oratio: et pro ea interuentor existat. quã
doctrina et passione illustrat. Per. Epi
stola. Jam non estis. vt in cõmuni vni⁹
apostoli. fol. i. Grad. Nimis honorati sunt
amici tui deus: nimis confortatus est principa
tus eorũ. ℣. Dinumerabo eos et super arenam
multiplicabũtur. Alleluya. ℣. In omnẽ ter
ram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre
verba eorum. Sequentia. Alleluya nũc de
cantet. vt in cõmuni vnius apostoli. fo. i.
¶ Secundum Joannem. xv.
In illo tempore. Dixit iesus disci
pulis suis. Hoc est preceptum me
um vt diligatis inuicẽ: sicut dilexi vos.
Maiorem hac dilectionez nemo habet:

ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis q̄ ego precipio vobis. Jam non dicam vos servos: quia servus nescit q̄d facit dñs eius Vos autē dixi amicos: quia oīa quecūq; audivi a patre meo nota feci vobis. Nō vos me elegistis: sed ego elegi vos: et posui vos ut eatis et fructū afferatis: & fructus vester maneat. Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo: det vobis Credo. Offer. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui deus. nimis cōfortatus est principatus eorum. Secreta.

Placatiōis tibi dñe sacrificium in hac btissimi barnabe apostoli tui solennitate deferimus: cuius nos precibus hec redēptionis nostre suffragia. et intelligere q̄s concedas et assequi. Per d̄ Prefatio. Et te dñe. Cōio. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus israel, dicit dñs. Postcōio.

Sacramenta celestia que pro beati barnabe apostoli tui passione domine tue obtulimus maiestati: ipsi⁹ nobis quesumus fiant intercessione salutaria: in cuius natalitio sunt pcepta. Per d̄

¶ Sanctorum basilidis/cirini/naboris et nazarii martyrum. Officium.

Intret in cōspectu tuo domine gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorū vindica sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. Ps Deus venerunt gentes in hereditatem tuā: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Sanctorū martyrū tuorū basilidis cirini/naboris/et nazarii. q̄s dñe natalitia nobis votiva resplendeat: & q̄d illis contulit excellentia sempiterna. fructibus nostre devotiōis accrescat. Per d̄. Epla. Justorū anime. ut in cōi plurimorū martyrū. fo. v. Gr. Vindica dñe sanguinem sanctorum tuorū qui effusus est. V. Posuerunt mortalia servorū tuorū escas volatilibus celi carnes sanctorū tuorū bestiis terre. Alla V. Justi epulentur et exultēt in cōspectu dei: & delectentur in letitia. Euāgeliū. Ecce ego mitto. ut in cōi unius apli. fo. ii. Offer. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultatiōes dei in faucibus eorū. Secret.

Da nobis q̄s dñe pure devotiōis affectū: et sanctorū martyrū tuorū basilidis/cirini/naboris et nazarii. intercessiōibus. etiā nostra munera propici⁹ intuere. Per. Cōio. Posuerūt mortalia servorū tuorū dñe escas volatilibus celi. carnes sanctorū tuorū bestiis terre: scdm multitudinē brachii tui posside filios morte punitorū. Postcō.

Divinis sacramētis refecti q̄s dñe deus noster: ut sanctorū martyrū tuorū basilidis/cirini/naboris/& nazarii intercessionibus. gaudiis mereamur interesse celestibus. Per dñm. ¶ Sācti basilii episcopi et confessoris. Officium.

Statuit ei dñs testamentum pacis: & principē fecit euz. ut sit illi sacerdotii dignitas ineternū. Ps. Misericordias dñi: ineternum cantabo. Oratio

Deus q̄ beatū basiliū cōfessorē tuū doctorē precipuum catholiceq; fidei predicatorē eligere dignatus es. presta q̄s. ut ipso pro nobis intercedēte. pctōrū nostrorū mereamur exui malis: et tibi dño sinceris mētibus deservire. Per. Epl'a. Ecce sacerdos. ut in cōi uni⁹ cōfessoris. fo. vii. Gr. Dñe prevenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. V. Vitā petiit et tribuisti ei; lōgitudinē dierū in seculū seculi. Alla. V Justus germinabit sicut liliū: et florebit ineternum ante dñm. Euāgeliū. Homo quidam peregre. ut in cōi uni⁹ cōfessoris. fo. viii. Offer. Veritas mea et mia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti basilii cōfessoris tui atq; pōtificis supplicatiōe munus oblatum dñe q̄s fiat nobis in ppetuū salutare. Per. Cōio. Beatus servus quē cum venerit dñs invenerit vigilantē amē dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcōio.

Sumptum dñe celestis remedii sacramētum: ad perpetuam nobis pervenire gratiam beati basilii confessoris tui atq; pōtificis obtineat intercessio gloriosa. Per. ¶ Sanctorum viti et modesti atq; crescentie martyrū. Officium

IUsti epulētur et exultēt in cō-
spectu dei: et delectentur in le-
titia. ps. Exurgat deus et dissipē-
tur inimici eius: et fugiant qui ode
runt eum a facie eius. Oratio.

COncede q̄s oīps de⁹: vt sctōꝝ mar
tyꝝū tuoꝝū viti et modesti atq; cre
scētie. quoꝝū celebramus victorias. par-
ticipemur et premiis. Per. Epl'a. Iusti
autē. vt in cōi pl'iorū martyꝝū. fo. v. Gr.

Clamauerūt iusti et dn̄s exaudiuit eos: ꝛ ex oī
bus tribulatiōibus eoꝝ liberauit eos. ℣. Iuxta
est dn̄s his q̄ tribulato sunt corde: ꝛ humiles spi
ritu saluabit. Alla. ℣. Mirabilis dn̄s noster
in sanctis suis. Secundum Lucam. xi.

IN illo tp̄e. Dicebat iesus turbis iu
deoꝝū: et principib⁹ phariseoꝝ. Ue
vobis q̄ edificatis monumēta ꝓphetaꝝ
patres aūt vestri occiderūt illos. Profe-
cto testificamini: q꞉ cōsentitis operib⁹ pa
trū vestroꝝū. Qm̄ quidē ipsi eos occide-
runt: vos aūt edificatis eoꝝū sepulchra.
Propterea et sapiētia dei dixit. Mittam
ad eos prophetas et apl'os: et ex illis occi
dēt: et ꝑsequētur: vt inquiratur sanguis
oīm ꝓphetarū. q̄ effusus est a cōstitutio-
ne mundi a generatione ista. a sanguine
abel vsq; ad sanguinē zacharie. q̄ periit
inter altare et edem. Ita dico vobis: req
retur ab hac generatiōe. Ue vobis legis-
peritis: q̄ abstulistis clauē scientie: et ipsi
nō introistis. ꝛ eos qui introibant prohi
buistis. Cū hec ad illos diceret: ceperunt
pharisei et legisperiti grauiter insistere:
et os eius opprimere de multis insidian
tes ei. Et querētes capere aliquid ex ore
eius: vt accusarent eum. Offr. Gloria-
buntur in te omnes qui diligunt nomen tuum:
quoniā tu dn̄e benedices iusto: dn̄e vt scuto bo-
ne voluntatis tue coronasti nos. Secreta

PRopicius esto dn̄e supplicatiōib⁹
nostris. et populi tui oblatiōibus
precibusq; susceptis: intercessione sctōꝝū
martyꝝū tuoꝝ viti ꝛ modesti atq; crescē
tie nostra ad te corda conuerte: vt a terre
nis cupiditatibus liberi: ad celestia desi-
deria trāseam⁹. Per. Cōio. Anima nr̄a sicut
passer erepta est de laqueo venātiū. Postcōio.

SAlutaris alimonie participatiōe
refectos beatoꝝū martyꝝū tuoꝝ
viti et modesti atq; crescētie. nos dn̄e q̄s
vbiq; defensiōe custodi: quoꝝū hodie vo
luisti nos temporali solēnitate gaudere.
Per dominum nostrum iesum christū.

¶ Translatio sancti ricardi. Officium.

STatuit ei dn̄s testamentū
pacis. et principē fecit eū
vt sit illi sacerdotii digni-
tas ineternū. ps. Misericor
dias dn̄i: ineternū cātabo. Or.

DEus q̄ nos trāslationē beatissimi
confessoris tui atq; pontificis ri-
cardi solenniter celebrare cōcedis. tribue
nobis q̄s: eius meritis ꝛ precibus a mū-
di huius trāsire miseria. ꝛ ad gaudia per
uenire celestia. Per dn̄m. Memoria de
martyribus cirico et iulita. Oratio

EXaudi nos dn̄e deus noster: cū san
ctoꝝū martyꝝū tuoꝝū cirici ꝛ iulite
matris eius tibi patrocinio supplicātes:
vt quoꝝ celebramus triūphū possimus
retinere constantiā. Epl'a. Ecce sacerdos
vt in cōi vnius confessoris. fo. vii. Grad.
Dn̄e preuenisti eū in benedictione dulcedinis
posuisti in capite eius coronam de lapide precio
so. ℣. Uitā petiit et tribuisti ei lōgitudinē dieꝝ
in seculum seculi. Alla. ℣. Iust⁹ germinabit
sicut liliū: et florebit ineternum ante dn̄m. Se-
quentia. Adest nobis dies. vt in cōi vni⁹
cōfessoris. fo. viii. Euāgeliū. Homo q̄dā
peregre. vt in cōi vni⁹ cōfessoris. fo. viii.
Offr. Ueritas mea et mia mea cū ipso: et in
nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

OFferimus tibi dn̄e preces et mune
ra suppliciter exorantes: vt inter-
cessione beati ricardi confessoris tui atq;
pontificis cuius translationis solēnia co
lim⁹. a viciis ad virtutes. ꝛ a carcere trās
feramur ad regnum. Per dn̄m nostrū.

¶ Alia secreta de martyribus.

OFferimus tibi dn̄e fideliū tuoꝝ do
na solēnia. sanctoꝝū martyꝝ tuoꝝ
cirici ꝛ iulite intercessionibus cōfidētes.
vt qd̄ nos exequimur min⁹ idonea serui
tute illoꝝū potius meritis efficiatur acce
ptū. Per. Cōio. Beatus seruus quē cū vene
rit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vobis su
per oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

PEr hec sacramēta dn̄e q̄ sūpsim⁹:
et ꝑ intercessionē scti pōtificis tui

ricardi. cuius trāslatiōis diē deuote cele-
bramus. te supplices deprecamur: vt ipsi⁹
meritis et intercessiōe. a tenebris huius
vite. ad lucē perpetuā nos transferre di-
gneris. Per. Alia postcōio de martyrib⁹
PLebs tua dn̄e p hec scā que sum-
psimus capiat sacre benedictiōis
augmentum: et intercessiōe sanctorum
martyrū tuorum cirici et iulite copiosis
beneficiorum tuorum semper subleue-
tur auxiliis. Per dn̄m nostrum iesum.
¶ Sanctorꝝ marci et marcelliani mar-
tyrum. Ad missam. Officium.
SAlus aūt iustorū a dn̄o: et p-
tector eorū est in tpe tribula-
tionis. Ps. Noli emulari in mali
gnantibus: neqꝫ zelaueris facien-
tes iniquitatem. Oratio.
PResta qs oīps deus: vt q sanctoruꝫ
martyrū tuorū marci ꝛ marcellia
ni natalitia colimus. a cunctis malis im
minentibus. eorū intercessionibus libe-
remur. Per dn̄m. Epl̄a. Lingua sapien-
tum. vt in cōi plurimorū martyrū. fo. v.
Gr. IUstorum anime in manu dei sunt: et nō
tanget illos tormentū malicie. ℣. Uisi sunt ocu
lis insipientiū mori illi autē sunt in pace. All'a.
℣. Reddet deus mercedē laborū sanctorū suorū
et deducet illos in via mirabili. Euāgelium.
Uidete ne quis vos seducat vt in cōi plu
rimorū martyrꝫ quasi in medio euāgelii
Egrediente iesu de templo. in diuisione
fo. vii. Offr. Anima nostra sicut passer erep
pta est de laqueo venantium: laqueus contritus
est et nos liberati sumus. Secreta.
PReueniat nos dn̄e qsumꝰ. gratia
tua semper et prosequatur. et has
oblationes quas pro peccatis nostris no
mini tuo cōsecrādas. offerimꝰ benignus
assume: vt p intercessionē scōrꝫ marty-
rū tuorū marci et marcelliani cunctis p
ficiat ad salutē. Per dn̄m. Cōio. Amē di
co vobis qd vni ex minimis meis fecistis: mihi
fecistis: venite bn̄dicti patris mei possidete pre
paratū vobis regnū ab initio seculi. Postcōio
UT percepta nos dn̄e sancta viuifi
cent sanctorum martyrꝫ tuorum
marci ꝛ marcelliani merita gloriosa nos
adiuuent. Per. ¶ Sanctorum geruasii
et prothasii martyrum. Officium

LOquetur dn̄s pacem in ple-
bem suā: ꝛ super scōs suos et in
eos q cōuertuntur ad ipm. Ps.
Benedixisti dn̄e terram tuā: auer-
tisti captiuitatem iacob. Oratio.
DEus qui nos ānua sanctorū mar
tyrū tuorū geruasii ꝛ prothasii so
lemnitate letificas: concede propicius: vt
quorꝫ gaudemus meritis. accendamur
exemplis. Per. Ad romanos. viii.
FRatres Scimus qm̄ diligētibus
deū omnia cooperantur in bonū
his qui scd̄m ppositū vocati sunt sancti.
Nam quos presciuit: et predestinauit cō
formes fieri imagines filii sui. vt sit ipse
primogenitꝰ in multis fratribus. Quos
autem predestinauit: hos et vocauit. Et
quos vocauit: hos et iustificauit. Quos
autem iustificauit: illos et magnificauit
Quid ergo dicemus ad hec? Si deus p
nobis: quis cōtra nos? Qui etiā proprio
filio suo nō pepercit: sed pro nobis oībus
tradidit illū. Gr. Gloriosus deꝰ in sanctis
mirabilis in maiestate: faciens pdigia. ℣. Dex
tera tua dn̄e glificata est in virtute; dextera ma
nus tua cōfregit inimicū. All'a. ℣. Sācti ꝛ iu
sti in dn̄o gaudete. vos elegit deus in hereditate
tem sibi. ¶ Secundum Marcum. xiii.
IN illo tpe. Egrediēte iesu de tem-
plo: ait illi vnus ex discipulis suis.
Magister: aspice quales lapides. et qua
les structure. Et respondens iesus: ait il
li. Uides has oēs magnas edificatiōes?
Nō relinquetur lapis sup lapidē: qui nō
destruatur. Et cū sederet in mōte oliuarꝫ
contra templū: interrogabāt eū separa-
tim petrus/ et iacobus/ et ioānes/ et ādre
as. Dic nobis qn̄ ista fient: et qd signum
erit. qn̄ hec oīa incipiēt cōsummari. Et
respōdens iesus: cepit dicere illis Uidete
ne quis vos seducat. Multi enim veniēt
in noīe meo dicētes. qr ego sū: et multos
seducēt. Cū aūt audieritis bella et opini
ones bellorū: ne timueritis. Oportet eīn
hec fieri: sed nondū finis. Exurget enim
gens cōtra gentē: et regnū sup regnū: et
erūt terremotus p loca et fames. Initiū
dolorū hec. Uidete autem vosmetipsos
Tradēt eīn vos in conciliis: et in synago
gis vapulabitis: et ante presides ꝛ reges

stabitis propter me in testimonium illis
Et in oẽs gentes primũ oportet predica
re euangeliũ. Et cũ duxerint vos tradẽ-
tes: nolite precogitare quid loquamini.
sed quod datũ fuerit vobis in illa hora.
id loquamini. Nõ enim vos estis loquẽ-
tes: sed sp̃us sanctus. Tradet aũt frater
fratrẽ in mortẽ. et pater filiũ. ꝛ cõsurgẽt
filii in parẽtes: et morte afficient eos. Et
eritis odio oĩbus: propter nomẽ meum.
Qui aũt sustinuerit in finẽ: hic saluꝰ erit
Offr. Letamini in domino et exultate iusti:
et gloriamini omnes recti corde. Secreta.
Hostias tibi dñe laudis offerimus:
quas beatis martyribus tuis ger
uasio et prothasio cõtulisti: vt et pro tuo
nomine mori non pauerent: et sempiter
na gloria fulgeãt interempti. Per dñm.
Cõio. Posuerunt mortalia seruoꝝ tuoꝝ dñe
escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorũ
bestiis terre: secundum magnitudinem brachii
tui posside filios morti punitorum. Postcõio.
Benedictio tua dñe q̃s per hec san-
cta mysteria tuorũ impleat corda
fideliũ: vt et sanctorũ martyꝝ geruasii ꝛ
prothasii honorificẽt passiones. et reme
dia salutis eterne. que expetunt eisdẽ pa
trocinantibus assequãtur. Per dñm no
strum. In translatione sancti edwar-
di regis et martyris. Officium.



Loria et honore corona
sti eũ: et cõstituisti eum
super opera manuũ tu
arũ. Dñe dñs noster q̃
admirabile est nomẽ tuũ in
vniuersa terra. Oratio.
Deus eterni triumphator imperii
familiã tuam propicius respice.
trãslationẽ regis celebrantem edwardi
et presta: vt sicut illũ munere glorificare
dignaris celesti. ita nos eius obtẽtu eter
ne felicitati facias dignãter ascribi. Per
do. Ep̃la. Beatus vir qui inuẽtus vt in
cõi vnius martyris. fol. iii. Gr. Posuisti
dñe super caput eius coronã de lapide precioso.
℣. Desideriũ aĩe eius tribuisti ei. et volũtate la
biorũ eius nõ fraudasti eũ. Alla. ℣. Beatꝰ vir
q̃ suffert tẽptationẽ: q̃m cũ probatus fuerit acci
piet coronã vite. Vt in fe. ix. lec. Sequentia
Organicis canamus vt in cõi viiꝰ mar-
tyris. fo. iii. Euangelium. Si quis venit
ad. vt in cõi viiꝰ martyris. fol. iiii. Offr.
Posuisti dñe in capite eiꝰ coronã de lapide pre
cioso: vitã petiit a te et tribuisti ei alla. Secre.
Intuere q̃s dñe deus ad nostre hu
militatis hostiã tibi in honore san
cti martyris tui ac regis edwardi obla-
tam: quã tibi sacram oblationẽ mirabili
dispensatione efficere voluisti: ꝛ concede
nobis illius precibus ita innocenter vi-
uere. vt ad eterna mereamur gaudia p-
uenire. Per dñm nostrũ. Cõio. Qui vult
venire post me abneget semetipsum: ꝛ tollat cru
cem suam et sequatur me. Postcõio.
Ancta tua nos dñe sumpta puri-
ficent: et btõ martyre tuo ac rege
edwardo intercedẽte. ad perpetue beati
tudinis consortiũ pducant. Per. Scti
albani prothomartyris anglorũ. Officiũ.



N ṽtute tua dñe letabitur iu
stus: et super salutare tuũ ex-
ultabit vehementer: desideri
um anime eius tribuisti ei. ps.
Quoniam preuenisti eum in benedictione dulce
dinis: posuisti in capite eius coronam de lapide
precioso. Oratio.
Deus qui hunc diem beati albani
martyrio consecrasti. tribue q̃s vt
cuius annuo gratulamur officio: eiꝰ cõ-
tinuo foueamur auxilio. Per dominum.
Lectio libri sapientie. iiii.
Iustus si morte preoccupatus fue
rit: in refrigerio erit. Senectꝰ enĩ
venerabilis est. nõ diuturna: neq; nume
ro annorum computata. Cani sunt aũt
sensus hoĩs: et etas senectutis vita ima-
culata. Placens deo factus dilectus: ꝛ vi
uens inter peccatores trãslatus est. Ra-
ptus est ne malicia mutaret intellectum
illius: aut ne fictio deciperet aĩam illius.
Consummatus in breui expleuit tẽpo-
ra multa: placita enim erat deo aĩa illiꝰ.
Propter hoc pperauit educere illum de
medio iniquitatis: q̃m gratia dei ꝛ mise
ricordia est in sanctos eius: et respectus
in electos illius. Gr. Beatꝰ vir qui timet
dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens
in terra erit semen eius: generatio rectorũ bene
dicetur. Alla. ℣. Posuisti dñe sup caput eius
coronam de lapide precioso. Sequentia.

[E]Ia gaudens caterua ouanter eya
[P]ange sonora dn̄o: cantica illius
et enarra magnalia. Ex toto corde ex to
ta v̄tute: ex tota aīa christo iubila. Qui
est sctōr̄ vita/ virtus/ gloria/ premiū co
rona. Cuius pietas larga: comit aurea
albanū laurea. Cuius precellēs gratia:
expurgauit eiꝰ crimina. Eius et cornu
p̄ secla: exultat in magna gloria. Cū eiꝰ
percepisset diua munera. Sancte religio
nis dona mystica. Aspernens idolatrā
regē spreuit idola. Et cū iam duceretur
mortis ad supplicia. Prece fugans flu
mina. Per fluuii glareas: sicca trāsiuit
semita. Pari quoqꝫ gratia. Grata fon
tis munera: terra produxit arida. Post
hec inclyta albane pater opera. Linquēs
hec terrestria. Scādis cum gloria: celo
rū dindima. Te nūc petimus patrone
prece sedula. Qui es nostra vera gloria
Solue precum votis seruorum scelera
Exora pro gente anglica: et pro eius pa
ce eterna. Ter dicitur vꝰ predictus. Et
nobis tibi supplicibꝰ vite vera impetra
gaudia. Ubi sonat iugiter all'a. Euāge
liū. Si q̄s vult post me. vt i cōi vniꝰ mar
tyris. fo. v. Offra. In virtute tua dn̄e letabi
tur iustus, et super salutare tuū exultabit vehe
mēter. desideriū aīe eius tribuisti ei. Secreta

[S]Icut in beati albani martyris tui
venerationе te mirabilē predica
mus: sic dn̄e clementiā tuam per hec pie
placatiōis officia. pro nobis q̄s ipse pius
interuentor existat. Per d. Cōio. Magna
est gloria eius in salutari tuo, gloriā et magnū
decorē impones super eum dn̄e. Postcōio.

[U]Et tua nos dn̄e sacramēta purgēt
a crimine: sanctam maiestatē tuā
quesumus. beatus martyr albanus sem
per imploret. Per dominū. ¶ In vigilia
sancti Joannis baptiste. Officium.

[N]E timeas zacharia ex
audita est oratio tua: et
elizabeth vxor tua pari
et tibi filiū et vocabis no
mē eiꝰ ioānē: et erit ma
gnus corā dn̄o: et spiritu
sancto replebitur adhuc ex vtero matris
sue: et multi in natiuitate eiꝰ gaudebūt.
ps. Dn̄e in virtute tua letabitur rex. et super sa
lutare tuum exultabit vehementer. Oratio.

[P]Resta quesumus oīpotens deus:
vt familia tua per viā salutis ince
dat: et beati ioānis precursoris hortamē
ta sectādo, ad eū quē predixit. secura per
ueniat. dn̄m nostrū iesuz xp̄m filiū tuū.
Qui te. Mēoria de sctā etheldreda. Oro

[D]Eus q̄ nos hodie btē etheldrede
virginis tue annua solennitate le
tificas: cōcede propicius: vt eius adiuue
mur meritis. cuiꝰ castitatis irradiamur
exemplis. ¶ Lectio hieremie prophete. i.

[I]N diebus illis. Factum est verbū
dn̄i ad me dicēs. Priusq̄ te forma
rē in vtero noui te: et āteq̄ exires de vul
ua sanctificaui te: et prophetā in gētibus
dedi te. Et dixi. A. a. a. dn̄e deus. Ecce ne
scio loqui: q2 puer ego sum. Et dixit dn̄s
ad me. Noli dicere: quia puer sum: q2
ad oīa que mittā te ibis. et vniuersa que
mandauero te loqueris. Ne timeas a fa
cie eorū: q2 ego tecū sum: vt eruā te dicit
dn̄s. Et misit dn̄s manū suam: et tetigit
os meuz. Et dixit dn̄s ad me. Ecce dedi
verba mea in ore tuo: ecce constitui te ho
die super gentes et super regna. vt euel
las/ et destruas/ et disperdas/ et dissipes/
et edifices/ et plantes. Dicit dn̄s: omnipo
tēs. Gr. Fuit homo missus a deo cui nomen
erat ioannes hic venit. ℣. Ut testimoniū perhi
beret de lumine et parare dn̄o plebē perfectam
Si dn̄ica fuerit dicitur. All'a. ℣. Tu puer
propheta altissimi vocaberis preibis enim ante
dn̄m parare vias eius. ¶ Initiū sancti euā
gelii. Secundum Lucam. Primo.

[F]Uit in diebus herodis regis iude
sacerdos q̄dam noīe zacharias de
vice abia: et vxor illius de filiabus aaron
et nomen eius elizabeth. Erant autē iu
sti ambo ante deum: incedētes in oībus
mādatis et iustificatiōibus dn̄i sine que
rela. Et non erat illis filius: eo q̄ esset eli
zabeth sterilis: et ambo processissent in
diebus suis. Factum est autem cū sacer
dotio fungeretur zacharias in ordine vi
cis sue ante deū: scd̄m consuetudinem sa
cerdotii sorte exiit. vt incensum poneret
ingressus in templū dn̄i Et oīs multitu
do populi erat orans foris: hora incensi.
Apparuit autē illi angelus dn̄i: stās a de

xtris altaris incensi. Et zacharias turba
tus est videns: et timor irruit super eum
Ait autē ad illū angelus. Ne timeas za-
charia: quoniam exaudita est deprecatio tua: et
vxor tua elizabeth pariet tibi filiū: et vo
cabis nomen eius ioannem. Et erit gau
diū tibi et exultatio: et multi in natiuita
te eius gaudebunt. Erit enim magnus co
ram dño: vinū et siceram nō bibet. Et spi
ritu sctō replebitur adhuc ex vtero ma-
tris sue: et multos filiorū israel cōuertet
ad dñm deū ipsorū. Et ipse pcedet āte il-
lum in spiritu et virtute helye: vt conuer
tat corda patrum in filios et incredulos
ad prudentiā iustorū. Parare dño: plebē
perfectam. Offer. Gloria et honore corona
sti eum: et constituisti eum super opera manuū
tuarum domine. Secreta.

Da qs oṗs deus. vt sicut beatus io
annes baptista astruxit: agnus il
le tuus q̄ psentibus mysteriis declarat⁹
est: peccata nostra semper emūdet. Per.
dñm. Alia secreta de sancta etheldreda.

Que in hoc altari pposita dñe ocu
lis tue maiestatis offerimus: san
cte etheldrede virginis tue supplicationi
bus. qs ppiciat⁹ assume. Cōio. Magna
est gloria eius in salutari tuo: gloriā et magnū
decorē impones super eum dñe. Postcōio.

Beati ioannis baptiste nos dñe pre
clara comitetur oratio: et quē ven
turū esse predixit. poscat nobis fore pla-
catum. dñm nostrum iesum christū fili-
um tuum. Qui tecum viuit et regnat.
Alia postcōio de sancta etheldreda.

Quesumus oṗs deus: vt qd̄ de mē
sa celesti percepimus. intercedē-
te beata etheldreda virgine tua: nostros
ad te semper trahat affectus. Per dñm.
In die sancti ioānis baptiste. Officiū.

De vētre matris mee vo
cauit me dñs noīe meo:
et posuit os meū vt gla-
diū acutū: sub tegmēto
manus sue protexit me
posuit me quasi sagittā
electam. Ps. Bonum est confiteri dño: et psal-
lere nomini tuo altissime. Oratio.

Deus qui presentē diē honorabilē
nobis in beati ioannis natiuitate
fecisti: da populis tuis spiritualiū gratiā
gaudiorū. et oīm fidelium mentes diri-
ge in viam salutis eterne. Per dominū.
Lectio Isaie prophete. xlix.

Audite insule: et attendite populi
de longe. Dñs ab vtero vocauit
me: de vētre matris mee recordatus est
noīs mei. Et posuit os meū quasi gladi
um acutū: in vmbra manus sue ptexit
me: et posuit me sicut sagittā electam. In
pharetra sua abscōdit me: et dixit mihi.
Seruus me⁹ es tu israel: qz in te gloria-
bor. Et nunc hec dicit dñs formās me ex
vtero seruū sibi: dedi te in lucē gentiū: vt
sis salus mea. vsqz ad extremum terre.
Reges videbūt et cōsurgēt principes: et
adorabunt dñm deū tuū: et sanctū israel
qui elegit te. Gr. Priusq̄ te formarē in vte
ro noui te: et anteq̄ exires de vētre sanctificaui te.
ꝟ. Misit dñs manū suā et tetigit os meū: et di-
xit mihi. Alla. ꝟ. Inter natos mulierum non
surrexit maior ioanne baptista. Sequentia.

Sancti baptiste xp̄i preconis. So-
lennia celebrātes moribus ipm se
quamur. Vt ad vitā quam predixit asse
clas suos pducat. Deuoti te sanctissime
hoīm amice iesu xp̄i flagitamus vt gau
dia pcipiamus. Sequēs v⁹. dr in natiui
tate eiusdē tantū. Apparensqz zacharie
gabriel repromisit q̄ tuā celebrarēt obse-
quiis natiuitatē. Sequēs v⁹. dr in decol
latiōe eiusdē tantū. Maxima que dātur
sanctis in celo q̄ martyrii tui congaude-
mus victoriis in die ista. Vt p hec festa
eterna gaudia adipiscamur. Qua sancti
dei sacris deliciis leti cōgaudēt. Tu qui
preparas fideliū corda. Ne quid deuiū
vel lubricū deus in eis inueniat. Te de
poscimus vt crimina nostra. Et facino
ra cōtinua prece studeas absoluere. Pla
cat⁹. Vt ipse suos. Semp inuisere. Fi
deles. Et mansionē. In eis facere. Di
gnetur. Vt agni vellere quem tuo digi
to. Mundi monstraueras tollere crimi-
na nos velit induere. Vt ipsum merea-
mur angelis associi. In alba veste sequi
per portā clarissimā. Amice christi ioā-
nes. Iste vltim⁹ v. dr ter in vtroqz festo.

Secundum Lucam. primo.
In illo tpe. Elizabeth impletuz est

tempus pariendi: et peperit filiũ. Et audierunt vicini et cognati eius quia magnificauit dñs mĩam suam cũ illa: et cõgratulabantur ei. Et factũ est in die octauo venerunt circũcidere puerum: et vocabant eũ noĩe patris sui zachariam. Et respondens mater eius: dixit. Nequaq̃: sed vocabitur ioannes. Et dixerũt ad illam. quia nemo est in cognatione tua: q̃ vocetur hoc nomine. Innuebãt autem patri eius: quẽ vellet vocari eum. Et postulans pugillarem: scripsit dicẽs. Joannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autẽ illico os eius. et lingua eius: et loquebatur benedicẽs deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorũ: et super oĩa montana iudee diuulgabantur oĩa verba hec. Et posuerunt oẽs qui audierant in corde suo: dicentes. Quis putas puer iste erit. Etenim manus dñi erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est spiritu sancto: et prophetauit dicens. Benedictus dñs deus israel: quia visitauit et fecit redẽptionem plebis sue. Credo. Offr. Iustus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Tua nos dñe muneribꝰ altaria cumulamus/illius natiuitatem honore debito venerãtes et opẽ nobis afforẽ deprecantes: q̃ saluatorẽ mũdi et cecinit affuturũ et adesse mõstrauit presentẽ iesum christum filium tuum. Qui tecum Prefatio quotidiana. Cõio. Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis eñ ante faciẽ dñi parare vias eius. Postcõio.

Sumat ecclesia tua deus beati ioãnis baptiste generatione letitiaꝫ: p quẽ sue regenerationis cognouit auctorẽ. dñm nrm iesũ xpm filiũ tuũ. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus.

¶ Per totas octa. dicitur eadẽ missa de sctõ ioãne: nisi festũ intercurrat: et nisi in dñica: sed sine seqn. et Credo: et nisi missa Salus populi. vel missa dñicalis ex necessitate cantanda fuerit: et quando dicitur missa de festo loci: vel de sancta maria.

¶ Sanctorum ioannis et pauli martyrum. Ad missam. Officium.



Multe tribulationes iustorũ et de his oĩbus liberauit eos dñs: dñs custodit oĩa ossa eorũ vnuꝫ ex his non cõteretur. Ps. Benedicam dñm in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Quesumus oĩps deꝰ. vt nos geminata letitia hodierne festiuitatis excipiat: que de beatorũ ioannis et pauli glorificatione pcedit. quos eadẽ fides et passio vere fecit esse germanos. Per do. Memoria de sctõ ioanne baptista. vtš. Epl'a. Hi sunt viri. vt in cõi plior mart. fo. v. Gr. Ecce q̃ bonũ et q̃ iocundũ habitare fratres in vnũ. V. Sicut vnguentũ in capite qđ descendit in barbã: barbã aaron. V. Mandauit dñs bñdictionẽ: et vitã vsq; in seculũ. All'a. V. Isti sũt duo oliue et cãdelabra lucẽtia ante dominũ: habẽt potestatẽ claudere celũ nubibus: et aperire portas eius q: lingue eorum claues celi facte sunt. Si dñica fuerit dr sequentia. Ecce pulchra canorũ. vt in cõi plior mart. fo. v. Euangeliũ. Attendite a fermento. vt in cõi plurimorum martyrum. fo. vi. Offr. Gloriabuntur in te oẽs qui diligunt nomẽ tuum q: tu benedices iusto: dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Hostias altaribus tuis dñe placationis imponimus potẽtiam tuaꝫ in sanctorũ tuorũ ioannis et pauli passionibus honorãdo: et per eos nobis implorando veniã peccatorũ. Per dñm. Cõio. Et si corã hominibus tormẽta passi sunt deus tẽptauit eos: tãq̃ aurum in fornace pbauit eos et quasi olocausta accepit illos. Postcõio.

Sumptis sacramentis plebs tua dñe quesumus repleta proficiat: et eorũ fulta presidiis: quorum natalicia celebrat: qđ temporaliter deuota sectatur: eternũ cõsequi mereatur. Per. ¶ In vigilia apostolorũ petri et pauli. Officium



Dicit dñs petro: cuꝫ esses iunior cingebas te: et ambulabas vbi volebas: cũ autẽ senueris extendes manꝰ tuas: et alius te cinget. et ducet quo tu non vis: hoc autem dixit significãs qua morte clarificaturus esset deum. Ps. Celi enar-

rãt gloriam dei. et opera manuum eius annũ-
ciat firmamentum. Oratio.

DEus qui nos beatorũ apostolorũ
tuorũ petri et pauli natalitia glo-
riosa preuenire cõcedis: tribue quesum⁹
eorum nos semper et beneficiis preueni
ri. ⁊ orationibus adiuuari. Per dominũ
¶ Memoria de sancto Leone. Oratio.

DEus q̃ beatũ leonẽ põtificem sctõ
rũ tuorũ meritis cõequasti. cõce-
de propici⁹: vt q̃ cõmemoratiõis eius fe-
sta recolim⁹. vite quoq; ei⁹ imitemur ex
empla. Memoria de sancto ioãne bapti-
sta. ¶ Lectio actuum apostolorum. iii.

IN diebus illis. Petrus et ioannes
ascẽdebãt in templũ: ad horã ora-
tionis nonã. Et quidaʒ vir qui erat clau
dus ex vtero matris sue baiulabat: quẽ
ponebant quotidie ad portã templi que
dicitur speciosa. vt peteret elemosinam:
ab introeuntibus in templũ. Is cũ vidis
set petrum et ioannem incipiẽtes introi
re in templuʒ: rogabat vt elemosynam
acciperet. Intuẽs autẽ in eum petrus cũ
ioanne: dixit. Respice in nos. At ille intẽ
debat in eos: sperans se aliquid acceptu-
rũ ab eis. Petrus aũt dixit Argentum ⁊
aurũ non est mihi: qd̃ autẽ habeo hoc ti-
bi do. In nõie iesu christi nazareni: surge
⁊ ambula. Et apprehẽsa eius manu dex
tera alleuauit eũ: ⁊ ptin⁹ cõsolidate sunt
bases eius et plãte Et exiliẽs stetit: ⁊ am
bulabat. Et intrauit cũ illis in templuʒ
ambulãs et exiliẽs ⁊ laudans deũ. Et vi
dit eũ oĩs populus ambulantẽ: et laudã
tem deũ. Cognoscebant aũt illũ: q̃m ipse
erat. q̃ ad elemosynaʒ sedebat ad specio-
sam portã tẽpli. Et repleti sunt stupore
et extasi: in eo qd̃ cõtigerat illi. Gr. In
oẽm terrã exiuit sonus eorũ. ⁊ in fines orbis ter
re verba eorũ. ℣. Celi enarrant gloriã dei. ⁊ ope
ra manuũ eius annũciat firmamentũ. Si dñi
ca fuerit. Alla. ℣. Nimis honorati sunt ami
ci tui deus. nimis confortatus est principat⁹ eo
rum. ¶ Secundum Joannem. xxi.

IN illo tp̃e. Dixit iesus symoni pe-
tro Symõ ioãnis diligis me plus
his. Dicit ei. Etiã dñe: tu scis quia amo
te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei
iterum. Symon ioãnis diligis me. Ait
illi: etiam dñe. tu scis quia amo te. Dicit
ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio.
Symon ioannis amas me. Contrista-
tus est petrus q2 dixit ei tertio amas me
et dixit ei. Dñe tu oĩa nosti: tu scis quia
amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amẽ
amẽ dico tibi cum esses iunior cingebas
te: et ambulabas vbi volebas. Cum au-
tẽ senueris: extendes manus tuas. et ali
us te cinget. et ducet quo tu nõ vis. Hoc
autẽ dixit: significans qua morte: clarifi
caturus esset deũ. Offr. Mihi autẽ nimis
honorificati sunt amici tui deus. nimis confor-
tatus est principatus eorum. Secreta.

MUnera dñe tue propiciationis de
ferimus: que tibi pro nostris gra
ta ieiuniis q̃sumus deprecatio. quorũ so
lẽnia preuenimus efficiat. Per dominũ
¶ Alia secreta de sancto leone.

ANnue nobis dñe p intercessionẽ
beati leonis confessoris tui atq;
põtificis: vt hec nobis prosit oblatio quã
immolãdo toti⁹ mũdi tribuisti relaxari
delicta. Cõio. Symon ioannis diligis me.
plus his domine tu omnia nosti. tu scis domine
quia amo te. Postcõmunio.

SUmpsimus dñe diuina mysteria
beatorũ apostolorũ tuorũ petri et
pauli desiderata solennia precurrentes.
presta q̃s: vt eorũ supplicationibus mu-
niamur: quorũ regimur pricipatu. Per
dominũ. Alia postcõio de sancto leone.

SUmẽtes dñe diuina mysteria sã-
cti leonis confessoris tui atq; pon
tificis. pia nos q̃s intercessio psequatur
vt cuius solennia recẽsemus optata pre
sidia sentiam⁹. Per dñm. ¶ In die apo-
stolorum petri et pauli. Officium.



NUnc scio vere quia misit
dñs angelũ suum: et eri
puit me de manu hero-
dis: ⁊ de oĩ expectatione
plebis iudeorum. ℣. Et petr⁹
ad se reuersus dixit. Oro.

DEus qui hodiernã diẽ apostolorum
tuorũ petri et pauli martyrio con
secrasti: da ecclesie tue eorum in omnib⁹
sequi preceptũ. per quos religionis sum
psit exordium. Per dominum nostrum
¶ Lectio actuum apostolorum. xii.

IN diebus illis. Misit herodes rex manus: vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autē iacobū fratrē ioannis gladio. Vidēs aūt qa placeret iudeis apposuit apprehendere et petrū. Erant autē dies azimorum. Quē cū apprehendisset misit in carcerem: tradens quatuor quaternionibus militū ad custodiendū volēs post pascha cū producere ppl'o Et petrus qdē seruabatur in carcere: oratio aūt fiebat sine intermissiōe ab ecclesia ad deū pro eo. Cū aūt pducturus eū esset herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiēs inter duos milites/ vinctus cathenis duabus. et custodes āte hostiū custodiebāt carcerē. Et ecce angelus dñi astitit: et lumen refulsit in habitaculo. Percussoqz latere petri: excitauit eum dicens. Surge velociter. Et ceciderūt cathene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eū. Precingere: et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circumda tibi vestimentū tuum: et sequere me. Et exiēs sequebatur eū: et nesciebat qz verū est. qd fiebat per angelū. Existimabat aūt se visum videre/ Trāseūtes autē primā et secundā custodiā: venerunt ad portā ferream que ducit ad ciuitatē: q vltro aperta est eis. Et exeuntes pcesserūt vicū vnū et cōtinuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus: dixit. Nunc scio vere qz misit dñs angelū suum: et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorum. Gr. Constitues eos principes super omnem terram: memores erūt nominis tui dñe. V. Pro patribus tuis nati sūt tibi filii: propterea populi confitebuntur tibi. Alla. V. Tu es symon bariona cui caro et sanguis non reuelauit verbum patris: sed ipse pater qui in celis est. Sequentia.

LAude iocunda melos turma plo na. Iungēdo verba symphonie rithmica. Concrepans inclyta armonia vera celi lumina. Nunc q aurea illustrarūt mūdi regna oīa. Venerāt fortia iam quasi trophea in celi regia. Quorū merita dissoluant crimina hac die fulgida. Nā alter crucis supplicio triumphās alter ensis iugulo vterqz nitet laurea. Et sup sublimes sydera insignes victoria celica prelati sunt in curia. Hinc beate petre q maxima reseras claudis verbo celi limina. Sume pius vota fidelia peccati cūcta dissoluēdo vincula. Sacra paule ingere dogmata illustrans plebis pectora. Et quousqz det deus perfecta: vltra fer mentes sydera. Pulchris qua resultet musica virtutū fidibus atqz melis cōcina In qua symphonia misceatur et illa q vere diatesseron prima. Cōstās virtute et iustitia. Tēperātia et prudentia. Quib' supera agmina rite decorata: xpo cātica psallūt en armonica. Nostro sint choro socia: illa dent lumina qs preconia dam' iperlirica. Sublime dicāt nūc oīa anīe redēpta. Euāgeliū. Venit iesus in partes. vt i [illegible] fo. Credo. Offr. Constitues eos principes super omnē terram: memores erūt nominis tui in omni progenie et generatione. Secreta.

HOstias dñe quas nol tuo sacrandas offerimus apostolica psequatur oratio p quā nos et expiari tribuas et defendi. Per dñm. Prefatio. Et te domine. Cōio. Tu es petrus: et super hanc petrā edificabo ecclesiam meam. Post cōio.

QVos celesti dñe alimento satiasti quesumus. apostolicis intercessionib' ab omni aduersitate custodi. Per.

In cōmemoratiōe sctī pauli. Officiū.

SCio cui credidi et certus sum: quia potens est depositū meum seruare in illū diē. Ps. Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

DEus qui multitudinē gētiū beati pauli apostoli tui pdicatiōe docuisti. da nobis qs: vt cuius natalitia colimus eius apud te patrocinia sentiam'. Per. Memoria de sancto petro. Oratio.

DEus qui beato petro aplo tuo collatis clauibus regni celestis. aias ligandi atqz soluendi pontificium tradidisti: concede propicius: vt intercessiōis eius auxilio a peccatorū nostrorū nexibus liberemur. Memoria de sctō ioanne baptista. vt s. Ad galathas. prima.

FRatres. Notū vobis facio euāge

lium quod euangelizatũ est a me: qḋ nõ est scḋm hoīem: neqꝫ enī ego ab hoīe accepi illud: neqꝫ didici. sed per reuelationē iesu christi. Audistis enim cõuersationē meã aliquando in iudaismo: qm̃ supramodũ persequebar ecclesiam dei: ꝛ expugnabã illã. Et proficiebã in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abundãtius emulator existens paternarũ mearꝫ traditionũ. Cum autem placuit ei q̄ me segregauit de vtero matris mee. et vocauit ꝑ gratiã suã. vt reuelaret filiũ suũ in me: vt euangelizarē illũ in gentibus: continuo non acquieui carni et sanguini/ neqꝫ veni hierosolymã ad antecessores meos apostolos. sed abii in arabiã. ꝛ iterũ reuersus sum damascum Deinde post annos tres veni hierosolymã videre petrum: et mansi apud eum: diebus quindecim. Alium autē apostolorꝫ vidi neminē: nisi iacobũ fratrē dñi. Que aũt scribo vobis: ecce corã dño qꝛ nõ mētior. Deinde veni in partes syrie et cilicie Eram autē ignotus facie ecclesiis iudee que erãt in xp̄o iesu. Tantũ autem auditũ habebant: quoniã qui persequebatur nos aliquãdo: nũc euãgelizat fidē quam aliquãdo expugnabat. Et in me clarificabãt: dñm iesum xp̄m. Gr. Qui operatus est petro in apostolatũ. operatus est et mihi inter gētes. et cognouerũt gratiã dei q̄ data est mihi. ℣. Gratia dei in me vacua nõ fuit. sed gratia eius semꝑ in me manet. Alla. ℣. Magnus sctũs paulus vas electionis vere digne est glorificandus. Sequẽtia. Solēnitas sctī pauli. Require supra in festo cõuersiõis eiusdē. fo. vi. Euãgeliũ. Dixit symõ petr⁹ ad iesum. Ecce nos reliquimus oīa. vt in cõi vnius apl̄i. fo. ii. Credo. Offr. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus. nimis cõfortatus est principatus eorꝫ. Secreta.

Oblationē tibi dñe votiuam deferimus deprecantes vt ad laudez tui nois et apostolice reuerentiam dignitatis. et ad nostrum perueniat sanctificata presidium. Per dominum. Alia secreta.

Ecclesie tue qs dñe preces et munera beati petri apl̄i tui cõmēdet oratio: et quod pro illius gloria celebramus nobis ꝓsit ad veniã. Prefatio. Et te dñe.

Cõio. Amen dico vobis. qꝛ vos qui reliquistis oīa et secuti estis me, centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis. Postcõio.

Da qs oīps deus: vt ecclesia tua ꝛ sacramentis refecta salutaribus. et beati pauli apl̄i fulta supplicationib⁹ sic presentia dona percipiat. vt capere mereatur eterna. Per dñm. Alia postcõio.

Letificet nos dñe qs munus oblatũ: vt sicut in apostolo tuo petro te mirabilē predicamus. sic ꝑ illũ tue sumam⁹ indulgētie largitatē. ¶ In oct. sci ioãnis baptiste. Officiũ. Or. Epl̄a. Gr. Alla. Offr. ꝛ Cõio. sicut in prima die dicãtur: cũ hoc euãgelio. ¶ Scḋm lucam. i

In illo tpe. Dixit ad zachariã ãgelus. Ne timeas zacharia: qm̃ exaudita est deprecatio tua. et vxor tua elizabeth pariet tibi filium. et vocabis nomē eius ioãnem Et dixit zacharias ad angelum. Unde hoc sciã: Ego eñ sum senex et vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus: dixit ei. Ego sum gabriel qui asto ante deũ: et missus sum loqui ad te: et hec tibi euãgelizare. Et ecce eris tacēs: et nõ poteris loqui vsqꝫ in diē quo hec fiãt: pro eo qꝛ non credidisti verbis meis: q̄ implebũtur in tempore suo. Et erat plebs expectans zachariã: et mirabãtur qꝛ tardaret ipse in tēplo. Egressus autem: nõ poterat loqui ad illos. Et cognouerũt: qꝛ visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis: et permãsit mutus. Et factũ est vt impleti sunt dies officii eius: abiit in domũ suam. Post hos autē dies cõcepit elizabeth vxor ei⁹. et occultabat se mensibus quinqꝫ dicēs. Quia sic fecit mihi dñs: in diebus qbus respexit auferre opprobrium meum: inter homines. ¶ Si iste octaue in sabbato vel in dominica euenerint: missa de octaua dicitur in capitulo. ¶ In die visitatiõis beate marie virginis. Officium.



Gaudeamus oēs in dño diē festũ celebrantes sub honore marie virginis: de cuius visitatiõe gaudent angeli et collaudãt filiũ dei. Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opa mea regi. Or.

Deus qui sacratissimam virginẽ mariam vnigeniti tui matrẽ mutue consolationis gratia beatã elizabeth visitare fecisti. concede propicius nobis famulis tuis: vt ex eius visitationib⁹ assidue cõsolemur: et a cunctis aduersitatibus tuo munimine ptegamur. Per eũd.

¶ Lectio libri sapientie. Canticorum. ii.

Ego flos campi: et liliũ conuallium. Sicut liliũ inter spinas: sic amica mea inter filias. Sicut mal⁹ inter ligna siluarum: sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quẽ desiderabã sedi: et fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellã vinariã: ordinauit in me caritatẽ. En dilectus meus loquitur mihi. Surge propera amica mea: colũba mea: formosa mea et veni. Iã enim hyems trãsiit: imber abiit et recessit. Flores apparuerũt in terra nostra: tẽpus putatiõis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra. Ficus protulit grossos suos: vinee florentes odorem suũ dederũt. Surge propera amica mea: colũba mea in foraminibus petre: in cauerna macerie. Ostende mihi faciem tuã: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis est: facies tua decora. Gr. Benedicta et venerabilis es virgo maria: que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quẽ totus nõ capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Alla. ℣. Pater mirifica summa per gratiã dona multiplica: ditans ecclesiam sacris virtutibus: tollens dissidiũ cõfer petentibus tuum presidium. Sequentia.

Celebremus in hac die festũ dom⁹ zacharie laudibus letitie. Contẽplemur ibi gestũ: et de festo fiat festũ iam dom⁹ ecclesie. Thema iã solẽnitatis: copiose caritatis gratia recolit. Quã elizabeth beata: senectute fecũdata suscepisse scribit. Orbis tot⁹ gratuletur: toto cordis veneretur. dulcis visitatio. O cõpassiua cordis benignitas: excellẽtim stat⁹ humilitas sacra cõsolatio. In introitu marie: prolẽ matrẽ pphetie: spũs illuminat. Confortata genitũ: roborata debitũ: feliter partũ terminat. Ergo festi hanc auctricẽ: lauda dei genitricẽ: syon ex precordiis. Quicqd dicas de benigna: minus est a laude digna: debitis preconiis. Visitatrix in mõtanis: visitatrix in his planis: sis matris ecclesie. Medicina xpiana: qđ non valet vis humana: fiat dono gratie. Benedicta mulierũ: sydus maris lumen verũ: mestũ cõsolare clerũ: populũ irradia. Benedicto ṽtris tui fructu dona nobis frui: sicq3 simus semp sui in perenni gloria. Amẽ. Scḋm lucam. i.

In illo tpe. Exurgens maria abiit in mõtana cũ festinatiõe in ciuitatẽ iuda: ⁊ intrauit in domũ zacharie ⁊ salutauit elizabeth. Et factum est vt audiuit salutationẽ marie elizabeth. exultauit infans in vtero ei⁹. Et repleta est spũ sancto elizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Bñdicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi. vt veniat mater dñi mei ad me. Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in aurib⁹ meis. exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata q̃ credidisti: quoniã perficientur in te ea q̃ dicta sũt tibi a dño Et ait maria. Magnificat aĩa mea dñm: ⁊ exultauit spũs me⁹: in deo salutari meo. Credo. Offer. Aue maria gratia plena dñs tecũ bñdicta tu in mulieribus et bñdictus fructus ṽtris tui. Secret.

Ecclesie tue q̃s dñe oblationẽ ppicius intuere: et intercedẽte gloriosa virgine dei genitrice maria vnitatis ac pacis semper eidem dona cõcede. Per eundẽ dñm. Prefatio. Et te in visitatiõe. Cõio. Beata viscera marie virginis: que portauerunt eterni patris filium. Postcõio.

Deus q̃ mediãte beate virgine maria: mũdo succurristi pdito: ipsi⁹ gloriosis meritis et precibus interuenientibus cõcede placat⁹. vt ab ecclesie tue regno. oĩm scãdalorũ pturbatiõe remota. in tua semp pace tibi debite famuletur. Qui viuis. Per octa. dicantur sequentie sicut infra octa. assumptionis eiusdem. In octaua die dicatur. Sequentia.

Veni mater gratie: fons misericordie: miseris remedium Veni lux ecclesie: tristibus letitie: tu infũde radiũ. Te reginã colimus tibi laudes canim⁹ ex affectu cordiũ. Que es in angustiis: et in rebus dubiis: sal⁹ et solaciũ. O stel

la prefulgida: tu dira certamina: maris huius reprime. Symonis nauicula: filii tunicula: ne scindātur prohibe. Portus nauigātiū: preces supplicātiū: filiorū suscipe. Consolare flebiles: iuua pusillanimes: et errātes corrige. Que deū hoib⁹ et iuna celestibus: iūgis o puerpera. Hereses iterime: scismata tu destrue: firma pacis federa. Amen. ¶ Sanctorum processi et martiniani martyrū. Officium.

Iudicant sancti gētes et dñantur populis: et regnabit dñs deus illorū in perpetuum. ps. Exultate iusti in domino, rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui nos sanctorū martyrum tuorū processi et martiniani confessionibus gloriosis circundas et protegis: da nobis ex eorum imitatione proficere: et intercessione gaudere. Per dñm.

Memoria de sancto swithuno. Oratio.

Deus qui hodiernā diē sacratissimā nobis in beati swithuni confessoris tui atq₃ pōtificis depositiōe celebrare concedis: adesto propicius ecclesie tue precibus: vt cuius gloriatur meritis. muniatur suffragiis. Memor. de aplis. Epla. Sancti p fidē. vt in cōi plurimoꝝ martyrū. fo. ii. Gr. Exultabunt sancti in gloria letabūtur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño canticū nouū: laus eius in ecclesia sanctorum. Alleluya. ℣. Reddet deus mercedem laborū sanctorum suorū. et deducet illos in via mirabili.

¶ Secundum matheum. xxiiii.

In illo tpe. Sedēte iesu super montē oliueti: accesserūt ad eū discipuli secreto dicentes. Dic nobis qñ hec erūt et qd signū aduētus tui. et cōsummationis seculi. Et rñdens iesus: dixit eis. Videte: ne quis vos seducat. Multi eñ venient in noīe meo dicētes. ego sum xps: et multos seducent. Audituri eñ estis prelia et opiniones preliorū. Videte ne turbemini. Oportet eñ hec fieri: sed nondū finis. Cōsurget eñ gens cōtra gentē. et regnū in regnum. et erūt pestilētie et fames et terremotus p loca. hec autē oīa: initia sunt dolorū. Tūc tradēt vos in tribulationē et occidēt vos: ꝛ eritis odio oībus gētibus ppter nomē meū. Et tunc scādalizabūtur multi: et inuicē tradēt: ꝛ odio habebunt inuicē. Et multi pseudo prophete surgēt: et seducēt multos. Et qm abūdabit iniqtas: refrigescet caritas multorū. Qui autē pseuerauerit vsq₃ in finē: hic saluus erit. Offer. Gloriabūtur in te oēs q diligūt nomē tuū: qm tu bñdices iusto. dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos.

Secret. Suscipe dñe preces et munera oblata q vt tuo sint digna cōspectui: sanctorū martyꝝ processi ꝛ martiniani precibus adiuuemur. Per dñm.

¶ Alia secreta de sancto swithuno.

Suscipe clemētissime de⁹ munus qd maiestati tue offerimus: et interueniente btō swithuno cōfessore tuo atq₃ pōtifice. ad vtriusq₃ vite psperitatē illud nobis puenire cōcede. Alia secreta de aplis vt s. Cōio. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Postcōio.

Quesumus dñe diuino refecti mysterio. vt qui sanctoꝝ martyrum tuorū processi et martiniani tēporali cōmemoratione gaudemus: eorū intercessionibus in ea numeremur sorte salutis in qua illi sunt tua grā gloriosi. Per dñz

¶ Alia postcōio de sancto swithuno.

Deus q nos a delictorū cōtagiis tuorū expias perceptione sacramentorū: presta qs: vt beati swithuni cōfessoris tui atq₃ pōtificis meritis a cūctis eruamur aduersis: et celestis vite deliciis pfruamur. Alia postcōio de aplis vt supra.

¶ Missa de apostolis petro et paulo infra oct. qñ de eis fit seruitium. Officium.



Mihi autē nimis honorati sunt amici tui de⁹ nimis confortatus est principatus eorū. ps. Dñe probasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionem meam. Oratio.

Deus q hodiernā diē apostolorum tuorū petri et pauli martyrio cōsecrasti: da ecclesie tue eorū in oīb⁹ sequi preceptū: p quos religiōis sumpsit exordiū. Per d. Epl'a. Jam nō estis hospites. vt in cōi vnī⁹ apli. fo. i. Gr. Constitues eos principes super oēm terrā. memores erunt noīs tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii

propterea ppl'i cōfitebūtur tibi. Alla. V. Ni-
mis honorati sunt amici tui deus: nimis confor-
tatus est principat' eorū. Euāgeliū. Hec mā-
do vobis. vt in cōi viri' apl'i. fol. i. Offer.
Cōstitues eos principes sup omē terrā: memo-
res erūt nois tui in omni pgenie z generatiōe.
Hostias dñe quas nos tuo Secret.
sacrandas offerimus apl'ica pse-
quatur orō p quā nos et expiari tribuas
et defendi. Per. Prefat. Et te dñe. Cōio.
Uos q̄ secuti estis me sedebitis sup sedes iudi-
cātes duodecim trib' israel dicit dñs. Postcō.
Quos celesti domine alimento sa-
tiasti: quesum' apostolicis inter-
cessionibus ab omni aduersitate custodi.
Per dominum. ¶ In translatione et or-
dinatione sancti martini. Officium.
Statuit ei dñs testamētū pa-
cis: z principē fecit eū. vt sit il-
li sacerdotii dignitas ī eternū.
Ps. Mias dñi in eternū cātabo. Orō
Deus q̄ populo tuo eterne salutis
beatū martinū ministrū concessi-
sti. presta q̄s: vt q̄ executor mādatorū tu-
orū extitit in terris: intercessor noster sem-
per esse dignetur in celis. Per. Memoria
de apl'is. Ep'la. Ecce sacer. vt in cōi viri'
cōfessoris. fo. vii. Gr. Inueni dauid seruū
meū: oleo scō meo vnxi eū: manus enim mea auxilia-
bitur ei: et brachiū meū cōfortabit eū. V. Nihil
proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nō
nocebit eum. Alla. V. Elegit te dñs sibi in sa-
cerdotē magnum in populo suo. Sequentia.
Sacerdotē xpi martinū: cūcta p or-
bē canat ecclesia: pacis catholice.
Atq; illius nomē ōis hereticus fugiat
pallidus. Pannonia letet genitrix talis
filii. Italia exultet altrix tanti iuuenis.
Et gallie trina diuisio: sacro certet liti-
gio: cuius esse debeat presul. Sed pari-
ter habere: se patrē ōes gaudeāt turoni.
soli eius corp' foueāt. Huic frācor: atq;
germane plebs: ōis plaudat. Quib' vi-
dendū: inspexit dñm in sua veste. Hic ce-
lebris est egypti partibus: grecie quoq;
cūctis sapiētibus. Qui impares se mar-
tini meritis sentiūt: atq; eius medicami-
ni. Nam febres sedat: demonesq; fugat
paralitica membra glutinat. Et mortu-
orū sua prece: trium reddit corpora: vite

pristine. Hic ritus sacrilegos destruit: et
ad xpi gloriā: dat ignibus idola. Hic nu-
dis mysteria brachiis: cōficiēs preditus
est celesti lumine. Hic oculis ac manib'
in celū: et totis viribus suspensus. terre-
na cūcta respuit. Eius ori nūq̄ xps ab-
fuit siue iustitia: vel quicquid ad verā vi-
tā pertinet. Igitur te cūcti poscimus o
martine: vt q̄ multa mira hic ostendisti.
Etiā de celo gratiā xpi: nobis supplica-
tu tuo semp infundas. Scd'm lucam. xii.
In illo tpe Dixit iesus discipulis su-
is. Nolite timere pusillus grex: q̄a
cōplacuit patri vestro dare vobis regnū
Uēdite que possidetis: z date elemosinā
Facite vobis sacculos qui nō veterascūt
thesaurū non deficientē in celis: quo fur
non appropiat. neq; tinea corrūpit. Ubi
est enim thesaur' vester: ibi et cor vestrū
erit. Offer. Ueritas mea et mia mea cum ipso
et in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta
Intercessio q̄s dñe btī martini cō-
fessoris tui atq; pōtificis munera
nr̄a cōmendet: nosq; maiestati tue semp
reddat acceptos. Per. Cōio. Fidelis ser-
uus z prudēs quē cōstituit dñs sup familiā suā
vt det illis in tēpore tritici mēsurā. Postcōio.
Present nobis dñe q̄s sumpta sa-
cramēta presidium salutare: et in-
teruenientibus beati martini cōfessoris
tui atq; pontificis meritis ab oībus nos
absoluāt peccatis. Per dñm. ¶ In octa.
apostolorum petri et pauli. Officium.
Sapientiā sctōrū narrāt popu-
li: et laudē eorū nūciat ecclesia
noīa autē eorū viuēt in seculū
seculi. Ps. Exultate iusti in dño
rectos decet collaudatio. Oratio.
Deus cuius dextera beatū petrus
ambulātem in fluctibus ne mer-
geretur erexit: et coapostolum eius pau-
lū tertio naufragantē de profundo pela-
gi liberauit. exaudi nos ppicius et cōce-
de: vt amborū meritis eternitatis glori-
am cōsequamur. Qui vi. Ep'la. Isti sunt
viri. vt in cōi plurimorū martyrum. fol. v. Gr.
Iustorū aīe in manu dei sunt: et nō tāget illos
tormētū malicie. V. Uisi sunt oculis insipientiū
mori: illi autē sunt in pace. Alla. V. Isti sunt
due oliue et duo cādelabra lucētia āte dñm habent

potestatẽ claudere celũ nubibus: et aperire portas eius: quia lingue eorũ claues celi facte sunt. Sequẽtia. Ecce pulchra. vt in cõi pluriorũ martyrũ. fol. v. Scdm matheum xiiii.

In illo tpe. Iussit iesus discipulos suos ascẽdere in nauiculam: & precedere eũ trãsfretũ. donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascendit in mõtẽ solus orare. Vespere autem facto: solus erat ibi. Nauicula autẽ in medio mari: iactabatur fluctibus. Erat enim ventus contrarius. Quarta autẽ vigilia noctis venit ad eos: ambulans supra mare. Et vidẽtes eũ supra mare ambulãtẽ: turbati sunt dicẽtes qa fantasma est. Et pre timore clamauerũt. Statimqꝫ iesus locutus est eis: dicens. Habete fiduciã. Ego sum nolite timere. Rñdens aũt petrus: dixit Dñe: si tu es: iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Veni. Et descendens petrus de nauicula: ambulabat super aquã: vt veniret ad iesum. Vidẽs vero vẽtũ validũ: timuit. Et cũ cepisset mergi clamauit dicens. Dñe: saluũ me fac. Et cõtinuo iesus extendens manũ. apprehẽdit eum: & ait illi. Modice fidei: quare dubitasti? Et cũ ascendisset iesus in nauiculam: cessauit ventus. Qui autẽ in nauicula erant: venerunt et adorauerunt eum. dicentes. Vere filius dei es. Nõ dicitur Credo. nisi dñica fuerit. Offert. Exultabunt scti in gloria. letabuntur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Intẽde precamur altissime vota q̃ reddimus tibi: q̃ et placita fieri corũ precibus cõcede: p quorũ deferuntur honore. Per dñm. Prefatio. Et te dñe. Cõio. Iustorũ anime in manu dei sunt & non tãget illos tormẽtũ malitie. visi sunt oculis insipientiũ mori. illi autẽ sunt in pace. Postcõio.

Sumpta dñe sacramẽta celestia beatis apostolis petro & paulo deprecãtibus: remediũ nobis celeste concilient. Per. ¶ Tráslatio sancti thome martyris



Gaudeamus oẽs in dño: diẽ festũ celebrãtes: sub honore thome martyris de cuius passiõe gaudẽt angeli: et collaudãt filiũ dei. Ps. Exaudi deus orõnẽ meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Deus q̃ nobis beati thome martyris tui atqꝫ põtificis translationẽ celebrare cõcedis. te suppliciter exoramus vt eius meritis et precibus a vicijs ad virtutes. et a carcere trãsferamur ad regnũ Per dñ. Ep'la Ois põtifex. vt in cõi vnius martyris et pontificis. fo. iiii. Gr. Posuisti dñe super caput eius coronã de lapide precioso. ℣. Desideriũ anime eius tribuisti ei. et voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eũ. Alla. ℣. Gloria et honore coronasti eũ dñe. & constituisti eũ sup opera manuũ tuarũ. Sequẽtia. Solẽne cãticũ hodie. quere supra in alio festo infra octa. natiuitatis. Euãgeliũ. Homo quidã nobilis. vt in cõi vnius martyris et pontificis. fo. iiii. Offer. Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide precioso. vitã petiit a te et tribuisti ei. Secreta.

Deus qui panẽ et vinũ in corpus tuũ et sanguinẽ celesti benedictione conuertis: concede nobis per merita beati thome martyris tui atqꝫ põtificis vt ad tuam misericordiã reuertẽtes. tuo beneplacito conformemur. Qui viuis & regnas cum deo patre et. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã et magnũ decorẽ impones super eum dñe. Postcõio

Deus qui beatũ thomã martyrem tuũ atqꝫ pontificem a supplicijs ad gaudia transtulisti. tribue quesumus: vt qui trãslationem eius veneramur in terris. per eius patrocinium ad celestia transferamur. Per dominum. ¶ Notãdum est q proxima dñica post festũ trãslationis sancti thome martyris: celebratur festum reliquiarum sacrum ecclesie.

¶ In die reliquiarum. Officium.

Sapientiam sanctorũ narrãt populi: et laudem eorũ nũciat ecclesia: nomina autẽ eorũ viuent in seculum seculi. Ps. Exultate iusti in dño. rectos decet collaudatio.

Presta quesumus omnipotens deus vt sancte dei genitricis semperqꝫ virginis marie et sanctorũ tuorum quorum reliquie in hac continentur ecclesia. nos protegant merita. quatinus eorum precibus tranquilla pace in Orõ.

tua iugiter laude letemur. Per eundem. Epl'a. Hi sunt viri. vt in cõi pl'iorũ mart. fo. v. Gr. Exultabũt sancti in gloria: letabũtur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño canticum nouũ: laus eius in ecclesia sanctorum. Alla. ℣. Sancti et iusti in dño gaudete. vos elegit deus in hereditatẽ sibi. Sequẽtia. Ecce pulchra. vt in cõi pl'iorũ martyrũ. fo. v. Euangel'. Videns turbas iesus. vt in cõi plurimorũ martyrũ. fol'. vi. Offr. Mirabilis deus in sctis suis. deus israel ipse dabit virtutẽ et fortitudinẽ plebi sue benedic' deus alla. Secreta.

Munera tue misericors deus maiestati oblata benigno quesum' intuitu aspice: vt eorũ nobis fiãt precibus salutaria. quorũ sacratissime in hac basilica reliquie sunt recõdite. Per dominũ. Cõio. Gaudete iusti in dño alleluya. rectos decet collaudatio alleluya. Postcõio.

Diuina libantes mysteria qs dñe: vt eorũ nos vbiq3 intercessio protegat. quorũ hic sacra gaudemus habere patrocinia. Per dñm. ¶ Sanctorum septem fratrum martyrum. Officium.

Laudate pueri dñz: laudate nomen dñi: qui habitare facit sterilem in domo: matrẽ filiorz letantẽ. ℣. Sit nomẽ dñi benedictũ. et hoc nunc et vsq3 in seculum. Oratio.

Presta qs oĩps deus: vt qui gloriosos martyres tuos felicem: philippũ / vitalem / marcialẽ / alexãdrum / siluanum / et ianuariũ. fortes in sua cõfessiõe cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dñm. Epl'a. Rememoramini. vt in cõi pl'iorũ mart. fo. v. Grad. Anima nr̃a sicut passer erepta est de laqueo venãtiũ. ℣. Laqueus cõtritus est. et nos liberati sumus. adiutoriũ nostrũ in noĩe dñi. qui fecit celũ et terrã. Alla. ℣. Laudate pueri dñz laudate nomen dñi. ℣. Sit nomẽ dñi benedictũ ex hoc nunc et vsq3 in seculũ. Et dicitur cum vtroq3. ℣. hac die sicut in sabbtõ in ebdõa pasche. ¶ Secundum Matheum. xii.

In illo tpe. Loquẽte iesu ad turbas ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autẽ ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant. querentes te. At ipse respondẽs: dicenti sibi ait. Que est mater mea. et qui sunt fratres mei? Et extendẽs manũ in discipulos suos: dixit. Ecce mater mea: et fratres mei. Quicũq3 enĩ fecerit voluntatẽ patris mei q̃ in celis est: ipse me' frater soror et mater est. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ: laqueus cõtritus est: et nos liberati sum'. Secreta.

Respice dñe oblationes fideliũ: vt tibi grate sint in tuorum passione sanctorũ qui germano amore te diligentes sua corpora martyrio tradiderunt. Per dñm. Cõio. Quicunq3 fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater soror et mater est dicit dominus. Postcõio.

Refecti dñe gratie tue vitalib' alimẽtis supplices imploramus: vt quorũ celebramus victorias. participemur et premiis. Per dñm. ¶ Trãslatio sancti benedicti abbatis. Officium.



Os iusti meditabitur sapientiã: et lingua ei' loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus neq3 zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Intercessio nos qs dñe beati benedicti abbatis tibi commendet: vt qd nostris meritis nõ valemus. eius patrocinio assequamur. Per. Epl'a. Iust' cor suũ. vt in cõi vni' cõfessoris et abba. fo. ix. Gr. Os iusti meditabitur sapientiã et lingua ei' loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et nõ supplãtabũt gressus ei'. Alla. ℣. Posui adiutoriũ sup potentẽ: et exaltaui electũ de plebe mea. Si fiãt. ix. lect. dr sequẽtia de cõi. scz Adest nobis. vt in cõi vnius cõfessoris. fo. viii. Euangeliũ. Nemo accendit. vt in cõi vni' cõfessoris et abba. fo. ix. Offr. Desideriũ anime eius tribuisti ei dñe et voluntate labiorz eius nõ fraudasti eũ: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Secreta.

Sacris altaribus dñe hostias superpositas sanctus benedictus qs. in salutẽ nobis prouenire deposcat. Per d. Cõio. Beatus seruus quem cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis sup omnia bona sua constituet eum. Postcõio.

Protegat nos dñe cũ tui perceptione sacramẽti beatus benedictus ab-

bus p nobis intercedēdo: vt et cōuersationis ei⁹ experiamur insignia. et intercessionis ipsius pcipiamus suffragia. Per.

Trāslatio sctī swithuni cū sociis officiū.

SAcerdotes eius induant salutare: et sctī eius exultatiōe exultabūt. Ps. Memēto dñe dauid: ⁊ oīs māsuetudinis eius. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus. qui hodiernā diem honorabilē nobis in beati swithuni cōfessoris tui atq; pontificis sociorūq; eius trāslatione fecisti. da ecclesie tue in hac celebritate letitiā: vt quorū solennitatē veneramur in terris. eorum intercessione subleuemur in celis. Per dñm.

Epl'a. Plures facti sunt. vt in cōi pl'iorū cōfessorū. fo.x. Gr. Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatiōe exultabūt. V⁹. Illuc producā cornu dauid parauí lucernā christo meo. Alla. V. Fulgebunt iusti et tanq; scintille in arundineto discurrent ineternum. Nulla dr sequētia. Euāgeliū. Sint lūbi vt in cōi plurimorū cōfessorū. fo.x. Offer. Exultabūt scti in gloria letabūtur in cubilib⁹ suis: exultatiōes dei in faucibus eorū. Secreta.

REspice quesumus dñe populū tuū ad tua sacramenta currentem: in presenti festiuitate beati swithuni cōfessoris tui atq; pontificis sociorūq; eius et concede: vt ipsis intercedētibus quod in honore tui nominis detulerunt. cunctis proficit ad veniam. Per dñm. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Postcōmunio.

PIgnus vite eterne capientes dñe humiliter imploramus: vt intercedente beato swithuno confessore tuo atq; pōtifice. cū sociis suis quod in imagine contingimus sacramenti. manifesta participatione sumamus. Per dñm.

In vtroq; festo sancti osmundi episcopi et confessoris. Ad missam. Officium.

GAudeamus oēs in dño: diē festū celebrātes: sub honore osmūdi presulis de cuius solennitate vel trāslatione gaudent angeli: et collaudāt filium dei. Ps. Exaudi deus orōnē meā cū deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

DEus qui antiqua miracula etiā nostris temporibus ad tui nominis magnificētiā ac laudē et honorē sctī cōfessoris tui atq; pōtificis osmūdi choruscare sentimus. cōcede ppitius: vt cuius solennitatē vel translationē colimus ei⁹ intercessiōib⁹ et in psenti sclo te glorificemus: et in futuro te pfrui mereamur. Per d. Epl'a. Ecce sacerdos magn⁹ q in vita. vt in cōi vni⁹ cōfessoris. fo.vii. Gr. Dñe preuenisti eū in benedictione dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitā petiit et tribuisti ei lōgitudinē dierū in seculū seculi. Alla. V⁹. Iustus germinabit sicut liliū: et florebit ineternum ante dominum. In vtroq; festo dicitur ista Sequentia.

GAudeamus messya veritate vita via beatorū gloria. Dies letus celebretur: quo osmūdi decātetur: honor ⁊ memoria. In sacra solēnizatiōe vel trāslatiōe: cui⁹ celice psone: stant reuerentia. Et collaudant natū dei: qui vt finis oīs spei et munificētia. Hūc osmūdi confessorē parētela clariorē: illustri psapia. Ortū fecit quē virtutū: pter militare scutū: insignitur gr'a. Prudēs potēs tēperat⁹ spe et fide roboratus: preminet iustitia. Et ppollet charitate: qb⁹ armis deitate datis vicit vitia. Fastū irā et liuoram auariciā torporē: gulā lud⁹ iacula. Sternit cedit delet pellit: fugat extirpat refellit: manes absq; macula. Gēmas terras vestes aurū: seq; pater thesaurū: ponit in ecclesia. Illis decorauit chorū: sed de se miraculorū: semp fluit copia. Claudis gressus/cecis visus: mutis ligua: mestis risus: leprosis mundicia. Vita mortuis donat q pcatur illū cū fiducia. Ergo psulū btē deprecātibus te da te ad solatia. Et petis nos emūda: claritatis quo iocūda intremus palatia. Euāgeliū. Homo qdā pegre. vt in cōi vni⁹ cōfesso. fol.viii. Offer. Veritas mea et mia mea cum ipso. ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MVnera nr'a qs dñe meritis ⁊ intercessionibus munifici confessoris tui osmundi sctifica: vt in filii tui dñi nr'i iesu xp'i corpus ⁊ sanguinē cōuertātur: ⁊ ad nostrarū pficiāt salutē aīarum. Per dñm. Cōio. Beatus seruus quē cum venerit

tiōe adducetur in templū regi dño. Secreta.

Gaudeamus oēs in dño diē fe

dñs inuenerit vigilantem:amen dico vobis su-
per omnia bona sua constituet eum. Postcõio

Sumptis dñe muneribus sacris. te
supplices deprecamur:vt cor vir-
tute roborati. beati osmũdi confessoris tui
atqꝫ pontificis imitemur exempla. et ad
gaudia perueniamus eterna. Per. ℭ San
cti kenelmi regis ⁊ martyris. Officium



Gloria et honore corona
sti eũ:et cõstituisti eum
super opera manuũ tu
arũ. ps. Dñe dñs noster q̃
admirabile est nomẽ tuũ in
vniuersa terra. Oratio.

Omnipotens ⁊ misericors deus qui nobis
preclarã huius diei letitiã p beati
kenelmi regis et martyris tui solennita
te tribuisti. intende serenus vota fidelis
populi et concede:vt cuius hodie festa p-
colimus. eius semp meritis et precibus
subleuemur. Per dñm. Epl'a. Beatus
vir qui inuẽtus. vt in cõi vni' martyris.
fo. iii. Gr. Posuisti dñe super caput eius co-
ronã de lapide precioso. ℣. Desideriũ aie eius
tribuisti ei:et voluntate labiorũ eius non frau-
dasti eum. Alla. ℣. Beatus vir q̃ suffert tẽpta
tionẽ:quoniã cum probatus fuerit accipiet coro
nã vite. Euangeliũ. Si quis venit ad me
vt in cõi vni' marty. fo. iiii. Offer. Gloria
et honore coronasti eum:et constituisti eũ super
opera manuum tuarum domine. Secreta.

Presentibus dñe deus intẽde mu-
neribus:et patrocinante beato ke
nelmo martyre tuo cuius solennia vene
rãdo recẽsemus. fidelibus salutis indul-
gentiam conferãt:et eternitatis premia
dignãter acqrãt. Per do. Cõio. Magna
est gloria eius in salutari tuo:gloriã et magnũ
decorẽ impones super eum dñe. Postcõio

Percipiat qs domine plebs tua btĩ
martyris tui kenelmi natalitia ce
lebrando cũ exultatione letitiã:et quã ce
lestis mense refecisti edulio eternitatis
tue facias assidũ cõsortio. Per. ℭ Sancti
arnulphi episcopi ⁊ martyris. Officium




Letabitur iustus in dño:et spe-
rabit in eo:et laudabũtur oẽs
recti corde. ps. Exaudi deus ora-
tionem meam cum deprecor a timo
re inimici eripe animam meam. Oratio

Adesto supplicationibus nostris
omnipotens deus:et quibus fiduciã spe-
rande pietatis indulges. intercedẽte bea
to arnulpho martyre tuo atqꝫ pontifice
cõsuete misericordie tribue benignus ef
fectũ. Per dñm. Epl'a. Beatus vir q̃ in
sapiẽtia. vt in cõi vni' marty. fo. iii. Gr.
Iustus non conturbabitur: qꝛ dñs firmat ma
nũ eius. ℣. Tota die miseretur et cõmodat:et se
men eius in benedictione erit. Alla. ℣. Beat'
vir qui timet dñm:in mandatis ei' cupit nimis
Euangeliũ. Si quis vult post me. vt in
cõi vnius martyris. fo. iii. Offer. In vir-
tute tua domine letabitur iustus:⁊ super saluta
re tuum exultabit vehementer:desideriũ anime
eius tribuisti ei. Secreta.

Sancti martyris tui atqꝫ põtificis
arnulphi nobis dñe pia non desit
oratio:que et munera nostra tibi concili
et. et tuã nobis indulgentiã semper obti
neat. Per do. Cõio. Posuisti dñe in capite
eius coronam de lapide precioso. Postcõio.

Ut nobis dñe tua sacrificia dent sa
lutẽ:beat' martyr tuus arnulph'
pontifex qs precator accedat. Per. ℭ Sã
cte margarete virginis et mar. Officiũ.



Me expectauerunt pecca-
tores vt perderẽt me: te
stimonia tua dñe intelle
xi:omnis cõsummatiõis vi
di finẽ:latũ mãdatũ tuũ
nimis. ps. Beati immacu-
lati in via:qui ambulant in lege dñi. Oratio.

Deus q̃ beatã virginẽ margaretã
hodierna die ad celos per marty-
rii palmam venire fecisti. concede nobis
qs:vt eius exẽpla sequẽtes. ad te ptinge
re mereamur. Per. Epl'a. Dñe de' me'.
vt in cõi vni' virginis ⁊ marty. fo. x. Gr.
Specie tua et pulchritudine tua:intende pro-
spere procede et regna. ℣. Propter veritatẽ ⁊ man
suetudinẽ et iustitiã. ⁊ deducet te mirabiliter dex
tera tua. Alla. ℣. Ueni electa mea et ponã in
te thronũ meũ. qꝛ cõcupiuit rex speciẽ tuã. Se-
quentia. Exultemus in hac die. vt in cõi
vnius virginis et martyris. fo. xi. Euan
gelium. Simile est regnũ celorũ thesau
ro. vt in cõi vnius virginis et martyris.
fo. xi. Offer. Offerentur regi virgines post ea
proxime eius afferentur tibi in letitia et exulta-

tiōe adducētur in templū regi dn̄o. Secreta.
Hec victima q̄s dn̄e beate virginis margarete martyrio oblata ꝯ mētiū nobis conferat sanctitatē et corporū obtineat iugiter castitatem. Per. Cōio.
Feci iudiciū et iustitiam dn̄e non calūniētur mihi superbi. ad omnia mandata tua dirigebar omnē viā iniquitatis odio habui. Postcōio.
Percipiat q̄s dn̄e plebs tua beate margarete virginis tue et martyris natalitia celebrando letitiā: et quā celestis mense refecisti cōuiuio. eternitatis tue facias ascribi consortio. Per dominū
¶ Sancte praxedis virginis. Officium
Loquebar de testimoniis tuis in cōspectu regū et nō cōfundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.
Adsit plebi tue oīpotēs deus beate praxedis virginis tue supplicatio: vt quicunq̄ eius gaudēt honore. tuo semper protegantur auxilio. Per. Ep̄la Sapientia vincit. vt in cōmuni vni9 virginis non martyris. fo. xi. Gr. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Alleluya. ℣. Emulor enim vos dei emulatione. despondi vos vni viro virginem castam exhibere christo Euāgeliū. Simile est regnum celorum decem. vt in cōi vnius virginis nō martyris. fo. xi. Offr. Offerētur regi virgines post eam proxime eius offerētur tibi. Secreta
Suscipe q̄sumus dn̄e ob honorem sacre virginis tue praxedis munus oblatū: et quod nostris assequi meritis non valemus: eiusdem suffragantibus meritis: nobis largire ꝓpicius. Per Cōio. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas. inuenta vna preciosa margarita, dedit omnia sua et cōparauit eam. Postcōio.
Sancta tua nos quesumus sancte praxedis virginis tue meritis suffragantibus: et a peccatis omnibus exuant. et ad celestia regna perducant. Per dominum nostrum iesum christū filiū tuum. Qui tecum. ¶ Sancte marie magdalene. Ad missam. Officium.

Gaudeamus oēs in dn̄o diē festū celebrātes sub honore marie magdalene: de cuius solennitate gaudent angeli et collaudāt filiū dei. ps. Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opa mea regi. Oratio.
Largire nobis clemētissime pater quod sicut beata maria magdalena vnigenitū tuum super oīa diligendo suorū obtinuit veniā peccaminū: ita nobis apud misericordiā tuā sempiternā impetret beatitudinem. Per eūdē. Memoria de sancto wandregesilo. Oratio.
Deus cuius gratia beati wandregesili cōfessoris tui atq̄ abbatis: vita extitit laudabilis: ipsius interuentu quod tibi placitum est pietas tua operetur in nobis. Epistola. Mulierem fortē quis inueniet. vt in cōi vnius virginis ꝯ martyris. fo. x. Gr. Audi filia et vide ꝯ inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Specie tua et pulchritudine tua. intēde prospere procede et regna. Alleluya. ℣. Optimam partem elegit sibi maria, que nō auferetur ab ea ineternum. Sequentia.
Mane prima sabbati surgens dei filius: nostra spes et gloria. Victo rege sceleris: rediit ab inferis: cum summa victoria. Cuius resurrectio: omni plena gaudio: cōsolatur omnia. Resurgentis itaq̄: maria magdalene: facta est prenūcia. Ferēs christi fratribus: eius morte tristibus: expectata gaudia. O beati oculi: quibus regē seculi: morte iā deposita: prima est intuita. Hec est illa femina: cuius cūcta crimina: ad christi vestigia: eius lauit gratia. Que dū plorat et mens orat: facto clamat: q̄d cor amat: iesum super oīa. Non ignorat: quē adorat: quid precetur sed delectur: quod mēs timet conscia. O maria mater pia: stella maris appellaris: operum per merita. Matri xp̄i coequata: dū fuisti sic vocata sed honore subdita. Illa mūdi imperatrix: ista btā peccatrix: letitie primordia: fuderunt in ecclesia. Illa enim fuit porta: p quā fuit lux exorta: hec resurgentis prenuncia: mundū replet letitia. O maria magdalena: audi vota laude plena: apud christū chorū istum: clementer cō-

cilia. Ut fons summe pietatis: qui te lauit a peccatis: seruos suos atqz tuos: mūdet data venia. Amen dicant omnia.

Secundum Lucam. vii.

IN illo tpe. Rogabat iesum quidā phariseus: vt manducaret cū illo. Et ingressus domū pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit q iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrū vnguenti Et stans retro sec⁹ pedes dñi: lachrymis cepit rigare pedes eius. et capillis capitis sui tergebat: et osculabatur pedes eius. et vnguento vngebat. Uidens aūt phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicēs. Hic si esset propheta: sciret vtiqz que et qualis est mulier que tangit eū: quia peccatrix est. Et respondens iesus: dixit ad illū. Symon. habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Et respondit ei iesus. Duo debitores erant cuidā feneratori: vnus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderēt: donauit vtrisqz. Quis ergo eum plus diligit? Respondens autem symon: dixit. Estimo: quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem: dixit symoni. Uides hāc mulierem? Intraui in domum tuā: aquā pedibus meis non dedisti. Hec autē lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum mihi nō dedisti: hec autē ex quo intraui: non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū nō vnxisti: hec autē vnguēto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa: qm̄ dilexit multū. Cui autem minus dimittitur: min⁹ diligit. Dixit aūt ad illā dñs. Remittūtur tibi pctā tua. Et ceperunt q simul discūbebant: dicere intra se Quis est hic q etiā pctā dimittit? Dixit autē ad mulierē. Fides tua te saluā fecit vade in pace. Credo. Offer. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Secreta.

BEnedictionē tuā dñe his tibi oblatis tribue sacrificiis et pstā: vt beata maria magdalena hoc nobis apud te obtineat quod ab vnigenito tuo obtinuit dū ei mystica obsequia exhibuit. Per eūdē. Alia secreta de sctō wandregesilo.

PIis intercessionibus bti wandregesili cōfessoris tui atqz abbatis. quesumus oīpotens deus tue familie cōmendetur oblatio cuius vitalibus decoratur exemplis. Prefatio quotid. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Postcōio.

PRebeat nobis dñe salutarē beate marie magdalene imitatio sācta doctrinam: quatinus illius optime partis mereamur esse consortes. que nō auferetur ab ea. Per dominum nostrum. Alia postcōio de sancto wandregesilo

TUa domine sacramenta sumentes suppliciter exoramus: vt beati wandregesili confessoris tui atqz abbatis. cuius veneramur memoriam. presidiū sentiamus. Per dñm. Sancti appollinaris martyris. Officium.

SAcerdotes tui dñe induant iustitiā: et sancti tui exultent: propter dauid seruum tuum nō auertas faciē christi tui. Ps. Memento dñe dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

DEus qui nos dñe beati appollinaris martyris tui atqz pōtificis natalis semper excipiat: qui et iocunditatē nobis sue glorificatiōis infundat. et tibi nos reddat acceptos. Per do. Epla. Testificor. vt in cōi vnius martyris. fol. iii. Gr. Inueni dauid seruū meū: oleo sctō vnxi eū: manus enī mea auxiliabitur ei: et brachium meū confortabit eū. V. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniqtatis non nocebit eū. Alla. V. Elegit te dñs sibi in sacerdotē magnū in populo suo. Euangeliū. Facta est contentio. vt in cōi vnius apli. fo. ii. Offer. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HOstiā nostrā qs dñe sancti appollinaris martyris tui: et venerāda confessio et exaudibilis cōmēdet oratio. Per dñm. Cōio. Semel iuraui in sctō meo semen eius ineternum manebit: et sedes eius sicut sol in conspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum: et testis in celo fidelis. Postcōio.

SUmentes dñe pignus redemptionis eterne. quesumus vt intercedente beato appollinare martyre tuo. vite presentis auxilio nos foueat et eterne. Per. ¶ In vigilia sancti iacobi apostoli ad missam oīa fiant sicut in vigilia vniꝰ apostoli continetur. Et fiat memoria de sancta cristina virgine. Oratio.

INdulgentiam nobis domine beata cristina virgo et martyr imploret: que tibi grata semper extitit et merito castitatis ꝛ tue pfessiōe vtutis. Secreta.

QUesumus omnipotens deus: vt qui annua beate cristine virginis tue et martyris solennia presentibus honoramus sacrificiis: eius semper et fidei integritate roboremur. ꝛ piis apud te p̄cibus adiuuemur. Postcōmunio.

SUpplices te rogamꝰ omnipotēs deus: vt quos donis celestibus saciasti: intercedēte beata cristina virgine tua et martyre. perpetua protectione custodias. Per dominū. ¶ Si hec vigilia in dñica euenerit: nihil fiat de vigilia: nisi tantum memoria. ¶ In die sancti iacobi apostoli. Ad missam. Officium.



MIhi autē nimis honorati sunt amici tui deꝰ nimis confortatus est principatus eorū. Ps. Dñe probasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionem meam. Oratio.

ESto dñe plebi tue sanctificator et custos: vt apl'i tui iacobi munita presidiis. et conuersatiōe tibi placeat ꝛ secura deseruiat. Per d. Memoria de martyribus christoforo et cucufato. Oratio.

DEus mūdi creator ꝛ rector. q̄ hūc diē beatorū christofori ꝛ cucufati martyrū tuorū passione consecrasti. concede: vt oēs qui martyrii eorū merita venerantur. eorū intercessionibus ab eternis geheñe incendiis liberemur. Epl'a Jam non estis. vt in cōi vnius apl'i. fo. i. Gr. In oēm terrā exiuit sonus eorū: et in fines orbis terre verba eorū. V. Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuū eiꝰ annūciat firmamentum. Alla. V. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum

Sequentia. Alla nunc decātet. vt in cōi vniꝰ apl'i. fo. i. Secūdum matheum. xx.

IN illo tpe. Accessit ad iesuz mater filiorū zebedei cū filiis suis adorās et petens aliq̄d ab eo. Qui dixit ei Quid vis? Ait illi Dic vt sedeāt hi duo filii mei vnus ad dexterā tuam. et vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem iesus: dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibiturꝰ sum? Dicunt ei. Possumus Ait illis. Calicem quidē meū bibetis. sedere autē ad dexteram meam vel ad sinistrā. nō est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Credo. Offer. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

OBlationes populi tui q̄s dñe beati iacobi apostoli tui passio beata cōciliet: vt q̄ nostris non apta sunt meritis fiant tibi placita eius deprecatione. Per dominū. ¶ Alia secreta de martyribus.

ACcipe domine munera dignanter oblata: ꝛ beatorū martyrum tuorū christofori et cucufati suffragantibus meritis. ad nostre salutis auxilium prouenire concede. Prefatio. Et te domine. Cōio. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. Postcōmunio.

BEati iacobi apostoli tui. cuius hodie festiuitate corpore ꝛ sanguine tuo nos refecisti. q̄s dñe intercessiōe nos adiuua: pro cuius solēnitate percepimꝰ tua sancta letantes saluator mūdi. Qui viuis et regnas. ¶ Alia postcommunio

SUmpsimus dñe sanctorū xpofori et cucufati martyrū tuorū solēnitate sacramenta celestia: quorū suffragiis q̄s largiaris. vt q̄d tēporaliter gerimus. eternis gaudiis cōsequamur. Per

¶ Sancte anne mris marie. Officium.

GAudeamus oēs in dño diē festū celebrātes sub honore anne matris marie: de cuiꝰ solennitate gaudent angeli et collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opa mea regi. Oratio.

DEus qui beatā annā dilectissime genitricis tue matrem egregiam

hodierna die ad celestis vite subleuasti gaudia. fac nos q̄s gloriosis eius meritis ad eternā pertingere beatitudinē. ex cuius puerperio salutari pro salute mundi humanā assumere dignatus es carnē. Qui viuis. Ep̄la. Mulierem fortē quis inueniet. vt in cōi vnius virginis ꝛ martyris fo. x. Gr. Audi filia et vide et inclina aurem tuā, q̄a cōcupiuit rex speciē tuā. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua. intende ꝓspere procede ꝛ regna. Alla. ℣. Salue sancta mater anna. ex qua processit virgo maria. q̄ de celo suscepit prolē. ꝛ mūdo genuit saluatorē. Sequētia

Testamēto veteri anna fuit genita: et de stirpe regia. Hec matrona nobilis: diu fuit sterilis: in magna tristitia. Qui fructū cōtulit: et sic luctū abstulit: diuina clemētia. Patriarchis edita: anna luce predita: in perenni gloria. Deprecamur inclyta: vt per tua merita nobis detur gratia. Anna parens/labe carens: rubens rosa speciosa: florēs inter lilia. Matrem christi genuisti: tua prece nos a nece: tucaris noxia. Ecce lucis officina: egris spes et medicina: tua proles est regina: in celesti patria. Ipsa cūctis tam prelata: per te sumens hec precata: nostra fiat aduocata: in dei ꝑsentia. Euāgeliū. Liber generatiōis. vt infra in natiuitate beate marie. Offr. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Secreta.

Sanctifica redemptor mundi presentis munera sacrificii: ꝛ btē matris anne precibus eadem nobis effice salutaria. de cuius vteri palatio mater tua aula virginee puritatis est egressa. Qui viuis. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis ꝓpterea b̄ndixit te deus ineternū. Postcōio

Votiua celestis mense percipiētes dn̄e sacramēta beate ane matris marie. gloriosa intercessiōe nos protege de qua virgo puerpera. ad lucem humane natiuitatis prodiit: que nobis splēdorem vite. sine castitatis dispendio generauit. dn̄m nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat.

¶ Sanctorum septem dormientiū. Ad missam. Officium



Alus autē iustorū a dn̄o ꝛ protector eorum est in tempore tribulationis. ℣. Noli emulari in malignātibus: neq̄ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Deus qui gloriosos resurrectionis eterne precones septem dormientes magnifice coronasti: presta quesumus vt eorū precibus resurrectionem sanctā qui in eis mirabiliter preostensa est. consequamur. Per dominum. Ep̄la. Iustorum anime. vt in cōmuni plurimorum martyrū. fo. v. Gr. Exultabunt scti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cātate dn̄o canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorū Alleluya. ℣. Iusti epulentur et exultēt in cōspectu dei: ꝛ delectentur in letitia. Euangeliū Cū audieritis. vt in cōi plurimorū martyrū. fo. vi. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutē ꝛ fortitudinē plebi sue: benedictus deus alleluya.

Deus in quo est oīm iustorū requies et pax certa sanctorū: nobis pacificas hostias tribue tibi digne offerre. vt perfectionem pacis qua tui sancti iā fruuntur in celis: nos iugiter hanc meditemur in terris. Per. Cōio. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie: visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Postcōio.

Sanctorū tuorū victorias dn̄e recolentes. sacramenta venerāda percepimus: que prestent nobis q̄s eorū meritis indulgentiā. in quorū dormitiōe tuā magnificentiā collaudamus. Per dn̄m

¶ Sancti sampsonis episcopi. Officiū.



Tatuit ei dn̄s testamentū pacis. et principē fecit eū vt sit illi sacerdotii dignitas ineternū. Ps. Misericordias dn̄i ineternū cātabo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus tribue nobis famulis tuis per intercessionem sancti sampsonis episcopi. poscētibus peccatorum veniā. querentibus salutis viam. pulsantibus aperire regni celestis aulam: vt ad eternam maiestatis tue habitationem te adiuuante peruenire mereamur. Per dominū. ¶ Memo

ria de sancto panthaleone. Oratio.
DEus qui hunc diē beati panthaleonis consecrasti martyrio. presta qsumus: vt ipsius interuentu hoc in nostris floreat actib⁹: quod premiis remuneretur celestibus. Ep̄l'a. Ecce sacerdos vt in cōi vnius confessoris. fol'. vii. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi: qui cōseruaret legē excelsi. Alla. ℣. Amauit eū dn̄s et ornauit eum. stola glorie induit eum. Euangeliū. Homo quidā peregre. vt in cōi vnius confessoris. fo. viii. Offr. Inueni dauid seruum meum: et in oleo sancto vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meū confortabit eum. Secreta.
DEus apostolorū/de⁹ martyrū/deus cōfessorū/deus omniū electorū te suppliciter exoramus: vt hanc hostiam sanctā in honore sancti sampsonis episcopi. sanctificare et benedicere digneris. et ante cōspectum maiestatis tue. tā ad corporis sanitatem. q̄ ad animarum proficiat salutem. Per dominū nostrū.
Alia secreta de sancto panthaleone.
BEatus panthaleon martyr tuus dn̄e qui diuersis suppliciis maceratus. vera et viua factus est hostia: hec que tibi offerimus ad salutem nostram. gratificet sua intercessiōe libamina. Cōio. Fidelis seruus et prudens quem cōstituit dn̄s super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.
SAtiasti nos dn̄e in hac solennitate sancti sampsonis cōfessoris tui atq̄ pontificis muneribus sacris te q̄s: vt ecclesie tue pacē/fidem/spem/et caritatē multiplicare digneris. p quas tibi in ecclesia tua placere mereamur. Per dn̄m.
Alia postcōio de sancto panthaleone.
REdemptiōis nostre sacro gustu satiasti q̄s dn̄e: vt interueniente beato pāthaleone martyre tuo. p hec sctā q̄ sumpsimus: ad eterna gaudia preparemur. Per dn̄m. Sctorū felicis/simplicii/faustini/et beatricis martyrū. Offiū.
SAcerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabūt. Ps. Memento dn̄e dauid, et oīs mansuetudinis ei⁹. Oro.

PResta quesumus omnipotēs de⁹ vt sicut populus christianus martyrum tuorū felicis simplicii/faustini/et beatricis temporali solennitate congaudet: ita perfruatur eterna: et quod votis celebrat: pio comprehendat effectu. Per do. Ep̄l'a. Lingua sapientū. vt in cōi plurimorū martyrū. fo. v. Gr. Sacerdotes eius induant salutare. et sancti eius exultatiōe exultabūt. ℣. Illuc producā cornu dauid. paraui lucernā christo meo. Alla. ℣. Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorū. Euangeliū. Attendite a fermēto. vt in cōi plurimorū martyrū. fo. i. Offr. Exultabunt sancti in gloria. letabuntur in cubilibus suis. exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.
HOstias tibi dn̄e p sanctorum martyrū tuorū felicis/simplicii/faustini et beatricis honore deferimus. suppliciter obsecrantes vt indulgentiā nobis cōferant et salutem. Per dn̄m. Cōio. Ego vos elegi de mundo. vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Postcōio.
BEnedictiōis tue dn̄e plebs tibi deuota fructū reportet et gaudium: vt quod sanctis martyribus tuis felici/simplicio/faustino/et beatrici exhibuit temporali seruitio. perenni presidio consequatur. Per dominum. Sctorum abdon et sennes martyrum. Officium.



INtret in cōspectu tuo domine gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorum vindica sanguinē sanctorum tuorū qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuā: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.
DEus qui sanctis martyribus tuis abdon et sennē ad hanc gloriam veniēdi copiosum munus gratie tue cōtulisti: da famulis tuis suorum veniam delictorum: vt sanctorū tuorū intercedētibus meritis. ab oībus mereamur aduersitatibus liberari. Per do. Epistola. Benedictus deus. vt in cōi vnius martyris. fo. iii. Gr. Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata est in virtute. dextera

manus tua confregit inimicū. Alla. ṽ. Red det deus mercedem laborum sanctorū suorum. et deducet illos in via mirabili. Euāgelium. Videte ne quis. vt in cōi plurimorū martyrū fere in medio euāgelii. Egrediente iesu de tēplo. fo. vii. Offer. Mirabilis deus in sctis suis. de⁹ israel ipse dabit virtutē et fortitudinē plebi sue. bñdictus deus alla. Secreta.

Frequentata mysteria dñe p sanctorū martyrū tuorū abdō et sennē veneratione. deuota mente tractam⁹ quibus ꝗ presidium nobis crescat ꝗ gaudiū. Per. Cōio. Posuerūt mortalia seruorū tuorū dñe escas volatilibus celi. carnes sctōꝝ tuorū bestiis terre. scđm magnitudinē brachii tui posside filios morte punitorum. Postcōio.

Sumat domine plebs fidelis celestis dona remedii: per que intercedentibus sanctis martyribus tuis abdō et sennē a suis emundetur delictis. Per dominum. ℭ Sancti germani episcopi et confessoris. Ad missam. Officium.

Sacerdotes dei benedicite dñm: scti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite oia opera domini dño laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: et quia nostre voces non merētur audiri. scti germani confessoris tui atq3 pontificis interuentio quesumus. sit accepta pro nobis. Per dominum. Epistola. Iustum deduxit. vt in cōi vnius confessoris. fo. viii. Gr. Iurauit dñs et nō penitebit eū tu es sacerdos ineternū secundū ordinem melchisedech. ṽ. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Alla. ṽ. Amauit eum dñs et ornauit eum: stola glorie induit eum. Euāgeliū. Vigilate quia nescitis. vt in cōi vni⁹ confessoris. fo. viii. Offer. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso. et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sacrificiū tibi dñe p beati germani confessoris tui atq3 pōtificis celebritate offerentes. qs: vt propiciationē quā nostris operibus non meremur: pii suffragatoris intercessionibus cōsequamur. Per. Cōio. Domine quinq3 talēta tradidisti michi: ecce alia quinq3 superlucratus sum. euge serue fidelis q2 in pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā intra in gaudiū dñi tui. Postcō.

Supplices te rogamus oīps deus: vt qui percepimus celestis mense substantiam. intercedente beato germano cōfessore tuo atq3 pōtifice. ad vitā perueniamus eternam. Per dominum. ℭ Ad vincula sancti petri apl'i. Officiū.

Nunc scio vere quia misit dñs angelū suū et eripuit me de manu herodis et de oī expectatione plebis iudeorū. Ps. Et petr⁹ ad se reuersus dixit. Oro.

Deus qui beatum petrū apostolū a vinculis absolutū. illesum abire fecisti: nostrorū quesum⁹ absolue vincula peccatorum: ꝛ omnia mala a nobis propiciatus exclude. Per dñm nostrum. ℭ Memoria de martyribus. Oratio.

Praterna nos dñe martyrū tuorū corona letificet: que ꝗ fidei nostre prebeat incrementa virtutum. et multiplici nos suffragio consoletur. Per dñm. ℭ Lectio actuum apostolorum. xii.

In diebus illis. Egressus petr⁹ de carcere: venit ad domū marie matris ioannis qui cognominatus est marcus: vbi erāt multi cōgregati et orantes. Pulsante autē eo ad ostiū ianue: processit puella ad vidēdū noīe rode. Et vt cognouit vocem petri. pre gaudio non aperuit ianuā: sed introcurrens nunciauit. stare petrū ante ianuā. At illi dixerunt ad eā. Insanis. Illa autē affirmabat: sic se habere. Illi autē dicebant: q2 angelus eius est. Petrus autē perseuerabat pulsans. Cū autē aperuissent ostiū: viderūt eū et obstupuerūt. Innuēs autē eis manu vt tacerent: narrauit quomodo dñs: eduxisset eū de carcere. Gr. Constitues eos principes sup oēm terram: memores erunt nois tui dñe. ṽ. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: propterea ppl'i cōfitebuntur tibi. Alla. ṽ. Solue iubente deo terrarum petre cathenas: qui facis vt pateant celestia regna beatis. Sequentia.

Nunc luce alma: splendescit p orbē hec dies accē gloriosa. Almi recolam⁹ petri voce cella. Grafanter nū dulos accomodet i qua. Vinctis amo

renu: ob supernum crucis sacre trophea. Merito gloriãq; platã: in celesti gloria. Pio corde fratna iubiletq; turma. Qui a xp̃o ligandi: soluẽdiq; dona. Eccipiẽs clauiger effectus: nostra resoluẽs vincula. Subleuãdo etheris sedibus: potestate nos tradita. Fugat cetui sctõ culmine in poli paradysiq; amenia. Ubi adorat ordo te xp̃e: psallẽdo armonica voce cãtica. Noua sanctorũ resonantium: laude angelicus mellica. Cum supernã maiestatẽ tuaz: poscentes humiliter almam. Cuius digna nos cũz illis: resonemus vna rithmica in excelsis carmina. Celestiq; in gloria: trinũ atq; vnũ: iugiter veneremur in arua. Celsa potestas angelica. Quans te laudat in gloria. Uirtutes celi: te glorificãt p astra. Qui patris sedes ad dexterã. Nostra exaudi angelorũ. Et famulorũ iungẽs voces precamina. Quorũ vocibus te caterua. Glorificet semp: te ꝛ nostra. Regnantẽ iure cũ sanctis ineternũ. Euãgeliũ. Uenit iesus in partes. vt in cõi vnius apl'i. fol. ii. Credo. Offer. Constitues eos principes super omnem terram: memores erũt nominis tui in omni progenie et generatione. Secreta.

Offerimus tibi dñe placabile mun⁹ precãtes: vt sicut beato petro apostolo tuo in vinculis dedisti consolatiam: ita nobis tua gratia indulgentiã operetur. Per. Alia secreta de martyribus.

Misteria dñe pro sanctorum martyrum tuorum solennitate deuotam exite oblata: nobis presidiũ present et gaudium. Prefatio. Et te dñe. Cõio. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcõmunio.

Muneris diuini perceptio q̃s dñe beato petro apostolo intercedente: semper a peccatorum nostrorum vincula submoueat: et pericula cũcta depellat. Per dominum nostrum iesum xp̃m. Alia postcõmunio de martyribus.

Presta quesumus omnipotens deus: vt quorũ memoriã sacramenti participatiõe recolimus: fidem quoq; proficiendo sectemur. Per dñm nostrũ. Sancti stephani pape ꝛ martyris. Ad missam. Officium.



Acerdotes tui dñe induant iustitiã: et sancti tui exultent: propter dauid seruum tuum nõ auertas faciẽ christi tui. ps. Memento dñe dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Deus qui nos beati stephani martyris tui atq; pontificis annua solẽnitate letificas: cõcede propicius: vt cuius natalitia colimus: de eiusdẽ etiã protectione gaudeamus. Per dñm. Epla. Omnis pontifex. vt in cõi vni⁹ martyris et põtificis. fo. iiii. Gr. Inueni dauid seruum meũ: oleo sancto vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiũ meũ confortabit eum. ỽ. Nihil proficiet inimicus in eo: ꝛ filius iniquitatis nõ nocebit eũ. Alla. ỽ. Elegit te dñs sibi in sacerdotẽ magnũ in populo suo. Euãgeliũ. Homo q̃dã nobi. vt in cõi vni⁹ martyris et põti. fo. iiii. Offer. Inueni dauid seruum meũ: et in oleo sctõ vnxi eũ: man⁹ eñi mea auxiliabit ei: et brachiũ meũ cõfortabit eũ. Secreta.

Hostias nostras q̃s dñe tibi reddat acceptas intercessio sãcti stephani martyris tui atq; põtificis. q̃ eas tibi digne offerendo cõplacuit. Per dominum. Cõio. Dñe quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; suplucratus sum: euge serue fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te cõstituam, intra in gaudium dñi tui.

Sumentes dñe diuina mysteria q̃sumus: vt beati stephani martyris tui atq; põtificis intercessione. eterne nobis prebeãt incremẽta letitie. Per do. ¶ In inuentione sancti stephani prothomartyris sociorũq; eius martyrũ. Offiũ

Tenim sederũt principes ꝛ aduersum me loquebãtur: ꝛ iniqui persecuti sunt me: adiuua me dñe de⁹ me⁹: q2 seru⁹ tuus exercebatur in tuis iustificationibus. ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Oratio.

Deus qui es sanctorũ tuorũ splendor mirabilis. q̃ hodierna die beati stephani martyris tui, nichodemi, gamalielis, atq; abibon. inuentionẽ gloriosam reuelasti: da nobis quesum⁹ in eterna letitia de eorũ societate gaudere. Per

Lectio actuum apostolorum. vi. et vii.

In diebus illis. Stephanus plenus gratia et fortitudine: faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga que appellabantur libertinorum et cyrenensium et alexandrinorum: et eorum qui erant a cilicia et asya: disputantes cum stephano. Et non poterant resistere sapientie et spiritui: qui loquebatur. Audientes autem hec dissecabantur cordibus suis: et stridebant dentibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto: intendens in celum: vidit gloriam dei: et iesum stantem a dextris virtutis dei: et ait. Ecce video celos apertos: et filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna: continuerunt aures suas. et impetum fecerunt unanimiter in eum. Et eiicientes eum extra civitatem lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanum: invocantem et dicentem. Domine iesu: suscipe spiritum meum. Positis autem genibus: clamavit voce magna dicens. Dñe: ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset: obdormivit in dño.

Grad. Sederunt principes et adversum me loquebantur: et iniqui persecuti sunt me. ℣. Adiuva me dñe deus meus salvum me fac propter misericordiam tuam. Alleluia. ℣. Video celos apertos et iesum stantem a dextris virtutis dei.

Sequentia. Magnus deus. quere in alio festo infra octavas nativitatis domini.

Secundum Matheum. xxiii.

In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum: et principibus sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas. et ex illis occidetis et crucifigetis. et ex illis flagellabitis in synagogis vestris. Et persequimini de civitate in civitatem: ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram. a sanguine abel iusti usque ad sanguinem zacharie filii barachie: quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis: venient hec omnia: super generationem istam. Ierusalem ierusalem que occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiens volui congregare filios tuos/ quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alas: et noluisti? Ecce relinquetur vobis: domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit: in nomine dñi. Non dicitur. Credo.

Offer. Elegerunt apostoli stephanum levitam plenum fide et spiritu sancto: quem lapidaverunt iudei orantem et dicentem: domine iesu accipe spiritum meum alleluya. Secreta.

Sacrificium tibi dñe fidelium tuorum votis oblatum serenus intende: ut quod dilecto martyri tuo stephano/ nichodemo/ gamalieli/ atque abibon hodiernam inventionis eorum contulit gloriam. nobis ad redemptionem proficiat et gratiam. Per. Cõio. Video celos apertos et iesum stantem a dextris virtutis dei. dñe iesu accipe spiritum meum: et ne statuas illis hoc peccatum. quia nesciunt quid faciunt. Postcõio.

Epularum tuarum alimento saginati te humiliter rogamus dñe deus noster: ut beati martyris tui stephani/ nichodemi/ gamalielis/ atque abibon. meritis nos ubique adiuves. quorum hodie revelationis solennitatem celebramus. Per dñm.

Scti oswaldi regis et martyris. Officium.

Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum. Ps. Dñe dñs noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui huius diei iocundam sanctamque letitiam in sancti servi tui oswaldi passione consecrasti da cordibus nostris tui amoris caritatisque augmentum: ut cuius in terris sancti sanguinis effusionem celebramus. illius in celo collata patrocinia sentiamus. Per dñm.

Epla. Beatus vir qui inventus. ut in cõi unius martyris. fo. iii. Gr. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide precioso. ℣. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alleluia. ℣. Beatus vir qui suffert temptationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Evangelium. Si quis venit ad me. vt in cõi unius martyris. fo. iiii. Offert. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

MUnera dñe que in sancti oswaldi
regis et martyris tui commemo
ratione tue maiestati offerimus propici
atus assume: ⁊ illam que in eo flagrauit
fortem dilectionē nobis inspira benign⁹.
Per dñm. Cōio. Magna est gloria eius in
salutari tuo: gloriam et magnum decorem impo
nes super eum domine. Postcōio.

VItali alimonia recreati q̄s omps
deus: vt beati oswaldi martyris
tui precibus. tuā nobis iustitiā placari
sentiamus. cuius gloriosa certamina so
lemni deuotione veneramur. Per dñm.

¶ In transfiguratione domini. Officiū

IN excelso throno vidi se
dere viruȝ quem adorat
multitudo āgelorū psal-
lentes in vnū: ecce cuius
imperium nomē est ine
ternū. Ps. Jubilate deo ois
terra: seruite domino in letitia. Oratio.

DEus qui hodierna die vnigenitū
tuū mirabiliter transfiguratum
celitus vtriusq̄ testamenti patribus re-
uelasti: da nobis q̄s beneplacitis tibi acti
bus ad eius semp contēplandā pertinge
re gloriā. in quo tue paternitati optime
complacuisse testatus es. Per eundem.

¶ Lectio epistole beati petri apostoli. ii. i.

FRatres. Notā fecimus vobis dñi
nostri iesu xp̄i virtutē et prescien-
tiā: speculatores facti illius magnitudi-
nis. Accipiens enim a deo patre honorē et
gloriā: voce ad eū delapsa huiuscemodi:
a magnifica gloria. Hic est filius me⁹ di-
lectus: in quo mihi bene cōplacui: ipsum
audite. Et hanc vocem nos audiuimus
de celo allatam: cū essemus cū illo in mō
te sancto. Et habemus firmiorē prophe
ticum sermonem: cui benefacitis atten-
dentes quasi lucerne lucenti in caligino
so loco. donec dies lucescat: et lucifer oria
tur in cordibus vestris. Gr. Tecū prin-
cipium in die virtutis tue in splendoribus san-
ctorū: ex vtero ante luciferū genui te. Ps. Dixit
dñs dño meo: sede a dextris meis. donec ponam
inimicos tuos: scabellū pedū tuorū. Alla. ℣.
Dies sanctificat⁹ illuxit nobis: venite gētes ⁊ ado
rate dñm. qȝ hodie descendit lux magna sup ter
rā. Sequentia. Laudes saluatori. Reqre
in dñica oct. pasche. Sedm matheū. xvii.

IN illo tpe. Assumpsit iesus petrū
et iacobū et ioannē fratrē eius: et
duxit illos in mōtem excelsum seorsum
et transfiguratus est ante eos. Et resplē-
duit facies eius sicut sol: vestimēta autē
eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce ap-
paruerūt illis moyses et helyas: cū eo lo-
quētes. Respondēs autē petrus: dixit ad
iesum. Dñe: bonū est nos hic esse. Si vis
faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū
moysi vnū: et helye vnum. Adhuc eo lo-
quente: ecce nubes lucida obūbrauit eos
Et ecce vox de nube: dicēs. Hic est filius
meus dilectus: in quo mihi bene cōpla-
cui: ipsum audite. Et audiētes discipuli
ceciderūt in faciē suā: et timuerūt valde.
Et accessit iesus et tetigit eos: dixitq̄ eis
Surgite: et nolite timere. Leuātes autē
oculos suos: neminem viderūt. nisi solū
iesum. Et descendētibus illis de monte:
precepit eis iesus dicens. Nemini dixeri
tis visionē: donec filius hoīs. a mortuis
resurgat. Credo. Offr. Deus enī firma-
uit orbē terre qui non commouebitur. parata se
des tua deus ex tunc. a seculo tu es. Secreta.

SUscipe q̄s dñe scte pater oms eter-
ne deus munera q̄ pro gloriosa fi-
lii tui transfiguratione deferimus. ⁊ con
cede propicius: vt p hec a tēporalib⁹ libe
remur incōmodis: et gaudiis connecta-
mur eternis. Per eundē. Prefatio de na-
tiuitate. Cōio. In splendoribus sanctoꝝ ex
vtero ante luciferum genui te. Postcōio.

DEus qui hodiernā diem incarna
ti verbi tui transfiguratione tue-
q̄ ad eū missa paternitatis voce cōsecra-
sti. tribue q̄s: vt diuinis pasti alimoniis:
in eius mereamur mēbra transferri: qui
hec in sui memoriā fieri p̄cepit iesus xp̄s
filius tuus dñs noster. Qui tecū.

¶ Sāctorū sixti felicissimi et agapiti martyrū

SAlus autē iustorū a dño
⁊ protector eorum est in
tempore tribulationis.
Ps. Noli emulari in malignā
tibus: neq̄ zelaueris facien-
tes iniquitatem. Oratio.

DEus q̄ nos cōcedis sanctoꝝ mar-
tyrū tuorū sixti felicissimi et aga-

piti natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per. Ep[ist]la. Bñdictus deus. vt in cõi vnius martyris. fo. iii. Gr. Iustorũ anime in manu dei sunt. et nõ tãget illos tormẽtũ malicie. ℣. Visi sunt oculis insipientiũ mori: illi aũt sunt in pace. Alla. ℣. Reddet deus mercedẽ laborũ sctõrũ suorũ. et deducet illos i via mirabili. Euãgeliũ. Cũ audieritis. vt in cõi pl[ur]iorũ martyrũ. fo. vi. Offr. Gloriabũtur in te omnes qui diligunt nomen tuum. quoniam tu domine benedices iusto. domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Munera dñe tue maiestati oblata sanctorũ martyrum tuorũ sixti / felicissimi: et agapiti quesumus: interuẽtu nobis ad salutẽ proficere sentiamus eternam. Per dominum. Cõio. Ego elegi vos de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Postcõio.

Beatorũ martyrũ tuorũ sixti / felicissimi et agapiti dñe intercessiõe placatus. presta q̃s: vt mysteria sctã que temporali celebramus actiõe / perpetua saluatione capiamus. Per dñm nostrũ.

¶ In festo nominis iesu. Officium.



In nomine iesu omne genu flectatur: celestiũ / terrestriũ / et infernorum: et omnis lingua confiteatur: quia dñs noster ies[us] christus in gloria est dei patris. In tẽpore paschali alleluya. Ps. Laudate dñm quoniam bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suaue. Oratio.

Deus qui gloriosissimum nomen dñi nostri iesu christi vnigeniti filii tui fecisti fidelibus tuis summo suauitatis effectu amabile: et malignis spiritibus tremendum atq[ue] terribile. concede propicius: vt oẽs qui hoc nomen iesu deuote venerantur in terris. sancte consolationis dulcedinẽ in presenti percipiãt. et in futuro gaudiũ exultatiõis et interminabilis iubilatiõis obtineãt. Per eũd.

¶ Lectio actuum apostolorum. iiii.

In dieb[us] illis. Petrus repletus spũ sctõ: dixit. Principes populi: et seniores audite. Si nos hodie diiudicamur: in beneficio hominis infirmi: in quo iste saluus factus est: notũ sit oĩbus vobis: et omni plebi israel. q[ui]a in noĩe dñi nostri iesu christi nazareni: quẽ vos crucifixistis. quẽ deus suscitauit a mortuis: in hoc iste astat corã vobis sanus. Hic est lapis. q̃ reprobatus est a vobis edificãtib[us]: hic fact[us] est in caput anguli: et non est in aliquo alio salus. Nec enim est aliud nomẽ sub celo. datũ hoĩb[us] in quo oporteat nos saluos fieri. Gr. Constituit de[us] pater ad dexterã suã iesũ xp̃m in celestib[us] sup[er] oẽm principatũ potestatẽ et virtutẽ et dñationẽ. et omne nomẽ qđ noĩatur nõ solũ in hoc seculo: sed etiã in futuro: et oĩa subiecit sub pedibus eius. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriã noĩs tui dñe libera nos: et propicius esto peccatis nr̃is propter nomẽ tuũ. Alla. ℣. Dulce nomẽ nostri iesu melos auri: mel in ore: cordi vertit in iubilũ: et fugat mundi sibilũ. In t[em]p[or]e paschali. Alla. ℣. Surgẽs iesus dñs noster stetit in medio discipulorũ suorũ. et dixit pax vobis. Sequẽtia.

Dulcis iesus nazarenus: iudeorum rex amenus pius pulcher florid[us]. Pro salute sue gentis: subit mortẽ cum tormentis: factus pallens liuidus. Dulce nomẽ et cognomẽ. hoc transcẽdẽs est pronomen: oĩbus noĩbus. Mulcet reos sanat eos: fouet eos: munit eos seruat ab insultibus. Huius regis sub vexillo: stãtu degis in trãquillo: hostes tui fugiunt. Nomẽ eius meditantium: belli fugat apparatũ: hostes victi fugiunt. Hoc est nomen recolendũ: quod sic semper est tremẽdũ malignis spiritib[us]. Hoc est nomẽ salutare: et solamen singulare: qđ succurrit tristib[us]. Hoc nos decet honorare: archa cordis inserare: cogitare peramare: amore sed heroico. Ignacius hoc docuit illud passus insonuit: cor ei[us] scissum patuit: inscriptũ iesu celico. Ut q̃d maiora cupim[us]: q̃ qđ iesus sit intim[us]: q̃ est preamantissimus: et q̃rit nos amare. Amat feruẽtissime: amat cõstantissime: amat fidelissime: et suos vult iuuare. Nomẽ suũ fecit tale: vt sit cũctis cordiale: capitale principale: dilectum ex intimis. Hoc habẽt nature iura: vt amantẽ tota cura reamemus placitura: prestantes ex animis. Iesu nomẽ oẽ bonũ tenet: dulcem facit sonũ: promeretur regni thronũ: au

ditum letificat. In hoc lucet splēdor patris: in hoc patet decor matris: in hoc fulget honor fratris: hoc fratres magnificat. Caput iesu cor mēs man⁹: vulnus liuor sanguis plan⁹: pedes corpus vigor sanus parantur holbus. Hec torquētur passa dura: his lesura et natura: reparātur pia cura: purgatis criminibus. Ergo si quis velit scire quare iesu nomē mire: facit bonos concupire: sui inherentiā Diuisio. Iesus pulcher in decore: summe bonus in valore: mitis lenis cū dulcore: pronus ad clemētiā. Iesus est rex generosus: iesus forma speciosus: iesus lingua gratiosus: et mirādus opere. Iesus fortis animosus: iesus pugil vigorosus: iesus donis copiosus & gaudet tribuere. Iesus pie viscerosus: iesus ductor luminosus: iesus est deliciosus: et sapit dulcissime. Iesus fama gloriosus: ies⁹ cūctis fructuosus: iesus totus virtuosus et fouet suos optime. Sūme potens in vigore: summe celsus in honore: summe gratus in amore: omnē laudem obtinet In sciendo summe sapit: ambiendo cūcta capit: diligendo corda rapit: et illata detinet. Eya nomē nobis gratum: dulcis iesus appellatū: sit in corde sic firmatum: vt nō possit erui. Hoc reatum peccatorū: tollat prestet iubilorum: sed et odas beatorum: donet bonis perfrui. Amen. Infra.lxx. vsqz ad pascha dr iste Tract⁹.

Dulce nomen iesu xp̄i. felix omen ferens tristi. iocundans mentē iubilo. ℣. Tollit luctum affert fructum. et obductū et seductū. purgat cor a nubilo. ℣. Nominatum inuocatum honoratum predicatum. semper sonat dulciter. ℣. Tam peccatum q̄ reatum, condonatum, expurgatum: reddit mulcens leniter. ℣. Hostes ferit mores serit, mala terit. graues gerit. plenum est presidium. ℣. Nos defendit nos accēdit. nos inendit et extendit. hoc nomen in gaudium. Secundum Mathium. primo.

In illo tpe. Angelus dn̄i apparuit in somnis ioseph: dicēs Joseph fili dauid: noli timere accipere mariam coniugē tuā. Qd̄ enim in ea natū est: de spū scto est. Pariet aūt filium: et vocabis nomē ei⁹ iesum. Ipse eni saluū faciet ppl'm suū: a pctis eorū. Hoc autē totū factū est vt adimpleretur qd̄ dictū est a dn̄o. p propheta dicentē. Ecce virgo in vtero habebit et pariet filiū: & vocabitur nomē eius emanuel: quod interpretatur nobiscum deus. Credo. Offr. In noie meo demonia eiicient linguis loquentur nouis. serpentes tollent. et si mortiferum quid biberint nō eis nocebit. super egros manus imponent et bene habebunt alleluya. Secreta.

In veneratiōe nois dilectissimi filii tui dn̄i nostri iesu xp̄i tibi de⁹ pr misericordiarū deuotis mentib⁹ hostias immolam⁹. suppliciter deprecātes: vt carū virtute cūctis egētibus pstetur auxiliū: et in eodē noie delectātes. salutarē sui propositi cōsequātur effectū. Per eūdē d Prefatio. Quia p incarnati. Cōio. Vincenti dabo manna absconditum. et dabo illi calculū candidū. et in calculo nomē nouum scriptū quod nemo scit nisi qui accipit. Postcōio.

Sacrosctā mysteria q̄ sumpsimus dn̄e ad honorē nois cōplacentissimi filii tui dn̄i nr̄i iesu xp̄i deuotis pcordiis recolētes. q̄s: vt incrementa spūalia exultatiōis nobis accumulent. & affectū nostrū ad hoc salutiferū nomen nobis iugiter imprimendū accēdant. & ad iubilādum in iesu saluatore nostro dulcissimo tota mētis intētione pmoueāt. Per eūd Per totas octa. dicatur missa pdicta qn̄ de octa. agit: sed sine Credo. Sequētia p octa. Jesus pulcher in decore. &c. Sctī donati episcopi et martyris. Officium.



Sacerdotes dei benedicite dn̄m: scti et humiles corde laudate deum. ps Benedicite oia opera domini dn̄o: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio

Deus q̄ es tuorum gloria sacerdotum presta q̄s: vt scti donati martyris tui atqz pōtificis. cuius festa celebram⁹ sentiamus auxiliuz. Per. Epl'a. Nemo militans. vt in cōi vni⁹ martyris. fol.iii. Gr. Inueni dauid seruū meū. oleo sctō vnxi eū. man⁹ eñi mea auxiliabitur ei & brachiū meū cōfortabit eū. ℣. Nihil pficiet inimicus in eo: & filius iniqtatis nō nocebit eū. Alla. ℣. Disposui testamentū electis meis. iuraui dauid seruo meo. Euāgelium. Vigilate qr nesci. vt in f.iii.

cōmuni vnius cōfessoris. fo. viii. Offert.
In virtute tua dñe letabitur iustus: ꝛ super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Exaudi dñe q̄sumus preces nostras: et vt digna tibi sint munera: que oculis tue maiestatis offerimus: intercedente beato donato martyre tuo atq́ pōtifice: subsidium nobis dñe pietatis impende. Per. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorē impones super eum domine. Postcōio.

Deuotioni nostre dñe quesumus clementer adesto vt intercedente beato donato martyre tuo atq́ pontifice: quod ad honorē tui nominis debito frequētamus obsequio. fiat nobis remedium salutare. Per dominū. ¶ Sancti ciriaci sociorumq́ eius marty. Officiū.

Timete dñm oēs sctī eius quoniā nihil deest timentibus eum diuites eguerunt et esurierunt: inquirentes autē dñm nō deficient omni bono. ps. Benedicam dominū in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Deus qui nos annua beati ciriaci martyris tui sociorūq́ eius solennitate letificas: cōcede propicius: vt quorum natalitia colimus. virtutem quoq́ passiōis imitemur. Per dñm nostrum.

¶ Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. ii.

Metuentes dñm sustinete misericordias eius: ꝛ non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dñm credite illi: et non euacuabitur merces vestra. Qui timetis dñm sperate in illum: et in oblectatione veniet vobis misericordia. Qui timetis dñm diligite illū: et illuminabuntur corda vestra. Respicite filii nationes hominū: et scitote quia nullus sperauit in dño. et confusus est. permansit in mandatis eius: et derelictus est. Aut quis inuocauit illū et despexit eū. Quia pius et misericors est: dñs deus noster. Gr. Timete dñm omnes sancti eius: quoniā nihil deest timentibus eum. V. Inquirentes autem dñm non deficient omni bono. Alleluya. V. Mirabilis dominus noster in sanctis suis.

¶ Secundum Marcum. xvi.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Euntes in mūdū vniuersum: predicate euāgelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit: cōdemnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hec sequentur. In noīe meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis serpentes tollēt. Et si mortiferū quid biberint: nō eis nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebunt. Offer.

Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Pro sanctorū tuorū ciriaci sociorūq́ eius martyrio venerando tibi dñe laudis hostias immolamus: tua mirabilia pertractantes: per que talis est pfecta victoria. Per. Cōio. Signa eos qui in me credent hec sequentur. demonia eiicient: sup egros manus ipōnēt et bene habebūt. Postcō.

Sanctorū martyrū tuorū ciriaci sociorūq́ eius precibus cōfidentes. q̄s dñe: vt per ea que sumpsimus eterna remedia capiamus. Per dñm. ¶ In vigilia sancti laurentii martyris. Officiū.

Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in seculum seculi. cornu eius exaltabitur in gloria. ps. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. Oratio.

Da q̄sumus omnipotēs deus: vt triumphum beati laurentii martyris tui. quem despectis ignibus consummauit in terris: perpetua celorū luce conspicuū. digno fidei seruore veneremur. Per dominum nostrum iesum christū. ¶ Memoria de sancto romano martyre.

Presta quesumus omnipotēs deus vt qui beati romani martyris tui natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici vltimo.

Confitebor tibi dñe rex: ꝛ collaudabo te deū saluatorē meū. Confitebor nomini tuo qm̄ adiutor et protector factus es mihi: et liberasti corpus meū a perditione. A laqueo lingue inique: et a

labiis operantiũ mendaciũ. Et in cõspectu astantiũ factus es mihi adiutor: et liberasti me scdm multitudinẽ mie nois tui. A rugientibus preparatus ad escaz: de manibus querentiũ aiam meã. et de portis tribulationũ ꝙ circundederũt me a pressura flamme ꝙ circũdedit me. et in medio ignis nõ sum estuatus. De altitudine vẽtris inferi: et a lingua coinquinata. et a verbo mendacii. a rege iniquo. et a lingua iniusta. Laudabit vsq ad mortem aia mea dñm: & vita mea appropinquãs erat in inferno deorsum. Circũdederunt me vndiq: et non erat ꝙ adiuuaret. Respiciens eram ad adiutoriũ hoim et non erat. Memoratus sum misericordie tue dñe: et cooperationis tue que a seculo sunt: quoniã eruis sustinentes te. et liberas eos de manu angustie: dñe deus meus. Gr. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculũ seculi. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. Si dñica fuerit dicitur. Alleluya. ℣. Leuita laurentius bonũ opus operatus est: qui per signum crucis cecos illuminauit. & thesauros ecclesie dedit pauperibus. Euangeliũ Si quis vult post me. vt in cõi vni9 martyris. fo. iii. Offr. Oratio mea munda est: & ideo peto vt detur locus voci mee in celo: quia ibi est iudex meus et conscius meus in eternum ascendat ad dñm deprecatio mea. Secreta.

Tanto placabiles tibi dñe ꝗsumus nostre sint hostie: quãto scti martyris tui laurentii: pro cuius solennitate exhibentur. tibi grata sunt merita. Per dominum nostrum. ¶ Alia secreta.

Muneribus nr̃is ꝗs dñe precibusq susceptis: & celestibus nos mũda mysteriis: & intercedente beato romano martyre tuo clementer exaudi. Cõio. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suã et sequatur me. Postcõio.

Conserua dñe ꝗs munus tuum in nobis: vt quod te donante pro beati laurentii martyris tui solennitate percepimus. et salutẽ nobis operetur et pacem. Per dominum. ¶ Alia postcõio.

Da quesumus dñe deus noster: vt sicut beati romani martyris tui temporali gratulamur officio. ita perpetuo letemur aspectu. ¶ In die sancti laurentii. Ad missam. Officium.



Confessio et pulchritudo in conspectu eius: sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. ps. Cantate dño cãticũ nouũ: cãtate dño omnis terra. Oro.

Da nobis ꝗsumus omnipotẽs de9 vitiorũ nostrorũ flammas extinguere: qui beato laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per. ¶ Ad corinthios. ii. ix.

Fratres. Qui parce seminat: parce et metet. Et ꝙ seminat in benedictionibus: de benedictiõibus & metet. Unusquisq put destinauit in corde suo non ex tristitia: aut ex necessitate. Hilarẽ enim datorem: diligit deus. Potens est autẽ deus oẽm gratiã abundare facere in vobis: vt in omnibus semper oẽm sufficientiam habentes: abũdetis in omne opus bonũ sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti: et panem ad manducandũ prestabit. Et multiplicabit semẽ vestrum: et augebit incrementa frugũ: iustitie vestre. Gr. Probasti dñe cor meum: et visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti: et non est inuenta in me iniquitas. Alla. ℣. Leuita laurentius bonũ opus operatus est ꝙ per signũ crucis cecos illuminauit. Sequentia.

Stola iocũditatis alleluya Induit hodie dñs: militẽ suũ laurentiũ Solito plaudat alacrius: concio leta fideliũ. Hodie martyr insignis: hostiam deo placentẽ obtulit. Hodie tormẽtum ignis: grauiter examinatus ptulit. Animatus ad certamẽ: monitu beati senis. Grauissimis non refugit: exhibere mẽbra penis. Ante regẽ accersitur: et de rebus cõuenitur: occultis ecclesie Sed nõ cedit blandimẽtis: emollitur aut tormẽtis: eius auaricie. Auditur valerianus: & leuite larga manus: dũ petit inducias Dat minister caritatis: pauperibus cõgregatis facultatũ copias Aurit irzitur prefectus: & paratur ardẽs lect9: insultãtis viscera: crates vrit aspera. Sudat

martyr in agone: spe mercedis et corone q̄ datur fidelibus: p christo certantibus. De cuius militia celi gaudet curia. Qui vicit hodie: ministros nequitie. Ut huic ergo per patronū: consequamur vite do nū. In illius die festo: chorus noster letus cāto. Iocundum in ecclesia. Decātans alleluya. Euangeliū. Nisi granum vt in cōi vnius marty. fo. iii. Offr. Confessio et pulchritudo in cōspectu eius: sctitas et magnificētia in sanctificatiōe eius. Secreta.

Ut tuis dñe mysteriis digni reddamur illa q̄sumus veritas nos illuminet semper et foueat: que in beati laurentii martyris tui corde flammā sue cōfessionis accēdit. iesus christus filius tuus dñs noster. Qui tecum viuit. Cōio. Qui mihi ministrat me sequatur, et vbi ego sum. illic et minister meus erit. Postcōio.

Sacro munere satiati supplices te dñe deprecamur: vt qd debite seruitutis celebramus officio. intercedente beato laurentio martyre tuo. saluatiōis tue sentiamus augmentum. Per dñm.

¶ Sancti tyburtii martyris. Officium.



Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur: plātatus in domo domini in atriis dom' dei nostri. Ps. Bonum est confiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. Oratio.

Beati tyburcii martyris tui nos domine foueant cōtinuata presidia: q̄a non desinis ppicius intueri. quos talibus auxiliis concesseris adiuuari. Per. Memoria de sctō laurentio. Epl'a. Doctrinis variis. vt in cōi vnius martyris et pōtificis. fo. iiii. Gr. Iustus nō cōturbabitur qr dñs firmat manū eius. V. Tota die miseretur et cōmodat: et semē eius in benedictione erit. Alla. V. Posuisti dñe sup caput ei' coronā de lapide precioso. Euangeliū. Si quis vult. vt in cōmuni vnius martyris. fo. iii. Offr. Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petiit a te et tribuisti ei alleluya. Secreta.

Grata tibi sint dñe hec sacrificia q̄ in sancti tyburcii martyris tui passione deferūtur: cuius intercessiōe q̄s salutaria nobis efficiātur. Per dñm. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucē suam et sequatur me. Postcōio.

Quesumus oēs deus vt interueniente btō tyburcio martyre tuo. et tua in nobis dona multiplices. et misericorditer largita cōserues. Per.

¶ Sācti ypoliti sociorūqꝫ eius martyrū. Officiū.

Iusti epulētur et exultent in cōspectu dei: et delectētur in leticia. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Da q̄s omnīs deus: vt beati ypoliti martyris tui sociorūqꝫ eius veneranda solēnitas. et deuotionē nobis augeat et salutē. Per. Memoria de sctō laurētio. Epl'a. Iusti autē in perpetuū. vt in cōi plurimorū martyrū. fo. v. Offr. Iustorum anime in manu dei sunt: et nō tanget illos tormentū malicie. V. Uisi sunt oculis insipientiū mori: illi autē sunt in pace. Alla. V. Sancti et iusti in dño gaudete: vos elegit deus in hereditatē sibi. Si do. fuerit dr seq̄ntia de cōi pl'iorū mar. fo. v. et vi. Euāgel' Attēdite a fer. vt in cōi pl'iorū marty. fo. vi. Offr. Anima nrā sicut passer erepta est de laqueo venātiū. laq̄us cōtrit' est et nos liberati sum'. Secr.

Respice q̄s dñe munera populi tui in sanctorū martyrū tuorū ypoliti sociorūqꝫ eius honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per dñm nostrum. Cōio. Dico autem vobis amicis meis. ne terreamini ab his q̄ vos persequuntur. Postcōio.

Uos tuis dñe reficis sacramētis sanctorū martyrū tuorū ypoliti sociorūqꝫ eius attolle benignus suffragiis vt nostre redemptionis effectum. et mysteriis capiamus et moribus. Per dñm.

¶ In vigilia assumptionis beate marie. Ad missam. Officium.



Salue sancta parens enixa puerpera regē: qui celum terramqꝫ regit in secula seculorum. Ps. Benedicta tu in mulieribus et benedict' fruct' ventris tui. In hac vigilia nō repetatur officiū post psalmum: sed post Gloria patri. et Sicut erat. tūc. Ad hanc

missam de vigilia dicitur cãtus ferialis super Kyrie. Sanctus. et Agnus. nisi dominica fuerit: tũc eñ dicitur cãtus super kyrie. Gloria in excelsis. Sctũs. Agnus et Ite missa est. sicut in festo. iii. lect. in regimine chori: ⁊ dr missa in caplo. Oro

Deus qui virginalẽ aulã beate marie in qua habitares eligere dignatus es. da quesumus: vt sua nos defensione munitos. iocũdos faciat sue interesse festiuitati. Qui viuis ⁊c. Memoria de sancto eusebio confessore. Oratio.

Deus qui nobis beati eusebii cõfessoris tui ãnua solẽnitate letificas concede propicius: vt cuius natalitia colimus: per eius ad te exẽpla gradiamur.

¶ Memoria de sancto laurentio. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiii.

Ab initio et ante secula creata sũ et vsq; ad futurũ seculũ non desinã. ⁊ in habitatiõe sancta. corã ipso ministraui. Et sic in syõ firmata sum: et in ciuitate sctificata similiter requieui. et in hierusalẽ potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illi⁹. Et in plenitudine sanctorũ: detẽtio mea. Gr. Benedicta et venerabilis es virgo maria: q̃ sine tactu pudoris mueta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quẽ totus nõ capit orbis: in tua se clausit viscera fact⁹ homo. Si dñica fuerit dr. Alla. ℣ Post partũ virgo inuiolata pmãsisti: dei genitrix intercede pro nobis. Scdm lucam. xi.

In illo tpe. Loquẽte iesu ad turbas: extollens vocẽ q̃dã mulier de turba dixit illi. Beatus venter q̃ te portauit et vbera q̃ suxisti. At ille dixit. Quinimmo: beati q̃ audiũt verbũ dei: et custodiunt illud. Offr. Felix nãq; es sacra virgo maria: et omni laude dignissima. q2 ex te ortus est sol iustitie christus deus noster. Et dr hac die iure alla. nisi dñica fuerit. Secreta

Munera nostra dñe q̃s apud clemẽtiam tuã dei genitricis commendet oratio: quam idcirco de presenti seculo transtulisti: vt pro petis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundẽ do.

¶ Alia secreta de sancto eusebio.

Sancti eusebii cõfessoris tui interuentu dñe tibi seruitus nostra cõplaceat. ⁊ oblatio presentiũ munerũ fiat presidiũ deuotorũ. Prefatio quotid. dr. Cõio. Alma dei genitrix succurre precãtibus cũctis: nos quoq; vna stamus supplices: vt tuis fretibus adiuti. laudem⁹ trinitatẽ. Postcõio

Concede q̃s misericors deus fragilitati nostre presidiũ: vt qui sancte dei genitricis et virginis marie requiẽ celebramus. intercessionis eius auxilio a nostris iniq̃tatibus resurgamus. Per eũdem. Alia postcõio de sancto eusebio.

Leti dñe sumpsimus sacramenta celestia: que nobis intercedẽte beato eusebio confessore tuo. sentiam⁹ vberius profutura. ¶ In die assumptionis beate marie. Ad missam. Officium.



Gaudeamus oẽs in dño: diẽ festũ celebrãtes: sub honore marie virginis: de cu⁹ assũptiõe gaudẽt angeli: et collaudãt filiũ dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Kyrie. Deus creator. Oratio.

Venerando nobis dñe huius diei festiuitas. opem conferat sempiternã: in qua sancta dei genitrix mortẽ subiit temporalẽ: nec tamẽ mortis nexibus deprimi potuit. q̃ filiũ tuũ dñm nostrũ de se genuit incarnatũ. Qui tecum

Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiii.

In oĩbus requiẽ quesiui: et in hereditate dñi morabor. Tũc precepit et dixit mihi creator oĩm: et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. et dixit mihi. In iacob inhabita: ⁊ in israel hereditare. et in electis meis mitte radices Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata similiter requieui: et in hierusalẽ potestas mea. Et radicaui in populo honorificato. ⁊ in partes dei mei hereditas illius. et in plenitudine sanctorũ detẽtio mea Quasi cedrus exaltata sum in libano: et quasi cypressus in monte syon. Quasi palma exaltata sum in cades: et quasi plantatio rose in hierico. Quasi oliua speciosa in campis: ⁊ quasi platan⁹ exaltata sum iuxta aquã in plateis. Sicut cynamomũ et balsamũ aromatizãs: odorem dedi. Quasi myrrha electa dedi

suauitatē odoris. Alia epistola per octa. Lectio libri sapiētie. Canticorū. iiii. et. iiii

Egredimini et videte filie syon regē salomonē in diademate quo coronauit eū mater sua in die desponsationis illius: et in die letitie cordis eius. Quā pulchra es amica mea. q̄ pulchra es et decora: oculi tui columbarum: absq; eo qđ intrinsecus latet. Tota pulchra es amica mea. et macula non est in te. Ueni de libano sponsa mea: veni de libano veni. Quā pulchre sunt mamme tue: soror mea spōsa. Pulchriora sunt vbera tua vino: et odor vnguētorum tuorum: super omnia aromata. Fauus distillans labia tua spōsa. mel et lac sub lingua tua. et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Ortus conclusus soror mea spōsa: ortus conclusus fons signatus. Emissiōes tue paradysus malorum punicorū: cum pomorū fructibus. Fons ortorum: puteus aquarū viuentiū: q̄ fluunt impetu de libano. Ueni in ortū meū soror mea sponsa: messui myrrhā meā cū aromatibus meis. Una est columba mea perfecta mea vna est matri sue electa genetrici sue. Uiderunt eā filie syon: et beatissimā predicauerūt. Regine et cōcubine laudauerūt eā. Que est ista que pgreditur quasi aurora consurgens: pulchra vt luna. electa vt sol. terribilis vt castrorū acies ordinata. Quam pulchra es et q̄ decora carissima in deliciis: statura tua assimilata est palme: et vbera tua botris. Et legant alternis vicibus p octa. vt dels vna die. In oībus requiē. et altera die Egredimini. Ita tā q in dñica infra oct. et in oct. die dr epl'a. In oībus requiē. Gr. Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurē tuā: q2 concupiuit rex speciē tuā. Alleluya. ℣. Hodie maria virgo celos ascendit. gaudete: quia cum christo regnat ineternum. Sequens Alla. dr quotidie per octa. nisi in dñica et in octa. die: tunc vero dr Alla. sicut in prima die. Alleluya. ℣. Assumpta est maria in celum: gaudent angeli et collaudātes benedicunt dominum. Sequentia

Aurea virga: prime matris eue: florēs rosa: processit maria. Oritur vt lucifer: inter astra etherea perpulchra vt luna. Fragrascit: vltra oīa balsama pigmēta: et thimiamata. Purpurea vt viola: roscida vt rosa: cādēs vt lilia. Patris summi: quā elegit proles deica. Ut assumeret carnē: sacrosctām ex virginis carne incorrupta. Celsus nūciat gabriel: noua gaudia. Eterni regis exortū in terra: matrēq; eius ita salutat. Aue maria dñi mei: mater alma celica plena gratia. Et dr trina vice. Tu benedicta regē in scl'a: paries effecta orbis regina. Ecesida ergo inquit: quomodo esse queam cū virū nō agnoscam: ex quo sum nata: et semp permanēs virgo pudica. Ne timeas respondit angelus: sanctum neuma: descendet in te casta: quo fecundata paries deū et hoīem vna. O vere sancta atq; amanda: ex qua est orta redemptio nostra: salus quoq; mundi: veraq; vita. O dei nostri genitrix pia: suscipe nostra hac die pcata: in qua es assumpta ad celi claustra. Tu es enī patri cara: tu es iesu mater bona: tu sancti spūs es templū sacra. Tu es pulchra dei spōsa: tu regem xp̄m enixa: dña es in celo et in terra. Hodie nāq; curie celestis tibi obuia agmina te assumpserūt ad pallatia stellata. Iesus et ipse festinus: tibi matri cū angelis occurrens sede paterna secū locauit in secula. Iam cū deo regnās: nostra expulsa clemens mala: poscens cuncta bona o benigna. Mediatrix nostra: que es post deum spes sola: tuo filio nos representa. Ut in poli aula: leti iubilemus alleluya.

Secundum Lucam.

In illo tpe. Intrauit iesus in quoddam castellū et mulier quedā martha noīe excepit illū in domū suā. Et huic erat soror noīe maria: que etiā sedēs secus pedes dñi. audiebat verbum illius. Martha autē: satagebat circa frequens ministerium. Que stetit: et ait. Domine non est tibi cure q soror mea reliquit me solam ministrare. Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et respondēs: dixit illi dñs. Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro: vnum est necessarium. Maria optimā partē elegit. q̄ nō auferetur ab ea. Credo. Offr. Diffusa est gra

tia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum et in seculum seculi. Secreta.

Grata tibi dñe qs munera nostra efficiat beate dei genitricis oratio quã et si pro conditione carnis migrasse cognoscimus in celesti gloria pro nobis apud te iugiter orare sentiamus. Prefatio. Et te in assumptione. Hec prefatio dicitur quotidie per octa. ꝛ in octa. Cõio Beata viscera marie virginis que portauerũt eterni patris filium. Postcõio.

Mense celestis pticipes effecti imploramus clementiã tuã dñe de⁹ noster: vt qui festa dei genitricis colim⁹: a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per eundem. ¶ Quotidie per ebdomadã dicitur eadẽ missa cũ propriis sequẽtiis. sed sine Credo: tñ in dñica dicitur Credo ꝛ in oct. die si dñica fuerit. Secũda die. Sequentia.

Post partũ virgo maria. Dei genitrix secũda gratia tonãtis plena. Aue terrarum dña: alma celoꝝ regina. Tibi ethera omnisq; sanctorũ turma: depromat symphonia. Tell⁹ flumina: atq; siluarum nemora: resultẽt voce sua. Salue parens inclyta felix puerpera. Per te lux et veritas mũdo est edita. Tu iesum papilla lactasti sacra extans virgo feta: mater intacta. Unde nostris eya faue votis dña christum interpellãs pro salute humana. Per te mater abole tifiliorum flagitamus crimina. Nosq; omnes introduci sempiterna paradysi gaudia. Quo perhẽnis vite perfruamur gloria. Tertia die. Sequentia.

Aue maria gratia plena. Dñs tecũ virgo serena. Benedicta tu in mulieribus. Que peperisti pacẽ hominibus: et angelis gloriã. Et benedictus fructus ventris tui. Qui coheredes vt essemus sui: nos fecit ꝑ gratiã. Per hoc autẽ aue: mundo tam suaue: contra carnis iura. Genuisti prolẽ nouũ stella solem: noua genitura. Tu parui ꝛ magni leonis et agni: saluatoris christi: tẽplũ extitisti: sed virgo intacta. Tu floris et roris: panis et pastoris: virginũ regina: rosa sine spina: genitrix es facta. Tu ciuitas regis iustitie. Tu mater es miseri-

cordie. Theophilũ reformãs gratie: de lacu fecis et miserie. Ergo maris stella: verbi dei cella: et solis aurora. Paradysi porta: per quã lux est orta: natũ tuũ ora. Nos vt soluat a peccatis: ꝛ in regno claritatis: quo lux lucet sedula: collocet per secula. Quarta die. Sequentia.

Letabũdus exultet fidelis chorus alleluya. Regẽ regum intacte ꝓfudit thorus: res miranda. Angelus cõcilii: nat⁹ est de virgine: sol de stella. Sol occasum nesciens: stella semper rutilans semꝑ clara. Sicut sydus radiũ: profert virgo filiũ. pari forma. Neq; sydus radio: neq; mater filio: fit corrupta. Cedr⁹ alta libant: conformatur ysopo: valle nostra. Uerbũ ens altissimi: corporari passum est: carne sumpta. Isaias cecinit synagoga meminit: nunq̃ tamen desinit: esse ceca. Si nõ suis vatibus: credat vel gentilibus: sybillinis versibus: hec predicta. Infelix ꝓpera. Crede vel vetera. Cur dãnaberis gens misera. Quẽ docet litera. Natũ cõsidera. Ipsum genuit puerpera. Quinta die. Sequentia.

Hac clara die turma: festiua dat preconia. Mariã concrepando: symphonia nectarea. Mundi dña: q̃ es sola castissima: ṽginũ regina. Salutis causa: vite porta: atq; celi referta grã. Nam ad illã sunt nuncia: olim facta angelica. Aue maria gratia: dei plena per secula. Mulierũ pia agmina: intra semꝑ benedicta. Uirgo et grauida: mater intacta: prole gloriosa. Qui cõtra maria: hec reddit famina. In me quomodo: tua iã fient nũcia. Uiri noui nulla: certe copula. Ex quo atq; nata sũ: icorrupta. Otua miss⁹: ita reddit affata. Flatu sacro: plena fies maria. Noua efferẽs gaudia: celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra: portans qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica.

Sexta die. Sequentia.

Aue mũdi spes maria. aue mitis: aue pia: aue plena grã. Aue virgo singularis: q̃ per rubũ designaris: nõ passum incẽdia. Aue rosa speciosa: aue iesse virgula. Cuius fructus nostri luctus: relaxabat vincula. Aue carẽs simi-

Bartholomei apostoli

pi: mūdo diu flebili: reparasti gaudium. Aue cuius viscera: cōtra mortis federa ediderunt filiū. Aue virginū lucerna: p quam fulsit lux superna: his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci: & de cui' lacte pasci: rex celoꝝ voluit. Aue gēma celi luminariū. Aue sācti spūs sacrariū: O q̄ mirabilis & q̄ laudabilis hec est virginitas. In qua per spūm: factā paraclytū: fulsit fecūditas. O q̄ sancta q̄ serena q̄ benigna q̄ amena: esse virgo creditur. Per quam seruitus finitur: porta celi aperitur: et libertas reddit. O castitatis lilium: tuum precare filiū: qui salus est humilium. Ne nos pro nostro vicio: in flebili iudicio: sub iiciat supplicio. Sed nos tua sancta prece: mundans a peccati fece. Collocet in lucis domo: amen dicat oīs homo. Septima die. Sequentia

Hodierne lux diei: celebris in mēsis Dei agitur memoria. Decanteur' in hac die: semp virginis marie: laudes et preconia. Oīs homo oī hora: ipsam ora & implora: eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto: cordis oris voce voto: aue plena gratia. Aue dña celoꝝ: inexperta viri thori: parēs paris nescia. Fecundata sine viro: genuisti modo miro: genitorem filia. Florens ortus austro flante. porta clausa post et āte. via viris inuia. Fusa celi rore tellus: fusum gedeonis vellus: deitatis pluuia. Salue splendor firmamēti: tu caliginose menti: desup irradia. Placa mare maris stella: ne inuoluat nos procella: et tēpestas obuia. ¶ Tercia die infra oct. assumptiōis btē marie dr missa in caplo de oct. scti laurētii. Officium.

Probasti dñe cor meū: et visitasti nocte: igne me examinasti: et non est inuenta in me iniqtas. Ps. Exaudi deus iusticiā meā intende deprecationē meā. Or.

Beati laurētii martyris tui nos fa- ueat dñe passio venerāda letantes & vt eam sufficienter recolamus. efficiat promptiores. Per dñm. Epl'a. Qui parce seminat. vt supra i die. Gr. Posuisti dñe sup caput eius coronā de lapide precioso. ꝟ. Desiderium aie eius tribuisti ei: et voluntate labioꝝ eius nō fraudasti eū. Alla. ꝟ. Leuita laurēti' bonū opus operatus est: qui per signū crucis cecos illuminauit: et thesauros ecclesie dedit pauperibus. Si vigilia in dñica euenerit: hac die dr sequēs Alla. ꝟ. Leuita laurētius bonū opus operat' est: q̄ p signū crucis cecos illuminauit. ¶ Secundum Matheum.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Qui amat patrē aut matrē plusq̄ me: nō est me dignus. Et q̄ amat filiū aut filiā super me: nō est me dign'. Et qui nō accipit crucē suā et sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animā suā: pdet illā. Et qui pdiderit alam suā propter me: inueniet eā. Qui recipit vos: me recipit. Et q̄ me recipit: recipit eū qui me misit. Qui recipit pphetā in noīe pphete: mercedē pphete accipiet. Et q̄ recipit iustū in noīe iusti: mercedē iusti accipiet. Et q̄cūq̄ potū dederit vni ex minimis istis calicē aque frigide tātū in noīe discipuli: amē dico vobis: nō pdet mercedē suā. Offer. In virtute tua dñe letabitur iustus et sup salutare tuū exultabit vehementer: desideriū aie eius tribuisti ei. Secret.

Beati laurentii martyris tui honorabilē passionē muneribus dñe geminatis exequimur: q̄ licet ppriis sit memoranda principiis: indesinenter tñ permanet gl'iosa. Per. Cōio. Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide precioso. Postcōio.

Salutare nobis dñe q̄s intercessio beati laurētii martyris tui pstet auxiliū. vt celestis mēse pticipatio quā sumpsimus. tribuat ecclesie tue recensitā leticiā. Per dñm. ¶ Sciēdū est q̄ si festum oct. scti laurētii in dñica cōtigerit: missa de ipsis oct. in illa dñica in caplo dicenda est sicut. xxvi. vel. xxvii. dñice. ante adventu. usq ad aduētū dñi: tūc enim in vna missa dñicalis differat. ¶ Dñica infra oct. assumptiōis ad missam oīa fiant sicut in prima die more simplicis festi except. ita tñ q̄ kyrie. Gloria in excelsis. Sequentia. Sanctus. & Agnus. per ordinē dicitur. Quarta die infra oct. fiat memoria de sancto agapito martyre. Oratio.

Letetur ecclesia tua deus beati agapiti martyris tui confisa suffragiis: atq̄ eius precib' gl'iosis et deuota per

maneat et secura cõsistat. Per. Secreta.

Pro beati agapiti martyris tui passione venerãda. hostias laudis tibi dñe immolantes. quesumus: vt eius orationibus placeant: pro cuius meritis offeruntur. Per dominum. Postcõio.

Presta quesumus dñe deus noster vt sacramẽti tui virtute percepta intercessione beati martyris tui agapiti tanto munere digni reddamur. Per d.

¶ Quinta die infra octa. fiat memoria de sancto magno martyre. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris: et intercedẽte beato magno martyre tuo. ab hostium nos defende ꝓpiciatus incursu. Per. Secreta.

Oblatis tibi dñe qs fideliũ tuorum muneribus intende propicius. et vt nullius irrita postulatio. nullius inane sit votũ. gloriosi martyris tui magni desideratum nobis prebe subsidiũ. Per dominum nostrum. Postcõmunio.

Uia sctã sumẽtes qs dñe: vt beati magni martyris tui nos foueãt cõtinuata presidia. Per. ¶ In oct. assumptiõis btẽ marie ad missaz oĩa fiãt sicut in prima die inore simplicis festi. ix. lect. et dr sup Kyrie. cantus de Kyrie oĩpotẽs. dr etiã Spũs et alme. a trib' de superiori gradu in supplicitis ad gradũ chori. et dr Sanctus. cũ hac additiõe. Benedictus marie filius. Et fiat memoria de martyribus timotheo et symphoriano. Oratio.

Auxiliũ tuum nobis quesumus dñe placatus impende: et intercedentibus beatis martyribus tuis timotheo et symphoriano dexterã sup nos tue propiciatiõis extẽde. Et dr ista sequẽtia.

Aue preclara maris stella: in lucem gentium: maria diuinitus orta. Euge celi porta: que non aperta: veritatis lumen: ipsum solem iusticie: indutũ carne: ducis in orbem. Uirgo decus mũdi: regina celi: precelecta vt sol: pulchra lunaris vt fulgor: agnosce omnes te diligẽtes. Te plenam fide: virgã alme stirpis iesse nasciturã: priores desiderauerũt patres et prophete. Te lignum vite: sacro rorãte neumate: paritura diuini floris amigdalum: signauit gabriel. Tu agnum regem: terre dominatorẽ moabitici de petra deserti: ad montẽ filie syõ: traduxisti. Tuqz furentem leuiathan: serpẽtem tortuosumqz et vectẽ: collidẽs dannosum crimine mundũ exemisti. Hinc gentiũ nos reliquie. Tue sub cultu memorie. Mirum in modũ: quez est extra propiciationis agnum regnãtem celo eternaliter reuocamus ad araz: mactandũ mysterialiter. Hic manna verũ israelitis. Ueris vere abrahe filius. Admirantibus quondã moysi: quod typus figurabat: iam nũc abducto velo: datur ꝓpiciora virgo nos illo pane celi dignos effici. Hac igni sancto: patrisqz vbo: qd rubus vt flammã: tu portasti virgo mater: facta peaculi pelle: discicto pede: mũdis labiis: cordeqz ꝓpinquare. Hac fontem dulcẽ: quẽ in deserto: petra premonstrauit degustare: quã sincera fide teneloqz succingi: lotos in mari: anguem eneũ in cruce speculari. Audi nos: nam te filius nihil negans honorat. Salua nos iesu: pro quib' virgo mater te orat. Da fontem vite viserẽ: da puros mẽtis oculos in te defigere. Christianissimi fidez operibus: redimere beatoqz fine Ex huius incolatu: seculi auctor a te transire.

Accepta tibi sit dñe sacratę plebis oblatio. pro tuorũ honore sctõrũ quorũ se meritis percepisse de tribulatiõe cognoscat auxilium. Per dominum nostrum iesum. Secreta. Postcõio.

Sacro munere satiati quesumus omnipotens deus: vt interueniẽtibus sanctis martyribus tuis timotheo et symphoriano nos oẽs sanctorũ tuorũ iubeas assisti collegio. Per. ¶ In vigilia sancti bartholomei apli quere oĩa in cõi vni' apli: et fiat memoria de martyrib' timotheo et appollinare cũ oratiõe de cõi. Si hec vigilia in dñica euenerit nihil fiat de vigilia preter memoriaz. ¶ In die sancti bartholomei apostoli. Officium.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

Omñs sempiterne de⁹. q̄ huius diei
venerandã sctãmq; letitiã in beati
bartholomei apostoli tui festiuitate tri-
buisti: da ecclesie tue q̄s. et amare qđ cre-
didit. et predicare quod docuit. Per dñz
Memoria de sancto audoeno episcopo.
Deus qui perennẽ gloriã sctissimi
cõfessoris tui atq; põtificis audo
eni aĩe cõtulisti. tribue q̄s: eius nos apud
te ita patrociniis subleuari: vt cum eo vi
tã possideamus eternã. Per dñm. Epl'a
Iã nõ estis. vt in cõi vnius apl'i. fo. i. Gr
In oẽm terrã exiuit sonus eorũ: et in fines or
bis terre verba eorũ. ℣. Celi enarrãt gloriã dei:
et opera manuũ eius annunciat firmamentum.
All'a. ℣. Nimis honorati sunt amici tui de⁹.
nimis cõfortatus est principat⁹ eorũ. Sequẽ-
tia. Clare sctõr. vt in cõi vni⁹ apl'i. fol. i.
Euãgeliũ. Facta est cõtẽtio. vt in cõi vni
us apl'i. fo. ii. Credo. Offr. Constitues
eos principes sup oẽm terrã: memores erũt nois
tui in omni progenie et generatione. Secreta
Beati apostoli tui bartholomei do
mine solennia celebrantes tuã cle
mentiã deprecamur: vt eius auxilio tua
beneficia capiamus: in cuius veneratio-
ne tibi laudis hostias immolamus. Per
dominũ. Alia secreta de sancto audoeno
Oblata quesumus dñe munera fi-
delis populi meritis beatissimi au
doeni confessoris tui atq; pontificis tibi
reddantur accepta: vt ab omni cõtagio-
ne peccati: eisdem q̄bus famulamur my
steriis: clementer emundari mereamur
Prefatio. Et te dñe. Cõio. Uos qui secuti
estis me: sedebitis super sedes iudicantes duo-
decim tribus israel dicit dominus. Postcõio.
Sumptis dñe salutarib⁹ sacramẽ
tis. pro solennitate beati apostoli
tui bartholomei supplices deprecamur
vt que predicauit et credamus pariter ꝛ
sequamur p. Alia postcõ. de scõ audoeno
Mense celestis participatiõe vege
tati supplices te rogam⁹ oñs de⁹
vt sicut de beati audoeni perpetua glori
ficatione annua celebritate gaudemus.
ita ipsius apud te intercessione ab omni
mereamur aduersitate defendi. Per do
minum nostrũ iesum. ¶ Sancti ruphi
martyris. Ad missam. Officium.


Iustus nõ cõturbabitur
quia dñs firmat manũ
eius: tota die miseretur
et cõmodat: ꝛ semẽ eius
in benedictione erit: ine-
ternũ conseruabitur. ps
Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris
facientes iniquitatem. Oratio.
Adesto dñe supplicatiõibus nr̃is:
vt beati ruphi martyris tui inter
cessiõib⁹ cõfidẽtes. nec minis aduersan-
tiũ. nec vllo conturbemur incursu. Per.
Epl'a. Beat⁹ vir q̄ in sapi. vt in cõi vni⁹
mart. fo. iii. Gr. Iustus non conturbabitur
q: dñs firmat manũ ei⁹. ℣. Tota die miseretur
et cõmodat: et semẽ ei⁹ in bñdictiõe erit. All'a
℣. Beat⁹ vir q̄ timet dñm: in mãdatis ei⁹ cupit
nimis. Euãg. Nihil opertũ. vt in cõi vnius
mart. fo. iiii. Offr. In virtute tua dñe leta
bitur iustus. et sup salutare tuũ exultabit vehe-
menter: desideriũ aĩe eius tribuisti ei. Secreta.
Hostias tibi dñe ob honorem beati
ruphi martyris tui offerim⁹ sup-
pliciter deprecantes vt sicut illi prebuisti
sacre fidei cõfessionẽ. sic nobis indulgen-
tiã largiaris ꝛ pacẽ. Per d. Cõio. Magna
est gloria eius in salutari tuo. gloriã et magnũ
decorẽ impones super eum domine. Postcõio
Celesti munere satiati q̄s dñe deus
noster: vt btĩ ruphi martyris tui
meritis vbiq; nos adiuues. Per. ¶ San
cti augustini epi et doctoris. Officium.


Tatuit ei dñs testamẽtũ pa-
cis: ꝛ principẽ fecit eũ. vt sit il-
li sacerdotii dignitas ĩ eternũ
℣. Misericordias dñi ineternũ cãtabo. Oratio
Deus q̄ btm̃ augustinũ ecclie tue i
exponẽdis scripture sacre myste-
riis. doctorẽ catholicũ puidisti: da nobis
eius semp et doctrinis instrui: et oratiõe
fulciri. p. Mẽoria de sctõ hermete mart.
Deus q̄ beatũ hermetẽ martyrẽ
tuũ virtute constãtie in passione
roborasti: ex ei⁹ nobis imitatione tribue
pro amore tuo prospera mũdi despicere. ꝛ
nulla eius aduersa formidare. Epl'a. De
dit dñs. vt in cõi vni⁹ cõfessoris et docto.
fo. ix. Gr. Dñe preuenisti eũ in bñdictiõib⁹
dulcedinis. posuisti in capite eius coronã de la-
pide precioso. ℣. Uitã petiit ꝛ tribuisti ei longitu

uinẽ dierũ in seculũ seculi. Alla. ℣. Iustꝰ germinabit sicut liliũ: et florebit ineternũ ante dñz Sequẽtia. Adest nobis. vt in cõi vniꝰ cõfessoris et ponti. fo. viii. Euãgeliũ. Uos estis sal terre. vt in cõi vnius confessoris et doctoris. fo. ix. Credo. Offer. Ueritas mea et misericordia mea cuz ip sorte in nõie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti cõfessoris tui atqꝫ põtificis augustini nobis q̃s dñe pia nõ desit oratio: que et munera nr̃a tibi cõciliet et tuã nobis indulgentiã semp obtineat Per dñm. Alia secreta de sctõ hermete.

Munera nr̃a dñe q̃s ppiciatus assume: et vt digne tuis famulemur altaribꝰ sctĩ hermetis martyris tui nos intercessiõe custodi. Cõio. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis sup oĩa bona sua cõstituet eũ. Postcõio

Sumẽtes dñe salutaria sacramenta q̃s: vt eiꝰ nos tribuas subsequi documẽta. cuiꝰ celebramus gl'iosa solennia. Per d̃. Alia postcõio de sctõ hermete

Repleti dñe benedictione celesti q̃s clementiã tuã: vt intercedẽte beato hermete martyre tuo q̃ humiliter gerimus. salubriter sentiamꝰ. ¶ In decollatione sancti ioannis baptiste dicit̃ missa in capitulo de sancta sabina virgine. statim post primã ante tertiã more solito: et missa de sancto ioanne post sextam ¶ De sancta sabina virgine. Officium.

Cognoui dñe qr equitas iudicia tua: ꝫ i veritate tua humiliasti me: cõfige timore tuo carnes meas: a mãdatis tuis nõ me repellas. Ps. Beati immaculati in via: q̃ ambulant in lege domini. Oratio.

Beate sabine virginis tue ꝫ martyris dñe precibus cõfidẽtes: q̃s clementiã tuam: vt eius meritis et precibꝰ ad eterna gaudia peruenire valeamus. Ep'a. Dñe deus meus. vt in cõi vniꝰ virginis et martyris. fol. x. Gr. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deꝰ ineternũ. ℣. Propter veritatẽ et mãsuetudinẽ ꝫ iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Specie tua ꝫ pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Euãgeliũ. Simile est regnũ celorũ the. vt in cõi vnius virginis et mar. fo. xi. Offer. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. Secreta.

Muneribus nostris dñe te magnificamus oblatis: que nobis ꝫ beate sabine martyris tue patrocinia et sempiterna concilient gaudia. Per dominũ. Cõio. Principes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum: letabor ego super eloquia tua. sicut qui inuenit spolia multa: concupiuit anima mea testimonia tua dñe: ꝫ dilexit ea vehementer. Postcõmunio.

Redẽptiõis nr̃e mysteria celebrantes. q̃s dñe deus noster vt beate sabine martyris tue meritis muniamur: ꝫ visiõis tue gl'ia ineffabili perfruamur Per d̃. ¶ Ad magnã missam. Officium

Gloria et honore coronasti eũ: et cõstituisti eum super opera manuũ tuarũ. Ps. Dñe dñs noster q̃ admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra. Oratio.

Sancti ioãnis baptiste et martyris tui dñe q̃s venerãda festiuitas: salutaris auxilii nobis prestet augmẽtum Per d̃. Nulla fiat mẽoria de sctã sabina virgine vbi missa de ea prius cãtata fuerit. Lectio libri sapiẽtie. Prouer. x. et xi.

Expectatio iustorũ letitia: spes autẽ impiorũ peribit Fortitudo simplicis via dñi: ꝫ pauor his q̃ operãtur malũ Iustus ineternũ nõ cõmouebitur: impii autẽ non habitabunt super terrã. Os iusti parturit sapientiã: et lingua prauorũ peribit. Labia iusti considerant placita: et os impiorũ peruersa. Simplicitas iustorũ diriget eos: ꝫ supplãtatio peruersorũ vastabit illos. Iustitia rectorũ liberabit eos: et in insidiis suis capiẽtur iniqui Iustus de angustia liberatꝰ est: et tradet̃ impius pro eo. Simulator ore decipit amicũ suũ: iusti autẽ liberabũtur sciẽtia. In bonis iustorũ exaltabitur ciuitas: et in perditiõe impiorꝫ erit laudatio. In benedictione iustorũ: exaltabitur ciuitas. Gr. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide precioso. ℣. Desideriũ anime eius tribuisti ei. et voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eũ. Alla. ℣. Misso herode spiculatore precepit

amputari caput ioannis in carcere. Sequen-
tia. Sãcti baptiste. Require supra in na-
tiuitate eiusdē. Secundũ marcum. vi.
IN illo tpe. Misit herodes & tenuit
ioannē: et vinxit eũ in carcerē pro-
pter herodiadem vxorē philippi fratris
sui: q2 duxerat eã. Dicebat enim ioãnes
herodi. Nõ licet tibi habere vxorem fra
tris tui. Herodias aũt insidiabatur illi: &
volebat occidere eum nec poterat. Hero
des enim metuebat ioannē. sciens eũ vi
rũ iustũ et sctm: et custodiebat eũ. Et au
dito eo multa faciebat: et libenter eũ au-
diebat. Et cũ dies opportunus accidisset:
herodes natalis sui cenam fecit principi
bus. et tribunis et primis galilee. Et cũ
introisset filia ipsius herodiadis & saltas
set et placuisset herodi. simulq3 recũben
tibus: rex ait puelle. Pete a me qd vis: et
dabo tibi. Et iurauit illi: q2 quicquid petie
ris dabo tibi: licet dimidium regni mei.
Que cum exiisset dixit matri sue. Quid
petã? At illa dixit. Caput ioannis bapti-
ste. Cũq3 introisset statim cũ festinatiõe
ad regē: petiuit dicēs. Volo vt protinus
des mihi in disco caput ioannis baptiste
Et cõtristatus est rex propter iusiurãdũ
& propter simul discũbentes. noluit eam
contristari: sed misso spiculatore. precepit
afferri caput eius in disco. Et decollauit
eũ in carcere: & attulit caput eius in disco
et dedit illud puelle. Et puella: dedit ma
tri sue. Quo audito: discipuli eius vene-
runt et tulerunt corpus eius: & posuerũt
illud in monumento. Offr. Posuisti dñe
in capite eius coronam de lapide precioso vitã:
petiit a te et tribuisti ei alleluya. Secreta.
MUnera tibi dñe pro sancti ioãnis
baptiste et martyris tue passione
deferimus: qui dum finitur in terris fa-
ctus est celesti sede perpetuus: quesum9
vt eius obtentu nobis proficiãt ad salu-
tem. Per dñm. Cõio. Magna est gloria ei9
in salutari tuo: gloriam & magnum decorem im
pones super eum domine. Postcõmunio
COnferat nobis dñe quesum9 san-
cti ioannis baptiste vtrumq3 solē-
nitas: vt et magnifica sacramenta que
sumpsimus patribus nostris significata
veneremur: & in nobis potius edita gau

deamus. Per dominum. Sãctorum fe-
licis et adaucti martyrum. Officium.
SApientiam sanctorũ narrãt
populi: et laudem eorũ nũci-
at ecclesia: nomina autē eorũ
viuēt in seculũ seculi. Ps. Exul
tate iusti in dño. rectos decet collaudatio. Oro
MAiestatē tuã dñe supplices depre
camur: vt sicut nos iugiter sctõr
martyrũ tuorũ felicis & adaucti comme
moratione letificas. ita semper supplica
tione defendas. Per dñm. Ep'la. Iusto-
rũ anime. vt in cõi plurimorũ martyrũ.
fo. v. Gr. Iustorum anime in manu dei sunt
et non tanget illos tormentum malicie. V. Visi
sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in
pace. Alleluya. V. Iusti epulentur et exultẽt
in conspectu dei: et delectentur in leticia. Euan
gelium. Attendite a fermento. vt in cõi
plurimorum martyrũ. fo. vi. Offr. Le-
tamini in domino et exultate iusti: & gloriamini
omnes recti corde. Secreta.
HOstias quesumus dñe quas solē-
niter immolamus pro martyrũ
commemoratione sanctorũ clemēter su
scipe: et concede. vt eorũ intercessione: in
quorũ honore offeruntur. veniã delicto-
rum consequi mereamur. Per dominũ.
Cõio. Quod dico vobis in tenebris dicite in
lumine dicit dominus: et quod in aure auditis:
predicate super tecta. Postcõio.
REfecti dñe sacris muneribus qs:
vt intercedentibus sanctis marty
ribus tuis felice et adaucto. in gratiarũ
semper actione maneamus. Per dñm.
Sancte cuthburge virginis. Officiũ
DIlexisti iustitiã et odisti iniqui
tatē: propterea vnxit te deus de
us tuus oleo letitie pre cõsorti
bus tuis. Ps. Eructauit cor meum
verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Oratio.
DEus qui eximie castitatis priuile
gio famulam tuam cuthburgã
multipliciter decorasti. da nobis famu-
lis tuis eius promerente intercessione
vtriusq3 vite prosperitatem vt sicut eius
festiuitas nobiscum agitur in terris. ita
per eius interuentum nostri memoria
apud te semper habeatur in celis. Per
dñm nostrum iesum christum. Epistola.

Qui gloriatur. vt in cõi vnius virginis nõ martyris. fo. xi. Gr. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Alla. ℣. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginẽ castã exhibere christo. Euãgeliũ. Simile est regnũ celorũ decẽ virginib⁹. vt in cõi vni⁹ virginis nõ martyris. fol. xi. Offr. Afferentur regi virgines post eam proxime eius afferentur tibi. Secreta.

Altaria tua dñe mysticis muneribus cumulamus: maiestatẽ tuã suppliciter deprecãtes: vt ipsius adiuuãtibus meritis: carere mereamur cũctis contagiis. Per dominũ nostrum. Cõio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Postcõio.

Celestibus sacramẽtis refecti altaribus tuis dñe deprecamur inclinati: vt que in solemnitate beate cuthburge letanter percepimus. auxilio eius intercessionis nobis proficiãt ad vtriusq profectum salutis. Per dñm nostrum.

¶ Sancti egidii abbatis. Officium.



Os iusti meditabitur sapientiã: et lingua ei⁹ loquetur iudiciũ: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignãtibus: neq zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Deus qui hodierna die beatũ egidiũ confessorẽ tuũ atq abbatem aulam regni celestis penetrare fecisti: tribue quesumus: vt cuius deuote gloriamur meritis. eius nos sentiamus consorti suffragiis. Per dominum. Memoria de sancto prisco martyre. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus. fortitudo certãtiũ et martyrũ palma solemnitatẽ hodierne diei propicius intuere: et ecclesiã tuã continua fac celebritate letari. vt intercessione beati prisci martyris tui omniũ in te credentiũ vota perficias. Epistola. Iustus cor suũ. vt in cõi vnius confessoris et abbatis. fo. ix. Offr. Os iusti meditabitur sapiẽtiam: et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplãtabũtur gressus eius. Alla. ℣. Posui adiutoriũ sup potentẽ: et exaltaui electum de plebe mea. Sequẽtia. Adest nobis vt in cõi vnius cõfessoris et põtificis. fo. viii. Euãgeliũ. Nemo accendit. vt in cõi vnius confessoris et abbatis. fo. ix. Offr. Desideriũ anime ei⁹ tribuisti ei dñe: et voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eũ: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Secreta.

Muneribus nostris dñe qs sancti egidii cõfessoris tui atq abbatis intercessiõe gratiã tue placatiõis infũde vt et collata nobis remedia tuearis: et propicius conferenda largiaris. Per dñm.

¶ Alia secreta de sancto prisco.

Altaribus tuis dñe munera p cõmemoratiõe sancti prisci martyris tui gratanter offerimus. precantes: vt ipso intercedẽte hec eadẽ nobis ad celestia promerenda proficiant. Per dñm. Cõio. Fidelis seruus et prudẽs quẽ cõstituit dñs sup familiã suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcõio.

Protege dñe ppl'm tuũ de tua misericordia cõfidentẽ: et quos celestibus refecisti mysteriis beati egidii cõfessoris tui atq abbatis intercessione. tuis muneribus assequẽdis effice promptiores. Per d. Alia postcõio de sancto prisco.

Refectã dñe sacre pticipatiõis mysterio tuere qs plebẽ tuã: vt bti prisci martyris tui solennia recolentem celestis gratie largitate prosequere. vt visibilibus adiuta solaciis ad inuisibilia bona promptius incitetur. ¶ Translatio sancti cuthberti epi'scopi. Officium.



Statuit ei dñs testamẽtũ pacis: et principẽ fecit eũ. vt sit illi sacerdotii dignitas ineternũ. ℣. Miā dñi ineternũ cãtabo. Oro.

Presta nobis qs ops et misericors deus: vt q beati cuthberti cõfessoris tui atq põtificis translationis diẽ veneramur: p ipsius suffragia pietatis tue semp beneficia cõsequamur. Per. Epla. Ecce sacerd. vt in cõi vni⁹ cõf. et põti. fo. vii. Gr. Iurauit dñs et nõ penitebit eũ tu es sacerdos ineternũ: scdm ordinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Alla. ℣. Iustus germinabit sicut liliũ: et florebit ineternũ ante dñm. Si fiãt. ix. lec. dr sequẽtia de cõi vni⁹ cõfessoris et põtificis. fo. viii.

Euangeliū. Homo quidā peregre. vt in cōi vnius cōfessoris et pōtificis. fol. viii. Offr. Ueritas mea et mīa mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Hec munera qs dñe beati cuthberti cōfessoris tui atq pōtificis intercessione sanctifica: et nos famulos tuos a peccatorū olim maculis clementer emunda. Per dñm. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcōio.

Ut hec communio nos dñe tibi dignos efficiat: beatus cuthbertus confessor tuus et pontifex cuius translationis diem veneramur. suffragio qs pie intercessionis obtineat. Per dominum.

Sancti bertini abbatis. Officium.

Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciū: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neq zelaueris facientes iniquitatem. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui mirabiliter fulges in electis tuis: quos te habitatore glorificare voluisti: da nobis quesumus beati bertini confessoris tui atq abbatis ita digne solemnia venerari: vt eius suffragātibus meritis templū tuum mereamur fieri. Per dñm. Epla. Iustus cor suum. vt in cōi vnius confessoris et abbatis. fo. xi. Gr. Os iusti meditabitur sapientiā et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. Alla. ℣. Amauit eum dñs et ornauit eum: stolam glorie induit eum. Euangelium. Homo quidam. vt in cōi vnius cōfessoris et abbatis. fo. xi. Offr. Desiderium anime eius tribuisti ei dñe: et voluntate labiorum eius nō fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Secreta.

Gratia spiritus sancti dñe quesumus hec munera nostra illuminet: et intercedente beato bertino confessore tuo atq abbate vitā nostram irreprehensibilē custodiat: et nos ad celestia regna perducat. Per dominū: in vnitate eiusdem. Cōio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.

Tribuant nobis quesum⁹ dñe cōtinuum tua sancta subsidiū: quo beati bertini confessoris tui atq abbatis precibus nos ab omnibus semper tueātur aduersis. Per dominum nostrum.

In natiuitate beate marie. Officium

Gaudeamus oēs in dño: diē festū celebrātes: sub honore marie vginis de cuius natiuitate gaudēt angeli: et collaudāt filiū dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oro.

Supplicationem seruorum tuorū deus miserator exaudi: vt qui in natiuitate dei genitricis et virginis congregamur: eius intercessionibus a te de instātibus periculis eruamur. Per eūdē

Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiii.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectionis et timoris et magnitudinis et sancte spei. In me gratia omnis vie et veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. Trāsite ad me omnes qui concupiscitis me: et a generatiōibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauum. Memoria mea: in generatiōes seculorum. Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitient. Qui audit me nō cōfundetur: et qui operātur in me non peccabunt. Qui elucidant me: vitā eternā habebūt. Alia epistola p ad.

Lectio libri sapientie.

O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Immortalis est enim memoria illius: quoniam apud deum nota est et apud homines. Cū presens est imitantur illam: et desiderant eā cū se eduxerit: et in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum premium vincens. Multigena enim impiorū multitudo non erit vtilis: et spuria vitulamina non dabūt radices altas: nec stabile firmamentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinauerint: infirmiter posita a vento commouebuntur.

et a nimietate ventorum eradicabūtur.
Cōfringentur enim rami incōsummati
et fructus illorū inutiles. et acerbi ad mā
ducandum: et ad nihilum apti. Ex iniqs
enim oēs filii qui nascuntur: testes sunt
nequicie aduersus parētes in interroga
tione sua. Justus autem si morte preoc-
cupatus fuerit: in refrigerio erit. Et legā
tur he due predicte epistole alternis diei-
bus per octa. videlicet vna die. Ego qua
si vitis. et altera die. O q̄ pulchra est. Ita
tā q̄ in die dñica infra octa. et in octa. dic
dicitur. Ego quasi &c. Audi filia et vi-
de. et inclina aurē tuam quia concupiuit rex spe
ciem tuam. ℣. Specie tua et pulchritudine tua:
intende prospere procede et regna. Alleluya.
℣. Natiuitas gloriose virginis marie ex semi-
ne abrahe orta de tribu iuda. clara ex stirpe da-
uid. Sequens Alla. ℣. Per te dei genitrix.
dr quotidie p oct. nisi in do. et in octa. dic
tunc eñ dr Alla sicut in. i. die. Alla. ℣.
Per te dei genitrix nobis est vita perdita data
que de celo suscepisti prolem et mundo genuisti
saluatorem. Sequentia.

Alle celeste: necnō et perenne luya
Hic paraphonista cū mera sym
phonia. Tuba et canora: palinodia can
ta. Quā ols vsya: hāc christi genitricē dic
ista. Quo gaudet exortā: p quā sibi subla-
tam capit vitā. Dauitica stirpe sata: da-
uidis ad sceptra: est regē da prole secūda-
ta. Hec grauidata viscera: sunt tamē p
illa patris membra sed ex fide sola. Ab
arce summa angelus astat maria inquit
alma aue plena. Gratia sacra et benedi
cta: feminas inter omnes paritura. Re
gem qui dira mortis vincula. Damnauit
mira cū potentia. Suū plasma: soluens
sponte sua atq3 beatā donans vitā. Et ti
mor puella verbis credula. Et puerpe-
ra stupet et casta. Natum gestās specio
sum forma: regentē cuncta: orbis regna
Hec est virga nō irrigata: sed dei gratia
florigera. Hec est sola cunctorū vera ma
terna obscurans piacula. Velut rosa de
corans spineta: sic quod ledat nil habet
maria. Virgo eua quod contulit prima
rpi sponsa effugat maria. O virgo sola
mater casta: nostra crimina. Soluens
da regna: quis beata regnant agmina.

Potens enim cuncta: vt mūdi regina z
iura. Cū nato oia decernis in secla. et vl
tra: subnixa es in gloria. Cherubin ele-
cta: seraphinq3 clara agmina. Nā iuxta
filiū posita: sedes in dextera virt⁹ lāpas
z sophia. Natiuitas vnde gaudia nobis
hodie affert ānua. Et resonat camenis
aula: in laude tua vgo maria. Gaudet
p climata orbis eccl'ia dicēs alla. Quo et
palatia celi: clamant dindima vsq3 dan-
tia preconia. Initium sancti euāgelii.
Secundum matheum. i.

Liber generationis iesu christi. fi-
lii dauid: filii abraham. Abraha3
autem genuit isaac. isaac autem: genuit
iacob. Jacob autē: genuit iudā et fratres
eius: iudas autem genuit phares et za-
ram de thamar. Phares autem: genuit
esrom. esrom autē: genuit aram. Arā au
tem: genuit aminadab. aminadab autē
genuit naason. Naason autē genuit sal-
mon. salmon autem: genuit boo3 de ra-
ab. Boo3 autem: genuit obeth ex ruth:
obeth autem genuit iesse. Jesse autem:
genuit dauid regem. dauid autem rex:
genuit salomonē: ex ea que fuit vrie. Sa
lomon aūt: genuit roboam: roboas aūt
genuit abiā. Abias aute3: genuit asam.
asa autē: genuit iosaphat. Josaphat au-
tem: genuit ioram: iorā autē: genuit ozi-
am. Ozias autem: genuit ioathan. ioa-
thā aūt: genuit achaz Achaz aūt: genuit
ezechiā. ezechias autē: genuit manassen
Manasses autē: genuit amon. amō aūt
genuit iosiam. Josias aūt: genuit iecho-
niam et fratres eius: in transmigratiōe
babilonis. Et post transmigrationē ba-
bilonis: iechonias genuit salathiel. Sa-
lathiel autē: genuit zorobabel. zorobabel
autē: genuit abiud. Abiud autē: genuit
eliachim. eliachim autem: genuit azor.
Azor autem: genuit sadoch. sadoch autē
genuit achim. Achim autē: genuit eliud
eliud autem: genuit eleazar. Eleazar au
tem: genuit mathan. mathan aute3: ge-
nuit iacob. Jacob autem: genuit ioseph
virum marie. De qua natus est iesus: q
vocatur christus. Credo. Quotidie per
octa. et in octa. legatur Euangelium.
Secundum Lucam. xi.

IN illo tpe. Loquēte iesu ad turbas extollens vocem quedā mulier de turba: dixit illi. Beatus vēter qui te portauit: & vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimmo: beati qui audiunt verbum dei: & custodiunt illud. Offer. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternum: et in seculum seculi. Secreta.

VNigeniti tui nobis dn̄e succurrat humanitas: vt q̄ nat⁹ de virgine integritatē matris nō minuit. sed sacrauit: in natiuitatis eius solēniis. a nostris nos piaculis exuens: oblationē nostrā sibimet faciat esse acceptā: iesus xp̄s dn̄s noster. Qui tecū. Prefatio. Et te in natiuitate. Hec prefatio d̄r quotidie per octa. et in oct. qñ de sctā maria d̄r missa. Cōm. Vera fides geniti purgauit crimina mundi: & tibi virginitas inuiolata manet. Postcōio.

SUmpsimus dn̄e celebritatis annue votiua sacramenta: p̄sta q̄s vt intercedente beata maria semper virgine: et temporalis nobis vite remedia prebeant et eterne. Per. Quotidie p oct. dicitur eadē missa. cū eisdē sequentiis que infra octa. assumptionis prescripte sunt: sed sine Credo. nisi in exaltatiōe sancte crucis: tñ in dn̄ica infra octa. et in oct. si dn̄ica fuerit d̄r Credo. Secūa die fiat memoria de sctō gorgonio martyre. Oratio

SAnctus gorgonius martyr tuus dn̄e sua nos q̄s intercessione letificet: et pia faciat solēnitate gaudere. Per dominum nostrum iesum. Secreta

GRata tibi sit dn̄e q̄s nostre seruitutis oblatio: quā familie tue pia defert deuotio. p qua sctūs martyr tu⁹ gorgonius interueniat. Per. Postcōmunio

FAmiliam tuā quesumus dn̄e deus suauitas illa contingat et vegetet: q̄ in martyre tuo gorgonio christi tui bono iugiter odore pascatur. Per eūdem. Quarta die memoria de mart. protho et iacincto. Oratio.

BEatorū martyrū tuorū prothi et iacincti nos quesumus dn̄e foueat preciosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per dominum. Secreta.

PRo sctōrū martyrū tuorū prothi & iacincti veneratione tibi dn̄e munera que debemus exsoluim⁹. p̄sta q̄s: vt remedium nobis ppetue salutis operentur. Per dominū nostrum. Postcōio

VT percepta nos dn̄e tua sctā purificent: beatorū martyrū tuorū prothi et iacinthi q̄s imploret oratio. Per d.

¶ Dn̄ica infra octa. nati. btē marie. cum extra festum exaltationis sancte crucis euenerit ad missā oīa fiāt sicut in prima die more simplicis festi. ix. lec. ita tamen q᷑ kyrie. Gloria in excelsis. Sanctus. et Agnus. p ordinē dicūtur: et legatur euāgelium. Loquēte iesu. ¶ In exaltatione sancte crucis. Ad missam. Officium.



NOs aūt gloriari oportet in cruce dn̄i nr̄i iesu xp̄i: in quo est salus vita & resurrectio nostra: per quē saluati et liberati sum⁹. P̄s. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suū super nos: et misereatur nostri. Kyrie lux et origo. cum suis v̄.

Oratio.

DEus qui vnigeniti filii tui dn̄i nr̄i iesu xp̄i precioso sanguine humanū genus redimere dignatus es. cōcede propicius: vt q̄ ad adorandā viuificā crucē adueniūt. a pctōrū suorū nexibus liberentur. Per eundē. Memoria de martyribus cornelio et cypriano. Oratio.

PResta q̄sumus omnipotēs deus: vt sicut populus christian⁹ ad sanctorum sacerdotū tuorū cornelii et cypriani temporalē concurrit solennitatē. ita perfruatur eterna. et qd̄ votis celebrat: comprehendat effectu. Memoria de natiuitate beate marie. Oratio. Supplicationē. Ep̄la. Confido de vobis. vt in cōi vnius marty. fo. iii. Gra. Christus factus est pro nobis obediens vsq̄ ad mortē: mortē autē crucis. V̄. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Alla. V̄. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera: que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum. Sequentia.

LAudes crucis attollam⁹: nos qui crucis exultamus speciali gloria. Dulce melos pulset celos: dulce lignum dulci dignū credimus melodia. Voce vita nō discordet: cū vox vita nō remordeat

det: dulcis est symphonia. Serui crucis crucẽ laudẽt: q per crucẽ sibi gaudẽt vite dari munera. Dicant omnes et dicant singuli: aue salus totius populi: arbor salutifera. O q̃ felix q̃ preclara: fuit hec salutis ara: rubens agni sanguine. Agni sine macula: qui mũdauit secula: ab antiquo crimine. Hec est scala peccatorũ: per quã christus rex celorum: ad se traxit oĩa. Forma cuius hoc ostendit: que terrarũ comprehendit: quatuor confinia. Non sunt noua sacramenta: nec recẽter est inuenta: crucis hec religio. Ipsa dulces aquas fecit: per hãc silex aquas iecit: moysi officio. Nulla sal' est in domo: nisi cruce munit homo: superliminaria. Neq; sensit gladiũ nec amisit filium quisquis egit talia. Ligna legẽs in sarepta: spem salutis est adepta: paup mulercula. Sine lignis fidei: nec lechitus olei: valet nec farinula. In scripturis sub figuris: ista latent sed iam patent: crucis beneficia. Reges credunt: hostes cedunt: sola cruce: xp̃o duce: hostis fugãt milia. Ista suos fortiores: semp facit et victores: morbos sanat et languores, deprimit demonia. Dat captiuis libertatẽ: vite confert nouitatẽ: ad antiquã dignitatẽ: crux reduxit oĩa. O crux lignũ triũphale: mundi vera salus vale: inter ligna nullũ tale: frõde flore germine. Medicina xp̃iana: salua sanos egros sana: qđ nõ valet vis humana: fit in tuo noĩe. Assistẽtes crucis laudi: cõsecrator crucis audi: atq; seruos tue crucis: post hãc vitã vere lucis: trãsfer ad palatia. Quos tormento vis seruire: fac tormẽta nõ sentire: sʒ cũ dies erit ire: nobis cõfer ⁊ largire sempiterna gaudia. Amen. Secundũ ioannem. xii.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorũ. Nunc iudiciũ est mũdi. Nũc princeps huius mũdi: eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: oĩa traham ad meipsum. Hoc aũt dicebat: significãs qua morte esset moriturus. Respõdit ei turba. Nos audiuim' ex lege: qa christ' manet ineternũ. Et quomodo tu dicis. oportet exaltari filiũ hoĩs. Et qs est iste filius hoĩs. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumẽ: in vobis est. Ambulate dũ lucẽ habetis: vt nõ tenebre vos comprehendãt. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis. credite in lucẽ: vt filii lucis sitis. Credo. Offer. Protege dñe plebẽ tuã per signum sancte crucis. ab oĩbus insidiis inimicorum oĩm vt tibi gratã exhibeamus seruitutem: et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum. Secreta

Deuotas dñe humilitatis nr̃e preces ⁊ hostias misericordie tue precedat auxiliũ: et salutẽ quã per adam in paradyso ligni clauserat temerata p̃sumptio. ligni rursum fides aperiat. Per dominum. Alia secreta de martyribus.

Presta nobis omnipotẽs deus: vt nostre humilitatis oblatio. et pro tuorum tibi placeat honore sanctorũ. et nos corpore pariter et mente purificet. Prefatio. Qui salutem. Cõio. Per lignũ serui facti sumus: et per sanctam crucem liberati sumus. fructus arboris seduxit nos filius dei redemit nos alleluya. Postcõmunio.

Iesu christi dñi nostri corpore saginati et sanguine. per quem crucis est sanctificatum vexillũ quesumus dñe deus noster: vt sicut hanc adorare meruimus. ita perennitatis eius gloria salutari potiamur effectu. Per dñm nostrum. Alia postcõmunio de martyribus.

Pasce nos quesumus dñe tuorum gaudiis vbiq; sanctorum: qa nostre salutis augmenta sunt. quotiẽs illis honor impenditur. in quibus tu mirabilis predicaris. ¶ In octa. natiuitatis btẽ marie ad missam oĩa fiãt sicut in prima die more simplicis festi. ix. lect. ⁊ dr super Kyrie. cantus de Kyrie oĩps. dicitur etiam Spiritus et alme. a tribus clericis de superiori gradu in superpelliciis ad gradũ chori. Sequẽtia. Aue preclara. Euãgel. Loquente iesu. et dicitur Sanctus. cum hac additione. Benedictus marie filius Cetera omnia sicut in prima die. Eodem die fiat memoria de sancto nichomede martyre. Oratio.

Adesto dñe populo tuo: vt bti nichomedis martyris tui: merita preclara suscipiens. ad impetrandã misericordiam tuam semper eius patrocinio subleuemur. Per. Secreta.

SUscipe domine munera propici⁹ oblata: que maiestati tue beati nichomedis martyris tui commendet oratio. Per dominum nostrum. Postcõio.

PUrificent nos quesumus dñe sacramenta que sumpsim⁹: et intercedente beato nichomede martyre tuo: a cunctis nos efficiant viciis absolutos. Per. ¶ Sancte edithe virginis nõ martyris. Ad missam. Officium.

DIlexisti iustitiã et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie: pre consortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum. dico ego opera mea regi. Oratio.

DEus qui fidelibus tuis castitatis exemplũ prebuisti. dũ de virgine filiũ tuũ dñm nostrũ nasci voluisti: sancte edithe virginis tue precibus nobis mẽtis et corporis tribue puritatẽ. per quam a te nobis promissam percipiamus felicitatẽ. Per eũdẽ. Memoria de martyrib⁹ eufemia lucina et geminiano. Oratio.

PResta q̃s dñe precibus nr̃is cũ exultatione prouectũ: vt quorum dies passionis annua deuotione recolimus. etiã fidei substantiã subsequamur. Per dñm. Epl'a. Qui gloriatur. vt in cõi vni⁹ virgi. nõ mar. fo. xi. Gr. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Alla. ℣. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginẽ castã exhibere christo. Sequentia. Uirginis venerande. vt in cõi vnius virginis nõ martyris. fo. xi. Euangeliũ. Simile est regnũ celorũ decẽ. vt in cõi vni⁹ virginis non martyris. fo. xi. Offr. Offerentur regi virgines post eam. proxime eius afferentur tibi. Secreta.

SUper hanc oblationẽ nostrã q̃sumus dñe benedictio tua descẽdat: q vt ipsi tibi hostia placabilis efficiamur sancta editha apud te obtineat. Per do. Alia secreta de martyribus.

MUnera populi tui dñe propiciatus intende: et sanctorũ martyrũ tuorũ eufemie/lucine/et geminiani quorum nobis tribuis solẽnitatem celebrare. fac gaudere suffragiis. Cõio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcõmunio.

SPiritualis mẽse dñe participatio nobis mentis et corporis fiat saluatio: et sctẽ edithe virginis tue tibi nos commẽdet supplicatio. Per dominum. Alia postcõmunio de martyribus.

SUmptis dñe diuinis mysteriis exaudi quesumus preces nostras: et sanctorũ martyrũ tuorum eufemie/lucine/et geminiani quorũ solenniter celebramus victoriam: cõtinuis foueamur auxiliis. Per. ¶ Sancti lamberti episcopi et martyris. Ad missam. Officium.

SAcerdotes dei benedicite dominum: sancti et humiles corde laudate deũ. Ps. Benedicite omnia opera domini domino, laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

SAncti lamberti martyris tui atque põtificis dñe nos tibi q̃s commendet oratio: et sicut hunc diem eius gloriosa decorat passio. ita nos ipsius semper muniamur suffragio. Per d. Epl'a. Ois pontifex. vt in cõi vnius martyris et pontificis. fo. iiii. Gr. Inueni dauid seruũ meũ oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eum. Alleluya. ℣. Elegit te dñs sibi in sacerdotem magnum in populo suo. Euangelium. Circuibat iesus. vt in cõi vnius martyris et põtificis. fo. iiii. Offr. In virtute tua dñe letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

HOstias tibi dñe pro commemoratione sancti lamberti martyris tui atque pontificis offerimus obsecrãtes: vt tua nobis sua intercessione multiplicet beneficia: quẽ a tui corporis vnitate nulla temptatio separauit. Qui viuis. Cõio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcõmunio.

PErcepto dñe tui corporis et sanguinis sacramento concede nobis q̃s supplicãte btõ lãberto martyre tuo atque põtifice ita muniri: vt et tẽporalib⁹ cele

uemur cōmodis: et absidemus eternis. Qui viuis et regnas cum deo patre. &c.
¶ In vigilia sancti mathei apostoli et euangeliste. Ad missam. Officium.
Ego autē sicut oliua fructificaui i domo dn̄i: speraui in misericordia dei mei: et expectabo nomē tuū quoniā bonū est ante conspectū sanctorum tuorum. Ps. Quid gloriaris in malitia, q̄ potens es in iniquitate. Oratio.
Da quesumus omnipotens deus: vt bti mathei apostoli tui et euāgeliste quā preuenimus veneranda solēnitas. et deuotionē nobis augeat et salutem. Per. Epistola. Beatus homo q̄ inuenit. vt in cōi in vigilia vnius apl'i. fo. i. Gr. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dn̄i. V. Ad annūciandū mane misericordiā tuā, et veritatē tuā p noctem. Si dn̄ica fuerit dicetur. Alla. V. Per manus autē apostolorū fiebāt signa et prodigia multa in plebe. Secundum lucam. v
In illo tpe. Vidit iesus publicanū noīe leui sedētē ad theloneū: et ait illi. Sequere me. Et relictis oībus: surgēs: secutus est eū. Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua: & erat turba multa publicanor & alior qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisei et scribe eorū: dicentes ad discipulos eius. Quare cū publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis. Et respondens iesus: dixit ad illos. Non egēt qui sani sunt medico: sed qui male habēt Non veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. Offr. Gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.
Respice quesumus omnipotens & misericors deus munera que pro veneratione beati mathei apostoli tui et euangeliste tue offerimus maiestati: et presta: vt cuius solemnia his sacrificiis preuenimus. eius suffragantibus meritis. que tibi sunt placita digno effectu: ac deuotis mentibus exequamur. Per dn̄m nostrū iesum. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum domine. Postcōmunio
Presta quesumus omnipotens deus: vt diuino munere satiati: intercedente btō matheo apostolo tuo et euāgelista. cuius solennia preuenim'. sacris semper et mysteriis renouemur et moribus. Per dn̄m. Si hec vigilia in dn̄ica euenerit: missa de vigilia in capitulo dicitur cum vno Alla. de cōi aplor. Cū vero hec vigilia in aliqua feria quatuor tēporū cōtigerit: tunc de vigilia nihil fiat: nisi tn̄ memoria ad missam de ieiunio.
¶ In die sancti mathei apostoli. Officiū
Mihi autē nimis honorati sunt amici tui de' nimis confortatus est principatus eorū. Ps. Dn̄e probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionem meam. Oratio.
Beati mathei apostoli tui et euangeliste dn̄e precibus adiuuemur. vt quod possibilitas nostra non obtinet eius nobis intercessione donetur. Per d.
Memoria de sctō laudo epo & cōfes. Oro
Presta quesumus omnipotens deus: vt q̄ bti laudo ... cōfessoris tui atq pontificis solennia colimus. eius intercessione eternam beatitudinem cōsequamur. Epistola. Similitudo vultus vt in cōi vnius euāgeliste. fo. ii. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsi'. et non supplantabuntur gressus eius. Alla. V. Primus ad syon dicet ecce assum. et hierusalem euangelistam dabo. Sequentia. Laus deuota. vt in cōi vnius euangeliste. fo. ii.
¶ Secundum Matheum. ix.
In illo tempore Cū transiret iesus vidit hominē sedentē in theloneo matheū nomine: et ait illi. Sequere me Et surgens: secutus est eum. Et factū est discumbēte eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum iesu & discipulis eius. Et vidētes pharisei: dicebant discipulis e' Quare cū publicanis et peccatoribus manducat magister vester. At iesus audiēs: ait Non est opus valentibus medicus: sed male habentibus. Eūtes autem: discite

quid est misam volo. et non sacrificium. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores. Credo. Offr. Posuisti dñe in capite ei⁹ coronam de lapide precioso: vitam petiit a te ꝛ tribuisti ei alleluya. Secreta.

Supplicatiõibus apostolicis beati mathei apl'i tui et euangeliste q̃s dñe ecclesie tue commẽdetur oblatio: cuius magnificis predicatiõibus eruditur Per dñm. Alia secreta de sancto laudo.

Sicut beatũ laudũ confessorẽ tuũ atq; põtificem dñe ad eternã gloriã transtulisti: sic ipsius meritis quesumus ad salutem nostram hanc presentẽ sanctifica hostiam. Prefatio. Et te dñe. Non dicitur in hac prefatiõe: Per beatos euangelistas. sed. Per beatos apostolos. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam ꝛ magnum decorem impones super eũ domine. Postcõmunio

Sumpsimus dñe venerabile sacramentũ beati mathei apostoli tui et euangeliste festiuitate letantes. q̃s: vt suis precibus gloriosis. et credẽdum nobis iugiter postulet. et sequendũ beatus euangelista qd̃ predicauit et docuit. Per dñm. Alia postcõio de sancto laudo.

Refecti mẽse celestis collatione. q̃s dñe deus noster: vt intercessione beati laudi confessoris tui atq; põtificis cuius veneramur solẽnia. ab omni nos semp aduersitate defẽdas. ¶ Scti mauricii sociorũq; eius martyrũ. Officium.

Intret in conspectu tuo dñe gemitus cõpeditorũ redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: vindica sanguinẽ sanctorũ tuorũ qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuã. polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Annue q̃s omñs deus. vt nos sanctorũ martyrũ tuorum mauricii exuperii/candidi/victoris/ innocentii: et vitalis sociorũq; eorũdẽ letificet festiua solẽnitas: vt quorũ suffragiis nitimur. natalicii gloriemur. Per dñm. Epistola Sancti per fidem. vt in cõi plurimorum martyrum. fol. v. Gr. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate: faciens prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicũ. Alleluya ℣. Te martyrũ candidatus laudat exercit⁹ dñe Sequentia Ecce pulchra. vt in cõi plurimorũ martyrum. fo. v. Euangelium. Descendens iesus de mõte. vt in cõi plurimorum martyrum. fo. vi. Offr. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Presentes hostias dñe quesumus merita gloriosa martyrum thebeorum tibi reddãt acceptas: pro quorum tibi precioso sanguine sunt dicate. Per d. Cõio. Iustorũ aĩe in manu dei sunt: et nõ tanget illos tormentũ malicie: visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autẽ sunt in pace. Postcõio.

Sumptis dñe celestibus sacramẽtis q̃s vt intercessione sanctorum martyrũ thebeorũ consequi mereamur veniam delictorũ. Per dñm. ¶ Sancte tecle virginis non martyris. Officium.

Loquebar de testimoniis tuis in cõspectu regũ et nõ cõfundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis quesumus sancte tecle virginis tue placitis tibi meritis cõmẽdari cuius vita merito. castitatis tibi cõplacuit. Per dñm. Epistola. Qui gloriatur. vt in cõi vnius virginis non martyris. fo. xi. Gr. Dilexisti iustitiam ꝛ odisti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. All'a. ℣. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginẽ castã exhibere christo. Euangeliũ. Simile est regnũ celorum decem. vt in cõi vnius virgi. nõ mar. fo. xi. Offr. Offerentur regi virgines post eã. proxime eius offerentur tibi. Secreta

Offerimus tibi dñe preces et munera in honore sctẽ tecle virginis tue gaudentes: presta quesumus. vt et conuenienter hec agere. et remediũ sempiternũ valeamus acquirere Per dominum Cõio. Simile est regnum celorũ homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta

vna preciosa margarita: dedit omnia sua: et cōparauit eam. Postcōmunio.
Prosint nobis dn̄e q̄s sumpta mysteria: paritera nos intercedente beata virgine tua tecla. et a peccatis exuant. et presidiis tue propiciationis attollant. Per dn̄m nostrum. ¶ Sancti firmini episcopi et martyris. Officium.
Sacerdotes dei benedicite dominum: scti et humiles corde laudate deum. ps. Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.
Deus q̄ sanctā nobis huius diei leticiā pro cōmemoratiōe beati firmini martyris tui atq; pontificis fecisti: adesto familie tue precibus. et da: vt cuius hodie festa celebramus. eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per. Epl'a. Oīs pōtifex. vt in cōi vni' martyris et pontificis. fo. iiii. Gr. Iurauit dn̄s et nō penitebit eū tu es sacerdos ineternū secundū ordinē melchisedech. v. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Alla. v. Inueni dauid seruum meū: oleo scto̅ meo vnxi eū. Euāgeliū Circuibat iesus. vt in cōi vni' marty. et pōti. fo. iiii. Offer. Inueni dauid seruū meū oleo sctō vnxi eū, man' eni mea auxiliabitur ei. et brachiū meū cōfortabit eum. Secreta.
Intēde propici' q̄s dn̄e oblata tibi hec munera: et deprecatione beati firmini martyris tui atq; pōtificis. in cuius ea cōmemoratiōe deferim'. nosipos eadēq; sctifica. Per. Cōio. Domine quinq; talēta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucrat' sum. euge serue fidelis. q̄a in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā. intra in gaudiū dn̄i tui.
Sumpsimus dn̄e in san- Postcōio cti martyris tui atq; pōtificis firmini solēnitate celestia sacramēta: cuius suffragiis q̄s largiaris. vt qd̄ tēporaliter gerim'. eternis gaudiis consequamur. Per dn̄m. ¶ Sancti cypriani episcopi et iustine virginis martyrum. Officium.
Salus autē iustorū a dn̄o et protector eorum est in tempore tribulationis. ps. Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus. da nobis sanctorum martyrū tuorū. cypriani et iustini ita digne merita venerari: quatenus ab instātibus liberemur periculis. et digni efficiamur gaudiis sēpiternis. Per. Epistola. Iusti autem. vt in cōmuni plurimorū martyr. fo. v. Gr. Uindica dn̄e sanguinē sanctorum tuorum qui effusus est. v. Posuerunt mortalia seruorū tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorū tuorum bestiis terre. Alleluya. v. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Euangelium. Cum persequētur. vt in communi plurimorum martyrū. fol. vi. Offert. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.
Suscipe quesum' dn̄e munera populi tui pro martyrum tuorū festiuitate sanctorum: et sincero nos corde fac eorum natalitiis interesse. Per dominum nostrum. Cōio. Multitudo languentium et qui vexabantur a spiritibus immundis veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Postcōmunio.
Sacramētorum tuorum domine participatione letantes. suppliciter exoramus: vt quorū merita celebrare condonas. eorum nos facias imitari constantiam. Per dn̄m. ¶ Sanctorum cosme et damiani martyrum. Officiū.
Sapientiam sanctorū narrāt populi: et laudem eorū nūciat ecclesia: nomina autē eorū viuēt in seculū seculi. ps. Exultate iusti in dn̄o. rectos decet collaudatio. Oro
Magnificet te dn̄e sanctorū martyrū tuorū cosme et damiani beata solēnitas. qua et illis gloriā sempiternā et opem nobis ineffabili prouidētia contulisti. Per. Epl'a. Benedictus deus. vt in cōi vnius marty. fo. iii. Gr. Clamauerunt iusti et dn̄s exaudiuit eos: et ex oībus tribulationibus eorū liberauit eos. v. Iuxta est dn̄s his q̄ tribulato sunt corde: et humiles spū saluabit. Alla. v. Uox exultationis et salutis in tabernaculis iustorū. Euāge. Eleuatis iesus oculis. vt in cōi pl'iorū mart. fo. vi. Offer. Gloriabuntur omnes qui diligunt nomē tuū: quoniā tu dn̄e benedices iusto. dn̄e vt scuto bo-

ne voluntatis tue coronasti nos. Secreta.
IN tuorum domine preciosa morte iusto
rum sacrificium illud offerimus: de
quo martyrium sumpsit omne principium
quod hoc propiciationis tue nobis munus
obtineat. Per. Com. Posuerunt mortalia ser
uorum tuorum domine escas volatilibus celi: carnes san
ctorum tuorum bestiis terre. secundum magnitudinem bra
chii tui posside filios morte punitorum. Postcom.
SIt nobis domine libatio sacramenti
tui certa saluatio: que est beatorum
martyrum tuorum cosme et damiani meri
tis imploratur. Per. ¶ In festo sancti mi
chaelis archangeli. Officium.
BEnedicite dominum omnes ange
li eius potentes virtute qui
facitis verbum eius ad au
diendam vocem sermonum
eius. Ps. Benedic anima mea
domino. et omnia que intra me
sunt nomini sancto eius. Kyrie rex splendens
cum suis versibus. Oratio.
DEus qui miro ordine angelorum
ministeria hominumque dispensas: con
cede propicius: vt quibus tibi ministran
tibus in celo semper assistitur ab his in ter
ra vita nostra muniatur. Per dominum. Lectio li
bri apocalipsis beati iohannis apostoli. primo.
IN diebus illis Significauit deus
que oportet fieri cito: loquens per ange
lum suum seruo suo iohanni. qui testimonium per
hibuit verbo dei et testimonium iesu christi in
his quecunque vidit. Beatus qui audit et qui
legit verba prophetie huius: et seruat ea que
in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Io
hannes septem ecclesiis que sunt in asya: gra
tia vobis et pax ab eo qui est: et qui erat:
et qui venturus est. Et a septem spiritibus
qui in conspectu throni eius sunt: et a iesu
christo: qui est testis fidelis: primogeni
tus mortuorum. et princeps regum terre.
Qui dilexit nos. et lauit nos a peccatis no
stris: in sanguine suo. Gr. Benedicite do
minum omnes angeli eius potentes virtute qui faci
tis verbum eius. V. Benedic anima mea domino et omnia inte
riora mea nomini sancto eius. Alleluia. V. In conspe
ctu angelorum psallam tibi domine deus meus. Sequentia.
AD celebres rex celice laudes cun
cta. Pangat nunc canora caterua
symphonia. Odas atque soluat concio ti
bi nostra. Cum iam renouantur: michaelis incly
ta laude festa. Per quem letabunda: peror
natur machina mundi tota. Nouies di
stincta: neumatum sunt agmina: per te fa
cta. Sed cum vis facis hec flammea: per an
gelicas officinas. Inter primeua: sunt
hec nam creata tua: cum simus nos vltima
factura: sed imago tua. Theologa cathe
gorizent symbola: nobis hec tripartita:
ta: per priuata officia. Plebs angelica: pha
lanx et archangelica: principans turma
virtus vranica: ac potestas almiphona.
Dominantia numina: diuinaque subsel
lia: cherubin etherea: ac cheraphin igni
coma. Vos o michael celi satrapa gabri
elque vera dans verbi nuncia. Atque rapha
el vite vernula: conferte nos inter para
dysicolas. Per vos patris: cuncta complen
tur mandata: que dat. Eiusdem sophia com
par quoque neuma: vna pernanens in vsya
Qui estis administrantia deo: milia mi
lium sacra. Vices per bis: quinas bis: at
que quingenta dena. Centena millena:
assistunt in aula: ad quam rex ouem cen
tesimam. Verbigenam dragmamque deci
mam: vestra duxit super algamatha. Vos
per ethera: nos pro cura dena Pars electa
armonie: vota demus yperlirica cytha
ra. Et post bella michaelis incluta. No
stra deo sint accepta auream: circa aram
thimiamata. Quo in celestis iam gloria
Condecantemus alleluia. Sequentia sancti euangelii secundum matheum. xviii.
IN illo tempore. Accesserunt discipuli ad
iesum: dicentes. Quis putas ma
ior est in regno celorum? Et aduocans ie
sus paruulum: statuit eum in medio eorum: et
dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueri
tis: et efficiamini sicut paruuli. non intra
bitis in regnum celorum. Quicunque ergo hu
miliauerit se sicut paruulus iste: hic est
maior in regno celorum. Et qui susceperit v
num paruulum talem in nomine meo me suscipit.
Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis
istis qui in me credunt. expedit ei. vt suspen
datur mola asinaria in collo eius: et de
mergatur in profundum maris. Ve mundo
ab scandalis. Necesse est enim: vt veniant scan
dala. Verumtamen ve homini illi: per quem scan
dalum venit. Si autem manus tua vel pes
tuus scandalizat te: abscide eum: et proiice

et abs te. Bonũ est tibi ad vitã ingredi
debilẽ vel claudũ: q̃ duos man⁹ vel du-
os pedes habẽtẽ mitti in ignẽ eternum
Et si oculus tuus scandalizat te: erue eũ
et ꝓiice abs te. Bonũ tibi est cũ vno ocu
lo in vitã intrare: q̃ duos oculos habẽtẽ
mitti in gehennã ignis. Uidete: ne cõtẽ-
natis vnũ ex his pusillis. Dico eñ vobis
quia ãgeli eoꝝ in celis semꝑ vidẽt faciẽ
patris mei qui in celis est. Credo. Offr̃.
Stetit angelus iuxta aram templi habẽs thu
ribulum aureum in manu sua et data sunt ei in
censa multa et ascẽdit fumus aromatum in con
spectu dei alleluya. Secreta.

Munus populi tui q̃s dñe dignan
ter assume quod tibi non nostris
meritis: sed scti archãgeli tui michaelis
omniumq; beatorum spirituũ deprecca-
tione sit gratum. Per dominum. Prefa-
tio quotidiana. Cõio. Benedicite oẽs an-
geli domini domino: hymnum dicite et superex
altate eum in secula. Postcõmunio

Beati archangeli tui michaelis in
terueñtione suffulti supplices te
dñe deprecamur: vt quos honore prose-
quimur: contingamus ꝫ mente. Per do
minum nostrum. ¶ Sancti hieronymi
presbyteri et doctoris. Officium.

Sacerdotes dei benedicite do
minum: sctĩ et humiles corde
laudate deum. ps. Benedicite
oĩa opera dñi dño: laudate et sup
exaltate eum in secula. Oratio.

Deus q̃ nobis ꝑ btm̃ hieronymum
cõfessorẽ sacerdotẽq; tuũ scriptu
re sancte veritatẽ et mystica sacramẽta
reuelare dignatus es: concede q̃s vt cui⁹
natalitia colimus: eius semper et erudia
mur doctrinis et meritis adiuuemur.
Per dñm. Ep̃la. Dedit dñs. vt in cõi vni⁹
confessoris et doctoris. fo. ix. Gr̃. Iura
uit dñs et nõ penitebit eũ tu es sacerdos inetez-
nũ secundũ ordinẽ melchisedech. ỷ⁹ Dixit dñs
dño meo: sede a dextris meis. All'a. ỷ. Posui
adiutoriũ super potentẽ: ꝫ exaltaui electũ de ple
be mea. Sequẽtia. Adest nobis. vt in cõi
vnius cõfessoris. fo. viii. Euãgeliũ. Uos
estis sal terre. vt in cõi vni⁹ cõfessoris et
docto. fo. ix. Credo. ỷz. Offr̃. Inueni da
uid seruum meum: ꝫ in oleo sancto vnxi eũ. ma-
nus enim mea auxiliabitur ei. et brachium me-
um confortabit eum. Secreta.

Clementia tua dñe q̃s munera no
stra dignãter respiciat: ꝫ beati hie
ronymi cõfessoris et sacerdotis tui depre-
catiõe per hec eadẽ nos placat⁹ purifica.
Per do. Cõio. Dñe quinq; talẽta tradidisti
mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum. euge ser
ue fidelis. q̃a in pauca fuisti fidelis. supra mul-
ta te cõstituã: intra in gaudiũ dñi tui. Postcõ.

Presta dñe q̃s vt ecclesiam tuã bea
tus sacerdos hieronymus et fidei
doctrinis erudiat: et eruditã diuinis my
steriis dignam. pia intercessiõe efficiat.
Per dñm. ¶ Sanctoꝝ remigii / germa
ni / vedasti / et bauonis epĩoꝝ. Officium

Sacerdotes eius induant salu
tare: ꝫ sancti eius exultatione
exultabũt. ps. Memento dñe da
uid, et oĩs mãsuetudinis ei⁹. Orõ

Exaudi q̃s dñe populũ tuũ cũ sctõ-
rũ cõfessoꝝ tuorum remigii / ger
mani / vedasti / et bauonis episcoporũ ti-
bi patrocinio supplicantẽ: vt ꝫ tempora
lis vite nos tribuas pace gaudere: ꝫ eter
num reperire subsidiũ. Per do. Memo-
ria de sancto meloro martyre. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus no-
stris: et intercessione beati melo-
ri martyris tui ꝑpetuã nobis misericor-
diã benignus impende. Per. Ep̃la. Plu
res facti sunt. vt in cõi plurimoꝝ cõfesso
rũ. fo. x. Gr̃. Sacerdotes eius induant salu
tare: et sancti eius exultatione exultabunt. ỷ. Il
luc producã cornu dauid: paraui lucernam chri
sto meo. Alleluya. ỷ. Fulgebunt iusti et tãq̃
scintille in arũdineto discurrẽt inetenũ. Nul-
la dr̃ sequẽtia: licet. ix. lec. habeãtur. Euã
geliũ. Sint lũbi. vt in cõi plurimorũ con
fessorũ. fol. x. Offr̃. Exultabunt sancti in
gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultatio-
nes dei in faucibus eorum. Secreta.

Preces nostras q̃s dñe: et tuorũ re-
spice oblationem fidelium: vt tibi
grate sint in tuorũ festiuitate sanctorũ. ꝫ
nobis conferãt tue propiciatiõis auxiliũ
Per dñm. Alia secreta de sancto meloro

Presentia munera domine q̃s sere
na pietate intuere: vt sancti spũs
perfundantur benedictiõe. quatenus il-

lã validius in nostris cordibus dilectio-nem infundant: per quam sanctus me-lorus martyr tuus oia corporis tormē-ta devicit. Per dñz. in unitate eius. Cõio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructũ af-feratis: et fructus vester maneat. Postcõio. Repleti sacramēto reparatiõis hu-mane in festiuitate sctõrũ cõfesso-rũ tuorũ remigii/germani/vedasti: z ba-uonis. qs dñe deus noster vt sicut mune-ra nobis dignaris prebere celestia sic per eadem tribuas nos dignis inherere cele-stibus. Per. Alia postcõio de sctõ meloro. Quos refecisti dñe celesti mysterio ab oibus qs propiciatus absolue delictis: vt intercedente btõ meloro mar-tyre tuo diuino munere purificatis mē-tibus perfruamur. Per dñm. ¶ Sancti leodegarii episcopi et martyris. Officiũ. Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti z humi-les corde laudate deũ. Ps. Benedicite omnia opera domi-ni domino, laudate et superex-altate eum in secula. Oratio. Deus qui hodierna die beatũ leo-degariũ martyrē tuũ atq; ponti-ficē gloria et honore coronasti. tribue no-bis ppicius: vt q gloriã nõ meremur: in-dulgētiã ipso interueniēte cõsequamur. Per dominũ. Ad timotheum. ii. ii. et iii. Carissime. Memor esto iesum xpz resurrexisse a mortuis. ex semine dauid secundũ euãgeliũ meum. in quo laboro vsq; ad vincula quasi male ope-rans. sed verbum dei non est alligatum. Ideo oia sustineo pter electos: vt z ipsi salutē cõsequãtur: q est in christo iesu cũ gloria celesti. Tu autez assecutus es me-am doctrinã: institutionē: propositũ: fi-dem: longanimitatē: dilectionē: patien-tiam: persecutiones: passiões: qualia fa-cta sunt mihi antiochie: yconie: lystris: quales psecutiones sustinui. et ex oibus me eripuit dñs. Et oēs qui volũt pie vi-uere in xpo iesu: psecutionē patienł. Gr. Inueni dauid seruũ meũ. oleo sancto meo vn-xi eum. manus enim mea auxiliabitur ei. et bra-chiũ meũ cõfortabit eũ. V. Nihil proficiet inimi-cus in eo. et filius iniquitatis non nocebit eum.

Alla. V. Elegit te dñs sibi in sacerdotem ma-gnũ in populo suo. Euãgelium. Qui vos audit. vt in cõi vnius martyris folio. iii. Offr. Ueritas mea et mia mea cũ ipso. et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Presta qs dñe vt beati leodegarii martyris tui atq; põtificis suffra-gio tua in nobis munera tuearis: pro cu-ius honorãda cõfessione hostias tibi lau-dis offerimꝰ. Per. Cõio. Beatus seruꝰ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtē. amē dico vo-bis super oia bona sua cõstituet eũ. Postcõio. Refecti participatione muneris sa-cri qs dñe deus noster: vt interce-dēte beato leodegario martyre tuo atq; põtifice. cuius exequimur cultũ. sentia-mus effectũ. Per. Fidis virginis z mar. Loquebar de testimoniis tuis in cõspectu regũ et nõ cõfun-debar: et meditabar in man-datis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio. Deus qui presentem diē beate fi-dis virginis tue martyrio facis es-se solēnē. presta ecclesie tue: vt cuius me-ritis gloriatur. eius precibus adiuuetur. Per dominum. Epistola. Dñe deus me-us. vt in cõi vnius virginis et martyris fo. x. Gr. Specie tua z pulchritudine tua in-tende prospere procede et regna. V. Propter ve-ritatē et mansuetudinem et iustitiam: et dedu-cet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. V. Hec est virgo sapiens quam dñs vigilantem in-uenit. Euangeliũ. Simile est regnũ celo-rũ thesauro. vt in cõi vnius virginis et mart. fo. xi. Offr. Offerentur regi virgines post eã: proxime eius offerentur tibi. Secreta. Suscipe dñe preces et hostias me-ritis beate fidis virginis ac mar-tyris tibi dicatas. z cõcede: vt nobis eius sint supplicatiões salutares. cuiꝰ sunt ve-neratiões solennes. Per d. Cõio. Simile est regnũ celorũ homini negociatori querēti bo-nas margaritas: inuēta vna preciosa margari-ta: dedit oia sua et cõparauit eam. Postcõio. Sacri altaris participatiõe refecti tuam domine misericordiã sup-pliciter exoramus: vt qui hec in beate fi-dis virginis et martyris tue veneratio-

ne percepimus: eius nos cōfoueri suffragiis sentiamus. Per do. ¶ Sancti marci/marcelli/et apulei martyrū. Officium.

Salus autē iustorū a dño: et protector eorum est in tempore tribulationis. ℣. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Sanctorū martyrū tuorum marci/marcelli/et apulei nos dñe quesumus btā merita prosequātur: et tuo semper faciāt amore feruētes. Per. Ep'la. Sancti per fidē. vt in cōi plurimorum mar. fo. v. Grad. Iustorū anime in manu dei sunt: et nō tanget illos tormentū malitie. ℣. Visi sunt oculis insipientiū mori: illi autē sunt in pace. Alla. ℣. Mirabilis dñs noster in sctis suis. Euāgeliū. Cū audieritis plia. vt in cōi plurimorū martyrū. fo. vi. Offer. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Maiestatem tuam nobis dñe quesumus hec hostia placatā reddat immolāda: tuorū digna postulatiōe sctōrū: in quorū cōmemoratiōe defert. Per d. Cōio. Iustorū aīe in manu dei sunt: et nō tanget illos tormentū malitie: visi sunt oculis insipientiū mori: illi autē sunt in pace. Postcōio.

Sacramentis q̄s dñe muniamur acceptis: et sanctorū martyrū tuorū marci/marcelli/et apulei meritis: cōtra irruentes nequitias: armis celestib⁹ protegamur. Per dñm. ¶ Sancti dyonysii sociorūq; eius martyrū. Officium.

Intret in conspectu tuo dñe gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorū: vindica sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuā. polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Deus qui hodierna die beatū dionysium virtute constantie in passione roborasti: quiq; illi ad predicandū gentibus gloriam tuam rusticū et eleutheriū sociare dignatus es: tribue nobis quesumus eorū imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere: et nulla eius aduersa formidare. Per dñm. ¶ Lectio actuum apostolorum. xvii.

Paulus cū athenis sylam et timotheū expectaret. incitabatur spiritus eius in ipso: videns idolatrie deditam ciuitatē. Disputabat ergo in synagoga cum iudeis. et idola colentibus. et in foro per oēs dies: ad eos qui audierūt. Quidā aūt epicurei. et stoici philosophi et dionysius disserebant cū eo: et quidā dicebant. Quid vult seminator verborū hic disserere? Alii vero dicebant: nouorū demoniorū videtur annūciator esse: q̄a iesum et resurrectionē annunciabat eis. Et apprehensum: eū ad ariopagum duxerunt dicentes. Possumus scire que est hec noua (que a te dicitur) doctrina? Noua enim quedā infers auribus nostris. volumus enim scire quidnā velint hec esse. Athenienses autē oēs et aduene hospites cum dionysio. ad nihil aliud vacabant: nisi aut dicere: aut aliquid audire noui. Stans autē paulus in medio ariopagi: ait. Viri athenienses: per oīa quasi superstitiosos vos video. Preteriēs enim et vidēs simulachra vestra: inueni ⁊ arā in qua scriptum erat: ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis: hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit mūdum. ⁊ oīa que in eo sunt: hic celi et terre cū sit dñs: non in manufactis templis habitat. nec manibus humanis colitur. indigens aliquo: cū ipse det oībus vitam et inspirationē et omnia. Fecitq; ex vno omne gen⁹ hominum inhabitare super vniuersam faciem terre. diffiniens statuta tempora et terminos habitationis eorū querere deum. si forte attrectent eum. aut inueniant: quāuis non longe sit. ab vnoquoq; nostrū. In ipso enim viuimus et mouemur et sumus. sicut quidā vestrorū poetarū dixerūt: ipsius enim ⁊ genus sum⁹. Genus ergo cū simus dei: nō debemus estimare auro aut argēto/aut lapidi sculpture artis. et cogitationis hominū diuinum esse simile. Et tempora quidē huius ignorantie despiciens deus: nunc annunciat hoībus. vt omnes vbiq; penitētiā agant. eo q̄ statuit diē. in qua iudica-

turus est orbē in equitate. in viro in quo statuit fidē prebens oībus suscitans eū a mortuis. Cum audissent autē resurrectionē mortuorū. quidā irridebant. quidā vero dixerunt. Audiemus te: de hoc iterū. Sic paulus exiuit de medio eorū. Quidā vero viri adherentes ei: crediderunt: in quibus et dionysius ariopagita credidit: in dominū iesum christum. Gr. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciēs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera manus tua cōfregit inimicum. Alla. ℣. Iusti epulentur et exultēt in cōspectu dei, et delectētur in leticia. Sequētia. Ecce pulchra. vt in cōi plurimorum martyrum. fo. v. Euāgeliū. Descendēs iesus de monte. vt in cōi plurimorū martyrū. fo. vi. Offer. Letamini in dño et exultate iusti. et gloriamini oēs recti corde. Secreta.

Offerendorū tibi munerū deus auctor et dator: presta quesumus: vt hoc sacrificiū singulare quod sanctis tuis in passione contulit caritatē. nobis tribuat deuotionis presidiū. Per do. Cōio. Multitudo languentiū et qui vexabātur a spiritibus immūdis veniebāt ad eum: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Postcōio.

Sumpsimus dñe votiua mysteria deprecantes clementiā tuā: vt quorū nobis fiāt deprecatiōe salutaria. quorū passionis celebramus gloriosa solennia. Per dominum. ¶ Sancti gereonis sociorumq; eius martyrum. Officium.

Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectētur in leticia. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius. et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Presta quesumus dñe. vt sicut sanctorū martyrū tuorū gereonis victoris/cassii/florentii/sociorūq; eorū nos natalitia celebranda non deserunt ita iugiter suffragiis comitentur. Per dñm. Epistola. Sancti per fidē. vt in cōi plurimorū martyrū. fo. v. Gr. Iustorū anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malicie. ℣. Visi sunt oculis insipientiū mori, illi autē sunt in pace. Alla. ℣. Reddet deus mercedem laborū sanctorū suorū: et deducet illos in via mirabili. Euāgeliū. Cū audieritis. vt

in cōi plurimorū martyrū: fol. vi. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue: benedictus deus alleluya. Secreta.

Munera plebis tue dñe quesumus beatorū martyrū tuorum gereonis sociorumq; eius fiant tibi grata suffragiis: vt quorū triumphi tuo nomine perferuntur. ipsorū digna proficiātur et meritis. Per. Cōio. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malicie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcōmunio.

Adesto dñe populo tuo cū sanctorū tuorū gereonis/victoris/cassii/florentii/sociorūq; eorū patrocinio supplicanti: vt quod propria fiducia nō presumit: suffragantium meritis consequatur. Per dominum. ¶ Sancti michahelis sociorumq; eius martyrum. Officium.

Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabūt. Ps. Memento dñe dauid, et oīs māsuetudinis eius. Oro.

Deus qui sanctam nobis huius diei solennitatem in honore sanctorū martyrū tuorū michahelis/quirini/et scuuiculi consecrasti: adesto familie tue precibus et dona: vt quorū festa celebramus, eorū merito et auxilio subleuemur. Per. Ep'la. Rememoramini. vt in cōi plurimorū martyrum. fo. v. Gr. Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Alleluya. ℣. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arūdineto discurrent ineternum. Euangeliū. Cū persequentur vos. vt in cōi plurimorū martyrum. fo. vi. Offer. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Preces dñe tuorum respice oblationesq; fideliū: vt et tibi grate sint pro tuorū honore sanctorū michahelis/quirini/et scuuiculi. et nobis conferant tue propiciationis auxiliū. Per dñm. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructū afferatis: et fructus vester maneat. Postcōio.

Sanctorum martyrum tuorū dñe michahelis/quirini/et scuuiculi inter

cessione placatus. presta quesumus: vt que temporali celebramus actione. perpetua saluatione capiamus. Per dñm.

¶ Translatio sancti edwardi regis et confessoris. Ad missam. Officium.

Gaudeamus oēs in dño: diē festū celebrātes: sub honore edwardi regis de cuius trāslatiōe gaudēt angeli: et collaudāt filiū dei. ps. Exultate iusti in domino. rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui beatū regem edwardū confessorem tuū eternitatis gloria coronasti. fac nos quesumus ita eum venerari in terris: vt cū eo regnare possimus in celis. Per. Epistola. Iustus cor suum. vt in cōi vnius cōfessoris et abbatis. fo.ix. Gr. Dñe preuenisti eū in bñdictiōib⁹ dulcedinis. posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. ℣. Uitā petiit et tribuisti ei lōgitudinē dierum in seculum seculi. Alleluya. ℣. Iustus germinabit sicut liliū. et florebit in eternum ante dominū. Sequētia. Adest nobis. vt in cōi vnius confessoris et pontificis. fo.viii. Euangeliū. Nemo accēdit. vt in cōi vnius confessoris et abbatis. fol. ix. Credo. Offer. Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide precioso. vitam petiit a te. et tribuisti et alleluya. Secreta.

Sacris altaribus assistētes nos domine quesumus spirit⁹ sancti luce perfunde: vt quod tibi in honore beati regis edwardi deuote offerim⁹: nobis ipso interueniente fiat remediū salutare Per dñm. in vnitate eiusdē. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo. gloriā et magnū decorē impones super eū dñe. Postcōio.

Uitalis alimonie conuiuio saginati q̄s dñe deus noster: vt beati regis edwardi confessoris tui suffragantibus meritis. celestis cōuiuii mereamur esse participes. Per dñm. ¶ Uel dicitur ad missam de scto edwardo in translatione eiusdem he tres orationes. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui beatum regem edwardū sanctorum collegio sociasti. concede propicius: vt q gloriose translationis eius recolimus insignia: ipsius apud te sentiamus patrocinia. Per dominum. Secreta.

Quos beati regis edwardi trāslatio scā letificet: tua nos dñe gratia reddat letiores: et tribuat in hoc sacrificio presentie tue dulcedinē toto corde sentire. Qui viuis et regnas. Postcōio.

Ut nobis salutem conferant sacramenta que sumpsimus. beatissimus rex edwardus confessor tuus dñe pro nobis intercessor existat. de cuius venerāda translatione tribuis nos annua deuotione letari. Per dominū nostrum

Sancti [calixti pape] et martyris. Offm.

Sacerdotes dei benedicite dñm: scti et humiles corde laudate deum. ps. Benedicite oīa opera domini dño: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Deus qui nos cōspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorē tuū nos misericorditer per sancti calixti martyris tui atq pontificis exēpla restaura. Per d. Epla. Doctrinis variis. vt in cōi vnius martyris et pontificis. fo.iiii. Gr. Inueni dauid seruū meū. oleo sancto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei. et brachiū meū cōfortabit eū. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo. et filius iniquitatis non nocebit eum. Alla. ℣. Elegit te dñs sibi in sacerdotem magnū in populo suo. Euāgel. Uigilate q: nescitis. vt in cōi vnius confessoris. fo. viii. Offer. Ueritas mea et mia mea cū ipso. et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Mistica nobis dñe psit oblatio. q̄ p sancti calixti meritū. nos et a reatibus nrīs expediat: et ppetua saluatiōe cōfirmet. Per. Cōio. Beatus seru⁹ quē cū venerit dñs inuenerit vigilātē. amē dico vobis super omnia bona sua constituet eū. Postcōio

Presta dñe q̄s: vt cui⁹ passiōis memoriā sacramēti participatiōe recolimus. fidē proficiendo sectemur. Per dominum nostrum. ¶ Sancti vulfranni episcopi et confessoris. Officium.

Statuit ei dñs testamentū pacis et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternū. ps. Misericordias dñi in eternū cātabo. Or.

DA quesumus omnipotens deus. vt beati vulfranni cõfessoris tui atqȝ pontificis veneranda solẽnitas: et deuotionẽ nobis augeat et salutem. Per dñ. Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in diebus. vt in cõi vnius cõfessoris. fo. vii. Gr. Domine preuenisti eum in benedictione dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitã petiit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculũ seculi. All'a. ℣. Iustus germinabit sicut liliũ, et florebit in eternũ ante dñm. Sequentia de cõi. Adest. vel Alma. vt in cõi vnius cõfessoris. fo. viii. Euangeliũ. Homo quidã peregre. vt in cõi vnius cõfessoris. fo. viii. Offer. Veritas mea et misericordia mea cum ipso. et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

REspice q̃s dñe munera populi tui in sancti vulfranni cõfessoris tui atqȝ põtificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutẽ. Per dñ. Cõio. Beat' seru' quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ. amẽ dico vobis sup oĩa bona sua cõstituet eũ. Postcõmunio.

QVos tuis dñe reficis sacramẽtis sancti vulfranni cõfessoris tui atqȝ põtificis attolle benignus suffragiis. vt nostre redẽptiõis effectũ et mysteriis capiamus et moribus. Per dñ. ¶ Sancti michaelis in monte tumba. Officium.

BEnedicite dñm oẽs ãgeli eius potẽtes virtute qui facitis verbũ eius ad audiendã vocem sermonum eius. ps. Benedic anima mea dño. et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Kyrie rex splendens. Et dicitur absqȝ versibus. Oratio.

DEus qui miro ordine ãgelorum ministeria hominũqȝ dispẽsas: concede propicius: vt quibus tibi ministrãtibus in celo semp assistitur ab his in terra vita nostra muniatur. Per dñ. Lectio libri apocalipsis beati iohãnis apostoli.

FActũ est preliũ magnum in celo. Michael et angeli eius preliabantur cum dracone: et draco pugnabat: et angeli eius. et non preualuerunt. neqȝ locus inuentus est eorum amplius in celo. Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus: qui vocatur diabolus et sathanas qui seducit vniuersum orbem et proiectus est in terram. et angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui vocẽ magnam in celo dicentẽ. Nunc facta est salus et virtus: et regnũ dei nostri. et potestas christi eius: quia proiectus est accusator fratrũ nostrorũ. qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerũt illum propter sanguinem agni: et propter verbum testimonii sui: et non dilexerunt aĩas suas vsqȝ ad mortem. Propterea letamini celi: et qui habitatis in eis. Gr. Benedicite dñm oẽs angeli eius potẽtes virtute qui facitis verbũ eius. ℣. Benedic aĩa mea dño et omnia interiora mea nomen sanctũ eius. All'a. ℣. Concussum est mare et contremuit terra: vbi archangelus michael descendebat de celo. Non dr sequentia. Euangeliũ. Accesserunt discipuli. vt in alio festo. Credo. Offer. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua et data sunt ei incensa multa: et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluya. Secreta.

MVnus populi tui q̃s dñe dignanter assume quod tibi non nostris meritis: sed sancti archãgeli tui michaelis deuotumqȝ beatorum spirituũ deprecatione sit gratum. Per dominum. Prefatio quotidiana. Cõio. Benedicite oẽs angeli domini dominũ: hymnum dicite et superexaltate eum in secula. Postcõmunio.

BEati archangeli tui michaelis intercessione suffulti supplices te dñe deprecamur: vt quos honore prosequimur: contingamus et mente. Per dominum nostrum. ¶ Sancte etheldrede virginis non martyris. Officium.

DIlexisti iusticiã et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie: pre consortibus tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonum. dico ego opera mea regi. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis quesumus: sancte etheldrede virginis tue placitis tibi meritis cõ-

mendari: cuius vita merito castitatis tibi complacuit. Per dñm. Epl'a. Qui gloriatur. vt in cōi vnius virginis nō mar. fo. xi. Gr. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternū. Euāgelium. Simile est regnum celorū decē. vt in cōi vnius virginis non martyris. fol. xi. Offr. Offerentur regi virgines post eā, proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dñe preces et munera in honore scte etheldrede virginis tue gaudētes. presta q̄s: vt et conuenienter hec agere. et remedium sempiternum valeamus acquirere. Per dominū. Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcōio.

Prosint nobis dñe quesum⁹ sumpta mysteria. paritercꝫ nos intercedente beata virgine tua etheldreda: et a peccatis exuant. et presidiis tue propiciationis attollant. Per dñm nostrum.

Sancti luce euangeliste. Officium.



Os iusti meditabitur sapientiā: et lingua ei⁹ loquetur iudiciuꝫ: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignātibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Interueniat pro nobis dñe q̄s sanctus tuus lucas euangelista: q̄ crucis mortificationē iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per d.

Memoria de sancto iusto. Oratio.

Deus qui beato iusto talē fortitudinē tribuisti: vt in puerili corpusculo gloriosum pro tuo amore subiret martyrium. cōcede propicius: vt ipsius intercedentibus meritis, ab oībus nos absolutas peccatis. Epistola. Similitudo vultus. vt in cōi vnius euāgeliste. fo. ii. Gr. Os iusti meditabitur sapientiā: et lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplātabūtur gressus ei⁹. Alleluya. ℣. Primus ad syon dicet ecce adsum: et hierusalē euangelistam dabo. Sequentia. Laus deuota. vt in cōi vnius euāgeliste. fol. ii. Euangeliū. Designauit dñs. vt in cōi vnius euangeliste. fo. ii. Credo. Offr. Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide precioso, vitam petiit a te. et tribuisti ei alleluya. Secreta.

Donis celestibus da nobis q̄s dñe libera mente seruire. vt munera q̄ deferimus. interueniēte btō luca euangelista. et medicinā nobis operētur et gloriam. Per. Alia secreta de sancto iusto.

Sicut diuine potētie gloriā munera pro btī iusti martyrio oblata testātur: sic nobis effectuꝫ dñe quesumus tue saluationis impendāt. Prefatio. Et te domine. Non dicitur in hac prefatiōe Per beatos euāgelistas. sed Per beatos apostolos. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo. gloriā et magnū decorem impones super eum domine. Postcōmunio.

Presta quesumus omnipotēs de⁹ vt id quod de sancto altari tuo percepimus. precibus beati euangeliste tui luce saluificet animas nostras. per quod semper tuti esse possimus. Per dominū. Alia postcōmunio de sancto iusto.

Refecti dñe benedictione celesti q̄s vt per intercessionē btī iusti martyris tui medicina sacramenti et corporibus nostris psit et mētibus.

Scte fredeswide virginis nō martyris. Officiū.



Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: auctor virtutis. et amator virginitatis da nobis quesumus sancte fredeswide virginis tue placitis tibi meritis commendari: cuius vita merito castitatis tibi complacuit. Per. Epistola. Qui gloriatur. vt in cōi vnius virginis nō martyris. fo. xi. Gr. Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatē. ℣. Propterea benedixit te deus de⁹ tuus oleo letitie. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te de⁹ in eternū. Sequentia. Virginis venerande. vt in cōi vnius virginis non martyris. fol. xi.

Euangelium. Simile est regnum celo-
rū de. vt in cōi vnius virginis nō mart.
fo. xi. Offr. Offerentur regi virgines post eā
proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e preces et mune
ra in honore sancte fredeswide vir
ginis tue gaudentes. presta quesumus:
vt et conuenienter hec agere. ⁊ remediū
sempiternū valeamus acquirere. Per d.
Cōio. Diffusa est gratia in labiis tuis ppter
ea benedixit te deus ineternum. Postcōio.

Prosint nobis dn̄e q̄s sumpta my
steria pariterqꝫ nos intercedente
beata vgine tua fredeswida. ⁊ a peccatis
eruant: ⁊ presidiis tue propiciationis at
tollant. Per do. ¶ Sāctarum vndecim
milia virginum et martyrū. Officium.



Vultū tuum deprecabū-
tur oēs diuites plebis:
adducentur regi virgi-
nes post eā, proxime ei⁹
adducētur tibi in letitia
et exultatiōe. ps. Eructa
uit cor meum verbum bonum: dico ego opera
mea regi. Oratio.

Deus qui sanctā nobis huius diei
solennitatē pro beatarū virginū
martyrūqꝫ tuarū gloriosa passione feci-
sti: adesto familie tue precibus et da: vt
quarū hodie festa celebramus meritis ⁊
intercessiōibus adiuuemur. Per. Epl'a.
O q̄ pulchra. vt in cōi plurimarū virgi
nū. fo. xii. Gr. Exultabunt sancti in gloria
letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate dn̄o
canticū nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
Alleluya. ℣. Adducentur regi virgines post
eām: proxime eius offerentur tibi in letitia ⁊ ex
ultatione. Euangeliū. Simile est regnū
celorum. vt in cōi vni⁹ virginis nō mar
tyris. fo. xi. Offr. Offerentur regi virgines
post eā: proxime eius offerentur tibi. Secreta

Presentia munera q̄s dn̄e ita sere-
na pietate intuere: vt sctī spūs per
fundātur benedictione. vt in nostris cor
dibus eā dilectionē auidius capiamus.
per quā sancte virgines martyresqꝫ tue
oīa corporis tormenta deuicerunt. Per
do. Cōio. Quinqꝫ prudentes virgines acce-
perunt oleū in vasis suis cum lampadibus me
dia autē nocte clamor factus est: ecce sponsus ve
nit, exite obuiam christo domino. Postcōio.

Sumpsim⁹ dn̄e sanctarū virginū
martyrūqꝫ tuarū solennitate cele
stia sacramenta quarū suffragiis q̄s lar
giaris: vt qđ tēporaliter gerimus: eter
nis gaudiis cōsequamur. Per d. ¶ San
cti romani epi et confessoris. Officium.



Statuit ei dn̄s testamentū
pacis. et principē fecit eū
vt sit illi sacerdotii digni
tas ineternū. ps. Misericor
dias dn̄i ineternū cātabo. Or.

Deus cuius beatus romanus pō-
tifex ita sctītatis gratia decorat⁹
cōplacuit: vt tuorū consortiū in celis pro
mereretur sanctorū: da ecclesie tue que-
sumus eius interuentu perpetuā conse
qui letitiam. cuius depositiōis gratulā-
do celebrat solennē. Per. Epl'a. Iustū de
duxit. vt in cōi vnius cōfessoris. fol. viii.
Gr. Ecce sacerdos magnus qui in diebus su
is placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi
qui cōseruaret legem excelsi. All'a. ℣. Inueni
dauid seruū meū: oleo scō meo vnxi eū. Euan
geliū. Vigilate q̄a nescitis. vt in cōi vni⁹
cōfes. fo. viii. Offr. Ueritas mea ⁊ mia mea
cū ipso: ⁊ in nōie meo exaltabit cornu ei⁹. Secr.

Sacrificiū deuotiōis nre q̄s oīps de
us clementer respice vt intercessi
one beati romani cōfessoris tui atqꝫ pōti
ficis. per hoc nobis salutē mentis et cor
poris benignus impende. Per d. Cōio.
Fidelis seruus et prudens quem cōstituit do
minus super familiam suam: vt det illis in tem
pore tritici mensuram. Postcōio.

Concede q̄s dn̄e de⁹ noster: vt my
steria sancta que sumpsim⁹. inter
cedente beato romano confessore tuo at
qꝫ pontifice. ⁊ gratiam nobis deuotiōis
obtineant: et effectū beate perennitatis
acquirant. Per dn̄m. ¶ Sanctorū crispi
ni et crispiniani martyrum. Officium.



Salus autē iustorū a dn̄o
⁊ protector eorum est in
tempore tribulationis.
ps. Noli emulari in malignā
tibus: neqꝫ zelaueris facien
tes iniquitatem. Oratio.

Deus qui sanctis martyribus tu-
is crispino et crispiniano coronā

martyrii prestitisti. concede quesumus: vt eorum intercessione veniã consequamur delictorũ. et eterna gaudia beatorum. Per dominum. Memoria de translatione sancti ioannis de beuerlaco episcopi et confessoris. Oratio.

Deus qui hunc diem sanctissimi ioannis confessoris tui atqꝫ pontificis translatione decorasti: fac nos quesumus eius meritis et precib⁹ in sancto rũ tuorũ societate transferri. Per. Epła. Spectaculũ facti. vt in cõi plurimorum martyrum. fo. v. Gr. Ecce q̃ bonũ & q̃ iocundum: habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguentũ in capite quod descendit in barbã. barbã aaron. Alleluya. ℣. Justi epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Sequentia. Ecce pulchra. vt in cõi plurimorũ martyrũ. fo. v. Euãgelium. Ecce ego mitto. vt in cõi vnius apostoli. fo. ii. Offr. Gloriabuntur in te oẽs qui diligũt nomen tuũ qm̃ tu dñe benedices iusto: dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta

Concede quesumus omnipotens deus: vt his muneribusq̃ pro sanctorũ martyrũ tuorum crispini et crispiniani honore deferimus. et te placemus exhibitis: et nos viuificemur acceptis. Per dñm. Alia secreta de sancto ioanne.

Respice quesumus dñe propicius ad humilitatis nostre simplicem seruiturẽ. et intercedente beato ioãne cõfessore tuo atqꝫ pontifice. cuius translationem celebramus hostias quas in honore eius sacris altaribus immolamus benignus assume. Per. Cõio. Et si corã hominibus tormenta passi sunt: deus temptauit eos. tanq̃ aurum in fornace probauit eos: & quasi olocausta accepit illos. Postcõio.

Sanctorum martyrum tuorũ crispini et crispiniani quesumus domine precibus adiuuemur: et eorum solennia sacris mysteriis celebrantes. fac nos tuo vol semper esse deuotos. Per d. Alia postcõmunio de sancto ioanne.

Prestã nobis dñe quesumus beati ioannis confessoris tui atqꝫ pontificis meritis et precibus adiuuari: vt qũ presentibus celebramus officiis. ei⁹ suffragio perpetue saluationis gaudiis as-

sequamur. Per. ¶ In vigilia apostolorũ symonis et iude. Officium.



Intret in conspectu tuo dñe gemitus cõpeditorũ redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: vindica sanguinẽ sanctorũ tuorũ qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuã. polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus. vt sicut apostolorũ tuorum symonis & iude gloriosa natalitia preuenimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatẽ tuã pro nobis ipsi preueniant. Per. Epistola. Justorũ anime. vt in cõi plurimorũ martyrũ. fo. v. Gr. Vindica dñe sanguinẽ sanctorũ tuorum qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorũ tuorũ escas volatilibus celi: carnes sanctorũ tuorũ bestiis terre. Si hec vigilia in dñica euenerit. Alleluya. ℣. Sancti tui dñe florebunt sicut liliũ et sicut odor balsami erunt ante te. Euãgeliũ. Ego sum vitis vos palmi. vt in cõi in vigilia vnı⁹ apli. fo. i. Offr. Exultabũt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta

Accepta tibi sit q̃s dñe nostre deuotionis oblatio: et ad apostolicã puriores nos faciat peruenire festiuitatem. Per do. Prefatio quotidiana. Cõio

Iustorum anime in manu dei sunt: et nõ tãget illos tormentũ malitie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcõio.

Quesumus dñe salutaribus repleti mysteriis: vt quorũ ieiunando solennia preuenimus. eorũ orationibus adiuuemur. Per dñm nostrũ. ¶ In die apostolorum symonis et iude. Officiũ.



Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui de⁹ nimis confortatus est principatus eorũ. Ps. Dñe probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionem meam. Oratio.

Deus qui nos p beatos apostolos tuos symonẽ et iudã ad agnitionem tui nos venire tribuisti: da nobis

corum gloriam sempiternam. et profici
endo celebrare: et celebrando proficere.
Per dominum. Ad romanos. viii.
FRatres. Scimus quoniā diligē
tib⁹ deū oīa cooperātur in bonū:
his qui scđm ꝓpositū vocati sunt sancti
Nam quos presciuit: et quos predestina
uit conformes fieri imaginis filii sui. vt
sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹
Quos autem predestinauit: hos ⁊ voca
uit. Et quos vocauit: hos et iustificauit.
Quos autem iustificauit: illos ⁊ magni
ficauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si
deus pro nobis. qs contra nos? Qui etiā
proprio filio suo non pepercit. sed pro no
bis oībus tradidit illum. Quomodo nō
etiam cum illo. omnia nobis donauit?
Quis accusabit aduers⁹ electos dei? De
us qui iustificat Quis est qui condēnet?
Christus iesus qui mortuus est: immo
qui et surrexit: qui est ad dexteram dei.
qui etiam interpellat ꝓ nobis. Quis er
go nos separabit a caritate christi? Tri
bulatio an angustia/ an persecutiōes/ an
fames/ an nuditas/ an periculū/ an gla
dius? Sicut scriptum est. Quia propter
te mortificamur tota die: estimati sum⁹
sicut oues occisionis. Sed in his omni
bus superamus propter eum qui dilexit
nos. Certus sum enim: quia neq̄ mors
neq̄ vita/ neq̄ angeli/ neq̄ principatus/
neq̄ potestates/ neq̄ virtutes/ neq̄ in
stātia/ neq̄ futura/ neq̄ fortitudo/ neq̄
altitudo/ neq̄ profundum/ neq̄ creatu
ra alia. poterit nos separare: a charitate
dei. Que est in christo iesu: dño nr̄o. Gr.
Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cō
fortatus est principatus eorum. ℣. Dinumera
bo eos: et super arenam multiplicabūtur. Al
leluya. ℣. Non vos me elegistis. sed ego vos
elegi: et posui vos vt eatis et fructum afferatis
et fructus vester maneat. Sequentia de cōi
Euangeliū. Hec mando vobis. vt in cōi
vnius apostoli. fo. i. Credo. Offr. In
omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines
orbis terre verba eorum. Secreta.
GLoriam domine sanctorꝫ tuorum
apostolorū symonis et iude perpe
tuam venerantes. quesumus: vt eandē
sacris mysteriis expiati. dignius celebre
mus. Per dominum. Prefatio. Et te do
mine. Cōio. Vos qui secuti estis me sedebi
tis super sedes: iudicātes duodecim tribus isra
el dicit dominus. Postcōmunio.
SAnctificato diuino mysterio que
sumus omnipotens deus: vt pro
nobis eorū nō desit oratio. quorū nos do
nasti patrocinio gubernari. Per dñm.
¶ In vigilia omnium sanctorū. Officiū
TImete dñm oēs āgeli e⁹
quoniā nihil deest timen
tibus eum: diuites egue
runt et esurierunt: inqui
rentes autē dñm non de
ficiēt omni bono. Ps. Be
nedicam dominum in omni tempore: semp laus
eius in ore meo. Oratio.
DOmine de⁹ noster multiplica su
per nos gratiā tuā: et sanctorū tu
orum quorū preuenimus gloriosa solem
nia: tribue subsequi in sancta professiōe
letitiā. Per dñm. Nulla fiat memoria.
Lectio libri apocalipsis bti ioānis aplī. v
IN diebus illis Ego ioānes vidi in
medio throni et quatuor aīalium
et in medio seniorū agnū stantē tanq̄ oc
cisum: habentem cornua septem. et ocu
los septem. qui sunt septem spiritus dei
missi in omnē terram. Et venit et acce
pit de dextera sedentis in throno librū.
Et cum aperuisset librum: quatuor ani
malia: ⁊ viginti quatuor seniores. ceci
derunt corā agno. habentes singuli cytha
ras et fialas aureas. plenas odoramento
rum: que sunt orationes sanctorum. Et
cantabant canticum nouū dicentes. Di
gnus es dñe deus noster accipere librum
et aperire signacula eius: quoniam occi
sus es: et redemisti nos deo in sanguine
tuo: ex omni tribu. et lingua. et populo.
⁊ natiōe. Et fecisti nos deo nostro regnū
et sacerdotes: et regnabunt super terrā.
Et vidi. et audiui vocem angelorū mul
torū in circuitu throni. et animaliū ⁊ se
niorū: et erat numerus eorum milia mi
lium. voce magna dicentiū. Dignus est
agnus qui occisus est accipere virtutem
et diuinitatem/ et sapientiam/ et fortitu
dinem/ et honorem/ et gloriam/ et bene
dictionem: in secula seculorum. Grad.

Exultabunt sancti in gloria. letabuntur in cubilibus suis. ps. Cantate dño canticu nouu. laus eius in ecclesia sanctorum. Si hec vigilia in dñica euenerit dz missa de vigilia in capitulo. cu hoc Alla. v. Mirabilis dñs noster in sanctis suis. Et tuc ad magna missam que erit de dñica fiat memoria de sancto quintino cum hac oratione. Deus qui ecclesiam tuaz. quere post istud officium.

Secundum Joannem. xvii.

In illo tpe. Respiciens iesus in discipulos suos: dixit. Pater scte: serua eos in noie tuo quos dedisti mihi vt sint vnu sicut et nos. Cum essem cu eis: ego seruabaz eos in noie tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui: et nemo ex his periit nisi filius perditiois: vt scriptura impleatur. Nuc aut ad te venio: et hec loquor in mudo: vt habeat gaudiu meu impletu in semetipsis. Ego dedi eis sermonez tuu: et mundus eos odio habuit. qz non sunt de mundo: sicut et ego non sum de mundo. No rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo no sunt: sicut et ego no suz de mudo. sanctifica eos in veritate: sermo tu9 veritas est. Sicut tu me misisti in mundu: z ego misi eos i mudu. Et p eis ego scifico me ipsum: vt sint z ipsi sanctificati in veritate. No p his aut rogo tantu: sed et p eis qui credituri sunt per verbu illoꝝ in me vt oes vnum sint sicut tu pater in me: et ego in te: vt et ipsi in nobis vnu sint. vt credat mudus qa tu me misisti. Et ego claritate qua dedisti mihi dedi eis vt sint vnu sicut et nos vnu sumus. Ego in eis et tu in me: vt sint cosummati in vnum Et cognoscat mundus qz tu me misisti: et dilexisti eos sicut et me dilexisti. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi sum ego: et illi sint mecu. vt videat claritate meaz qua dedisti mihi. qz dilexisti me ate mudi costitutione. Pater iuste: mud9 te non cognouit. ego aute te cognoui. Et hi cognouerunt qa tu me misisti: et notu feci eis nome tuu: et notu facia. Ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: et ego in eis. Offer. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini oes recti corde. Secret. Altare tuu dñe muneribus cumulamus oblatis: da qs vt ad salute nostra oim sanctoꝝ tuoꝝ precatione proficiat quoꝝ solennia ventura precurrim9. Per. Coio. Iustoꝝ aie in manu dei sunt: et no taget illos tormentu malitie: visi sunt oculis insipientu mori: illi autem sunt in pace. Postcoio.

Sacramentis dñe z gaudiis optate celebritatis expletis qs: vt eorum precibus adiuuemur. quoꝝ recordationibus exhibentur. Per dominu nostru.

¶ De sancto quintino martyre. Oratio.

Deus qui ecclesia tua annua beati quintini martyris tui solennitate clarificas. concede propicius: vt qui memoria illi9 digna seruitute veneramur: intercessorem eum semper apud te habere mereamur. Per dominum. Secreta.

In veneratione beati quintini martyris tui ops deus. tibi laudis hostia immolamus orantes: vt ipse pro nobis intercessor existat: qui pro tuo nomine gliosa morte occubuit. Per. Postcoio.

Percipiat dñe qs plebs tua. intercedete beato quintino martyre tuo misericordia qua deposcit: vt semp tuis digna inueniatur sacramentis. Per dñm.

¶ In die omniu sanctorum. Officium.



Gaudeamus oes in dño: die festu celebrates: sub honore oim sanctoꝝ de quoꝝ solennitate gaudet angeli: et collaudat filiu dei. ps. Exultate iusti in domino. rectos decet collaudatio. Oratio.

Omnipotes sempiterne deus: q nos oim sanctorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari. qsum9: vt desideratam nobis tue propiciationis abudantia multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dominu. ¶ Lectio libri apocalipsis beati ioannis apostoli. vii.

Ecce ego ioanes vidi alteꝝ angelu ascedetem ab ortu solis: habetem signu dei viui. Et clamauit voce magna quatuor angelis: quibus datum est nocere terre et mari dicens. Nolite nocere terre et mari. neqz arboribus: quoadusqz signemus seruos dei nostri in frotib9 eoru. Et audiui numerum signatoꝝ: centu quadraginta quatuor milia signati.

ex omni tribu filiorũ israel. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tribu ruben: duodeci milia signati. Ex tribu gad duodecim milia signati. Ex tribu asser: duodecim milia signati. Ex tribu neptalim: duodecim milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodecim milia signati. Ex tribu leui: duodeciz milia signati. Ex tribu ysachar: duodecim milia signati. Ex tribu zabulon: duodecim milia signati. Ex tribu ioseph: duodecim milia signati. Ex tribu beniamin: duodecim milia signati. Post hec vidi turbã magnã quã dinumerare nemo poterat: ex omnibus gentibus et tribubus et pplis et linguis stantes ante thronũ: ꝛ in conspectu agni amicti stolis albis: et palme in manibus eorũ. Et clamabãt voce magna dicẽtes. Salus deo nostro: qui sedet sup thronũ et agno. Et oẽs angeli stabant in circuitu throni et seniorũ: et quatuor animalium Et ceciderũt in cõspectu throni in facies suas: et adorauerunt deum: dicẽtes amen. Benedictio et claritas/et sapiẽtia et gratiarũ actio/honor et virtus: et fortitudo deo nostro: in secula seculorũ amẽ. Gr. Timete dñm oẽs sancti eius: qm nihil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes aũt dñm non deficient omni bono. Alla. ℣. Iudicabunt sancti nationes: et dñabuntur populis: et regnabit illorum rex ineternum. Sequentia

Christo inclyto cãdida nostra canãt melodiã agmina. Laudes oĩbus dantia sctis: p hec sacrata festalia. Mariam primũ vox sonet nostra: per quã nobis vite sunt data premia. Regina q̃ es mater et casta: solue nr̃a p filiũ peccamina. Angelorũ concio sacra: ꝛ archãgelorũ turma inclyta. Nostra diluãt iã peccata: prestãdo supera celi gaudia. Tu pphetarum preco lucerna: atq plusq̃ ppheta. Iter lucida nos pone via: mũdãs nostra corpora. Apostolorũ princeps: atq cũcta iũcta caterua. Iã corrobora vera q̃s in doctrina plebis pectora. Stephani gloriose rutilãs in corona: sctõrũq martyrum turma inclyta. Fortia date corda corpora eque firma sacra: vt hostẽ vincãt rite spicula. Martine inclyte: presulũq oĩs caterua. Suscipe nũc pia modo: nr̃a clemẽs precata. Regina virginũ premaxima: tu mater incorrupta: virgo et grauida. Sacrata dño ꝛ castitas: nostras serua alas mundaq corpora. Monachorum venerãda suffragia. Oĩmq sctõrũ contubernia. Per precata assidua: nr̃a gubernẽt tẽpora. Nosq ducãt ad supna: polorũ vera gaudia. Subiungãt piũ agnina: amẽ redẽpta. Euangeliũ. Videns turbas iesus. vt in cõi pl'iorũ martyrũ. fo. vi. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis: de' israel ipse dabit virtutem et fortitudinẽ plebi sue benedictus deus alleluya. Secreta.

Munera tibi dñe nr̃e deuotiõis offerimus: q̃ et p cũctorum tibi grata sint honore sanctorum: ꝛ nobis salutaria te miserãte reddantur. Per dñm. Prefatio quotidiana. Cõio. Gaudete iusti in dño alleluya: rectos decet collaudatio alla. Postcõio.

Da q̃s dñe fidelibus populis. p huius sacramẽti participatiõe oĩm sctõrũ tuorũ semp veneratiõe letari: ꝛ eorũ ppetua supplicatiõe muniri. Per dñm.

¶ In cõmemoratiõe animarũ. Officiũ.

Requiem eternã dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymn' deus in syon: ꝛ tibi reddetur votum in hierusalem: exaudi orationem meã: ad te omnis caro veniet. Oratio.

Fideliũ deus oĩm conditor et redẽptor: aiab' oĩm fideliũ defunctorũ remissionẽ cunctorũ tribue peccatorum vt indulgentiã quã semper optauerunt piis supplicatiõibus consequãtur. Qui cum deo patre. Nulla fiat memoria ad hanc missam: licet corpus presens affuerit. Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad thessalonicenses. i.iiii.

Fratres. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus: vt nõ cõtristemini: sicut et ceteri qui spem non habẽt. Si enim credimus q̃ iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierũt per iesum. adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus. qui residui sumus. in aduẽtu domini non preueniemus eos qui

dormierunt. Nisi ipse dn̄s in iussu: et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo et mortui q̄ in xp̄o sunt resurgēt primi. Deinde nos q̄ viuim⁹ q̄ relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiā xp̄o in aera: et sic semper cum dn̄o erimus. Itaq̄ cōsolamini inuicem in verbis istis. ¶ Et legatur in pulpito. Qua lecta tres clerici de secunda forma. habitu nō mutato ibidem dicant. Grad.

Requiem eternam dona eis dn̄e: et lux perpetua luceat eis. ℣. Anime eorū in bonis demorentur: et semen eorū hereditet terram. Tractus.

De pfundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocē meā. Fiant aures tue intendētes in orōnē serui tui. Si iniquitates obseruaueris dn̄e: dn̄e q̄s sustinebit. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuā sustinui te dn̄e

Et dr̄ cū eodē cantu quo in dn̄ica. lxx. et dicit a quatuor clericis de superiori gradu ad gradū chori: habitu nō mutato: et interim procedat diaconus cū subdiacono. et cerofera. et thuribul. sine cruce ad pronūciandū euangel. Scdm ioannem. xi.

In illo tpe. Dixit martha ad iesū: Dn̄e: si fuisses hic: frater meus nō fuisset mortuus. Sed et nūc scio: q2 quecunq̄ poposceris a deo: dabit tibi de⁹. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio: quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sū resurrectio et vita. Qui credit in me: etiā si mortuus fuerit: viuet. Et oīs q̄ viuit et credit in me: nō morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utiq̄ domine Ego credidi: q2 tu es xp̄s filius dei: q̄ in hunc mūdū venisti. Et legatur in pulpito more dn̄icali. Non dr̄ Credo. Offert.

O pie deus q̄ primū hoīem ad eternā gloriā reuocasti: pastor bone q̄ ouē pditā pro humero ad ouile reportasti: iuste iudex dū veneris iudicare libera de morte aīas eorū quas redemisti: ne tradas bestiis aīas cōfitentes tibi. ne derelinquas eas in finē. Non dicitur Hostias et preces tibi. ℣. Requiem eternam. Secreta.

Hostias q̄sumus dn̄e quas tibi pro animabus oīm fideliū defunctorum offerimus propiciatus intēde: vt quib⁹ fidei christiane meritū cōtulisti: dones et pmiū. Per. Cōio. Pro quorum memoria corp⁹ christi sumitur. dona eis dn̄e requiē sempiternam. ℣. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorum memoria sanguis christi sumitur dona eis dn̄e requiem sempiternam. Postcōio:

Animabus q̄s dn̄e oīm fideliū defunctorū oratio pficiat supplicantiū: vt eas et a peccatis oībus exuas. et tue redēptionis facias esse participes Qui cū deo patre. ¶ Si hec cōmemoratio in dn̄ica contigerit: differatur in crastinū: et fiat totū seruitiū de dn̄ica. et tūc fiat memoria de martyribus eustachio sociisq̄ eius. Oratio.

Da nobis q̄s dn̄e sanctorū martyrū tuorū eustachii sociorumq̄ eius intercessione letitiam et pacē: vt quorum gaudemus triumphis. ptegamur subsidiis. Per dominum nostrum. Secreta

Assume q̄s oīps de⁹ in honore sanctorū martyrū tuorū eustachii sociorūq̄ ei⁹ hec tibi oblata libamina: quorū pia supplicatiōe placatus. et preteritorū veniam. et futurorū nobis cautelam prebeas delictorum. Per. Postcōmunio

Sumpsimus dn̄e diuina mysteria beatorū martyrū tuorū eustachii sociorumq̄ eius merita venerātes. psta q̄s: vt eorū semp et fideli muniamur auxilio: et magnifico proficiamus exemplo Per dominum nostrum. ¶ Sancte wenefrede virginis et martyris. Officium.



Loquebar de testimoniis tuis in cōspectu regū: et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate wenefrede virginis et martyris tue festiuitate gaudem⁹ ita pie deuotionis: erudiamur affectu. Per. Ep̄la. Sapiētia laudabit. vt in cōmunis virginis et marty. fo. x. Gr. Specie tua et pulchritudine tua. intēde prospere procede et regna. ℣. Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiā. et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. propterea benedixit te deus in eternum. Sequentia. Exultemus in hac die. vt in

cōi vni⁹ virginis et martyris. fo. xi. Euāgeliū. Simile est regnū celorū thesauro vt in cōi vnius virginis et martyris. fo. xi. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius afferentur tibi in leticia et exultatione: adducentur in tēplū regi dn̄o. Secreta.

Hostias dn̄e quas tibi offerim⁹ ꝓpicius respice: et intercedente beata wenefreda ꝟgine tua et martyre. vincula pctōꝝ nostrorū absolue. Per. Cōio. Feci iudiciū et iusticiā dn̄e nō calūnientur mihi superbi: ad oīa mandata tua dirigebar: oēm viam iniquitatis odio habui. Postcōmunio

Placeāt tibi q̄s misericors deus nostre seruitutis obsequia: vt mysteria sacrosancta que sumpsimus: intercedente btā wenefreda virgine tua ⁊ martyre: et tuā gratiā nobis concilient: ⁊ eterne felicitatis gaudiū subministrēt. Per.

¶ Sancti leonardi abbatis. Officium.



Os iusti meditabitur sapientiā: et lingua ei⁹ loquetur iudiciū: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Preces nostras quesumus dn̄e celesti dono prosequere: vt qui de beati leonardi confessoris tui atq; abbatis patrociniis gloriamur. ei⁹ meritis atq; suffragiis apud te semp adiuuari mereamur. Per. Epistola. Iustus cor suum. vt in cōi vnius confessoris et abbatis. fo. ix. Gr. Os iusti meditabitur sapiētiā: et lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplātabuntur gressus ei⁹. Alleluya. ℣. Posui adiutoriū sup potentē: et exaltaui electū de plebe mea. Sequentia. Adest nobis. vt in cōi vnius cōfessoris. fo. viii. Euangelium. Nemo accendit. vt in cōmuni vnius cōfessoris et abbatis. fo. ix. Offr. Ueritas mea et mīa mea cum ipso. ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Suscipe domine munera tue pietati humiliter imploranda. et cōcede: vt nobis scti leonardi confessoris tui atq; abbatis intercessiōe fiant salutaria: cui⁹ natalitiis ea tibi speramus accepta. Per. Cōio. Fidelis seruus et prudens quē constituit dn̄s super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio

Uiuificet nos dn̄e q̄s tui perceptio sacramenti: ⁊ q̄ pro beati leonardi cōfessoris tui atq; abbatis veneranda solēnitate gerim⁹. eius nobis patrocinantibus meritis: ad indulgentiam proficiat eternam. Per dn̄m.

¶ Sanctorum quatuor coronatorum martyrū. Officium.



Intret in conspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorū: vindica sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuā. polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Presta q̄s oīps deus: vt qui gloriosos martyres tuos / claudium / nichostratū / simphorianū / castorium atq; simpliciū fortes in sua cōfessione cognouimus. pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dn̄m. Ep̄la. Iustorū aīe. vt in cōi plurimorū martyrū. fo. v. Gr. Uindica dn̄e sanguinē sanctorū tuorum qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilib⁹ celi: carnes sanctorum tuorū bestiis terre. Alleluya. ℣. Mirabilis dn̄s noster in sanctis suis. Euangeliū. Cū audieritis. vt in cōi plurimorū martyrū. fo. vi. Offr. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Benedictio tua q̄s dn̄e larga descendat: que ⁊ munera nostra deprecantibus sanctis martyribus tuis: claudio / nichostrato / simphoriano / castorio / atq; simplicio tibi reddat acceptā: ⁊ nobis sacramentū redemptionis efficiat. Per. Cōio. Posuerunt mortalia seruorū tuorū domine escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terre: secundū magnitudinē brachii tui posside filios morte punitorum. Postcōio

Celestibus refecti sacramentis: et gaudiis supplices te dn̄e deprecamur: vt quorum gaudemus triumphis protegamur auxiliis. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ Sancti theodori martyris. Ad missam. Officium.

In virtute tua dñe letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Ps. Quoniã preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei[9] coronam de lapide precioso. Oratio.

Deus qui nos beati theodori martyris tui confessione gloriosa circũdas et protegis: presta nobis eius imitatione proficere. et oratione fulciri. Per Epistola. Beatus vir qui in sapientia. vt in cõi vni[9] martyris. fo. iii. Gr. Beat[9] vir qui timet dñm in mãdatis eius cupit nimis. Ps. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. Alla. Ps. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. Euãgeliũ. Si quis vult post me. vt in cõi vnius marty. fo. iii. Offr. Gloria et honore coronasti eũ: et constituisti eũ in super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Muneribus oblatis dñe beati theodori martyris tui festa venerantes. quesumus: vt qui conscientie nostre prepedimur obstaculis: illi[9] meritis reddamur accepti. Per do. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eũ dñe. Postcõio.

Sancta tua nos dñe sumpta purificent: et intercedente beato theodoro martyre tuo. ad perpetue beatitudinis consortium introducant. Per dñz

Scti martini epi et cõfessoris. Offm.

Statuit ei dñs testamentũ pacis: et principẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotii dignitas ineternum. Ps. Misericordias domini: ineternum cantabo. Oratio

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus. cõcede propicius: vt intercessione beati martini confessoris tui atq pontificis. cõtra omnia aduersa muniamur. Per d. Memoria de sancto mẽna martyre. Oratio

Presta quesumus omnipotẽs de[9] vt qui beati menne martyris tui natalitia colimus. intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Epla. Ecce sacerdos magnus. vt in cõi vni[9] cõfessoris. fo. vii. Gr. Dñe preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. V. Vitã petiit et tribuisti ei lõgitudinẽ dierũ in sclm scli. Alla. V. Hic martinus paup et modicus celũ diues ingredit: hymnis celestibus honorat. Seqntia.

Sacerdotẽ christi martinũ: cuncta per orbẽ canat eccl'ia: pacis catholice. Atqz illius nomẽ: oĩs hereticus fugiat pallid[9]. Pannonia letetur genitrix talis filii. Italia exultet alitrix tãti iuuenis. Et gallie trina diuisio: sacro certet litigio: cuius esse debeat presul. Sed pariter habere: se patrem oẽs gaudeant turoni: soli eius corpus foueant. Huic frãcorũ: atqz germanie plebs: oĩs plaudat. Quibus videdum inspexit dñm: in sua veste. Hic celebris est egypti partibus: grecie quoqz cunctis sapientibus. Qui impares se martini meritis sentiunt: atqz eius medicamini. Nam febres sedat demonesqz fugat: paralytica mẽbra glutinat. Et mortuorum sua prece: triumreddit corpora: vite pristine. Hic rit[9] sacrilegos destruit: et ad christi gloriã: dat ignibus idola. Hic nudis mysteria brachiis: conficiens preditus est celesti lumine. Hic oculis ac manibus in celum et totis viribus suspensis: terrena cuncta respuit. Cuius ori nunqz christus abfuit siue iustitia: vel quicquid ad veram vitaz pertinet. Igitur te cuncti poscimus o martine: vt qui multa mira hic ostendisti. Etiã de celo gratiã christi: nobis supplicatu tuo semper infundas. Euangelium. Homo quidã peregre. vt in cõi vni[9] confessoris. fo. viii. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Deus qui omne bonum in tui sacri corporis mysterio cõtineri voluisti. concede propicius: vt hoc munus quod in beati martini confessoris tui atqz pontificis veneratione tibi offerim[9]. ipso intercedente nobis proficere sentiamus. Per dñm nostrum iesum christũ. Alia secreta de sancto menna martyre.

Sacrificia ista tibi vero eterno qz põtifici oblata dñe tu sanctifica: et in

teruentiente beato menna martyre tuo.
ita nos fac quesum⁹ hec tractare myste-
ria. vt ipsi tibi et templum. et hostia pla-
cabilis esse mereamur. Qui viuis ꝛ re.
Cōio. Beatus seruus quem cum venerit dñs
inuenerit vigilantē. amen dico vobis super oīa
bona sua constituet eum. Postcōmunio.

Auxiliare quesumus domine po
pulo tuo. vt sacramentorū tuorꝫ
virtute proficiens. intercedente btō mar
tino confessore tuo atqꝫ pontifice: et tuo
semper munere gubernetur. et ad redē-
ptionis eterne pertineat te ducente con-
sortium. Per dñm nostrum. Alia postcō
munio de sancto menna martyre.

Hec in nobis quesumus dñe gra-
tia tua semper exerceat vt diuinis
instauret corda nostra mysteriis: et bea-
ti menne martyris tui festiuitate letifi-
cet. ¶ Quotidie per octa. dicitur eadem
missa: sed sine sequentia. nisi festū inter-
currat: et nisi in dñica: vel quādo dicitur
de sancta maria: vel missa. Salus popu
li. restat cantanda. ¶ Sācti bricii episco-
pi et confessoris. Officium.

Sacerdotes dei benedicite
dominum: sancti ꝛ humi
les corde laudate deū. Ps.
Benedicite omnia opera domi
ni domino, laudate et superex-
altate eum in secula. Oratio.

Conserua quesumus dñe populū
tuū intercessione beati bricii cōfes
soris tui atqꝫ pontificis in tuo amore cō-
sistum: vt mereamur ipso intercedēte cō
sortes fieri celestiū gaudiorum. Per do-
minū nostrū. Memoria de sancto marti
no vt supra. Epistola. Iustum deduxit.
vt in cōi vnius confessoris. fo. viii. Grad
Ecce sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis pla
cuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi qui cō
seruaret legem excelsi. Alleluya. ℣. Amauit
eum dominus et ornauit eum stola glorie indui
it eum. Si dñica fuerit dicitur sequentia
de cōi vnius confessoris. fo. viii. Euāgel.
Homo quidā nobilis. vt in cōi vni⁹ mar
tyris et pontificis. fo. iiii. Offer. Inueni
dauid seruum meum: et in oleo sancto meo vn-
xi eum. manus [illegible] mea auxiliabitur ei: et bra
chium meum confortabit eum. Secreta.

Sancti bricii cōfessoris tui atqꝫ pō
tificis dñe q̄sumus annua solem
tas pietati tue nos reddat acceptos: vt
per hec pie oblationis officia: seculi pre-
sentis miserias euadamus: et gratie tue
beneficia consequamur. Per dñm. Cōio
Fidelis seruus et prudens quē constituit dñs
super familiam suam vt det illis in tempore tri
tici mensuram. Postcōio.

Mysteriis refecti diuinis dñe deus
noster: q̄s: vt beati bricii confesso
ris tui atqꝫ pontificis: vbiqꝫ intercessio-
ne nos protegas: in cuius āņua venera-
tione hec tibi obtulim⁹ sacramēta. Per
dominum nostrum. ¶ Sancti machu-
ti episcopi et confessoris. Officium.

Statuit ei dñs testamentū
pacis. et principē fecit eū
vt sit illi sacerdotii digni-
tas in eternū. Ps. Misericor
dias dñi in eternū cātabo. Or

Omnipotens sempiterne deus po-
puli tui preces exaudi: qui beatū
machutum confessorem tuum atqꝫ pō-
tificem virtutis gratia decorasti: et eum
hodie in celesti gloria suscepisti. Per. Me
moria de sancto martino. Epistola. Ec
ce sacerdos magnus. vt in cōi vnius con
fessoris. fo. vii. Gr. Inueni dauid seruum
meum: oleo sancto vnxi eum: manus enim mea
auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit
bit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: et
filius iniquitatis nō nocebit eum. Alleluya.
℣. Iustus germinabit sicut lilium et florebit in
eternum ante dñm. Sequentia de cōi vni⁹
confessoris. fo. viii. Euangelium. Homo
quidā nobilis. vt in cōi vnius martyris
et pontificis. fo. iiii. Offer. Ueritas mea et
misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo ex
altabitur cornu eius. Secreta.

Oblationes nostras quesumus do-
mine propiciatus intende: quas ti
bi in honore beati machuti confessoris
tui atqꝫ pontificis consecrandas defeři-
mus. precantes: vt ipsius meritis et in-
tercessione peccatorum omnium que ne-
gligenter gessimus. te propiciante veni
am consequi mereamur. Per do. Cōio.
Beatus seruus quem cum venerit dñs inuene
rit vigilantem: amen dico vobis super omnia

bona sua constituet eum. Postcōio.

Qvos donis celestibus dñe satiati sancti machuti cōfessoris tui atqꝫ pontificis benignus attolle presidiis: vt a noxiis omnibus expediti: post saluta- cia tua toto corde curramus. Per dñm.

¶ Sancti edmundi archiepi. Officium.



Gaudeamus oēs in dño: diē festū celebrātes: sub honore edmūdi psul; de cuius solēnitate gaudēt angeli: et collaudāt filiū dei. ps. Exultate iusti in domino, rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui largiflue bonitatis cōsilio ecclesiam tuam beati edmundi confessoris tui atqꝫ pontificis preclare vite meritis decorasti. et gloriosis letificasti miraculis. concede propicius nobis famulis tuis: vt et ipsius in melius reformemur exemplis: et ab omnibus eius patrocinio protegamur aduersis. Per. Memoria de sancto martino. Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in vita vt in cōi vnius confessoris fo. vii. Grad. Domine preuenisti eum in benedictionib9 dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Uitam petiit et tribuisti ei lōgitudinem dierum in seculum seculi. Alleluya ℣. Hic edmundus pauper et modicus celum diues ingreditur. hymnis celestibus honoratur. Sequentia. Alma cohors. vt in cōi vni9 confessoris. fo. viii. Euangelium. Homo quidam peregre. vt in cōi vnius cōfessoris. fo. viii. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso. et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Beati edmundi confessoris tui atqꝫ pontificis quesumus dñe precibus munera tibi offerenda complaceāt et oblata nobis proficiāt ad salutē. Per. Cōio. Beatus seruus quem cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis sup omnia bona sua constituet eum. Postcōio.

Mentes nostras qs dñe susceptis roborа sacramentis: vt sicut eas beati edmundi confessoris tui atqꝫ pontificis. nouis dignatus es confortare miraculis. sic etiam iuuare suffragiis et illustrare digneris exemplis. Per dominū.

¶ Sancti hugonis episcopi et confessoris. Ad missam. Officium.



Statuit ei dñs testamentum pacis: et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotii dignitas ineternū. ℣. Misericordias dñi: ineternum cantabo. Oratio.

Deus qui beatum hugonem confessorem tuum atqꝫ pontificem. eminentia meritorum et claritate signorum excellenter ornasti. concede propicius: vt eius exempla nos prouocent et virtutes illustrent. Per. ¶ Memoria de sancto aniano confessore. Oratio.

